











Es de la libreria comun de San Fran.co de Sevilla

Sermones Thesauri noui de Sanctis

Sermones Thesauri

No tiene que expurgar este libro



Tabula alphabetica sermonū de sanctis Thesauri noui.

Tabula

Tabula

Finit Tabula alphabetica

¶ Tabula alterius partis Thesauri noui de sanctis scilicet per quolibet numerum et quottam sermonum ex ordine suo certificans subsequitur.

¶ Tabula

Incipiunt sermones notabiles atq₃ ꝑutiles de sanctis per circulū anni. quib⁹ ab editore suo doctore ⁊ ꝑdicatore famosissimo nomē vt Thesaur⁹ nouus intitulent̄ inditum est.

De sancto Andrea.

Sermo . I.

Relictis retib⁹ secuti sunt eum scribit̄ Math. iiij. ⁊ legitur hodierna die pro euāgelicali officio. Thema. Aristo. in li. de aīalib⁹ dic̄. Gallina vel ꝑdix cū sonit pullos statī vocat eos ⁊ audiūt vocē mīis ⁊ sequūt̄ eā. A. Spūaliter. sic dn̄s nr̄ ih̄us xp̄s cū genuit aplos suos Petrū ⁊ Andreā ī fide vocauit eos: ⁊ statim audierunt ⁊ secuti sunt eū. de q̄ cāit hodie eccl'ia. Mox vt vocē dn̄i ꝑdicātis audiuit beat⁹ Andreas relictis retib⁹ q̄x vsu actuq₃ viuebat secutus est dn̄m redēptorē. Jō scribit Gre. I omē. Adhuc nulla in xp̄o miracula viderāt nec de resurrectōe audierāt. ⁊ ad vni⁹ iussionis vocē oīa reliquerūt. Ecce vera obediētia. qz dicit Ber. Ver⁹ obediens mandatū nō ꝓcrastinat. s₃ parat aures auditui. linguā voci. pedes itineri. ⁊ man⁹ opi. Et sic aph. de q̄ thema. Relict₃ retib⁹. In summa euāgelij duo innuunt̄. Prīo a xp̄o benigna vocatio discipulo₄. ibi. ambulās ih̄us vocauit eos. Scd̄o ip̄o₄ repentina ꝯsecutio. ibi relictis retib⁹ secuti sunt eū. De prīo dicit. In illo tp̄e. s. post baptismū. ieiuniū ⁊ temptatōem: ambulās ih̄us iuxta mare galilee. B Dicūt naturales q̄ sol virtutē suam nō solū ostēdit in terris s₃ etiā in mari. In terris calo₄ sue virtutis lapides ꝓciosos aurū et argentū gignit. In maris vero litore conche rorē celestē attrahūt. ⁊ sol sua virtute in ꝓciosas ꝯuertit margaritas. Spiritualiter. sol est xp̄s. Malach. vlti. Orietur vobis timētib⁹ deū sol iusticie. Hic sol virtutē suā ostdit ī terr₃ ⁊ mari. In terris. qz terrenos hoīes q̄s inuenit ī au₄ mutat charitatis diuine ⁊ argentū puritat₃. Nōne maria magdalena tota fuit terrena ⁊ more terre frigida. s₃ xp̄s ip̄am sui lumīs calore tāgens in nobile aurū mutauit charitatis: ita vt os veritatis de ea ꝓtulit Lu. vij. Dimittunt̄ ei peccata multa qm̄ dilexit multu₃. Nōne mathe⁹ sedēs in thelonio fuit terrenus. sed sol ver⁹ ih̄us xp̄s purificauit ip̄m ī argentū puritatis mutādo. vt relictis oīb⁹ terrenis secutus est eū. Math. ix. Et hanc virtutē nō solū in terris s₃ ⁊ ī mari ꝓcipue Galilee demōstrauit. vbi in conchis. id est grossis piscatorib⁹ nobilissimas margaritas Petr₄ ⁊ Andreā rore celestis grē generauit ⁊ ad fidē vocauit. De q̄ subdit̄ in textu. Vidit duos fratres petrū ⁊ andreā fratrē eius. Hij sunt due oliue ꝓpter plenitudinē pietatis. Hij sunt duo cādelabra propter ardorē charitatis lucētia ante dn̄m ꝑ ꝯstantiā veritatis. Hij sunt due ꝓciose margarite inuēte circa mare in conchis. i. in statu humili piscatiōis. de q̄ text⁹. Erāt enim piscatores. Aug. in q̄dā ſmōe de kalendis Januarij. Nō elegit reges potētes aut huius mūdi sapiētes. ne vocatio fidei ascriberet̄ potētie ⁊ sapiētie hūane. Itē nō vocauit ociātes sed iustis laborib⁹ insudātes. ad designandū q̄ ad fidē vocati de iust₃ laborib⁹ debēt viuere. Gen. iij. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Nō de rapinis ut aliq̄. ⁊ posito casu q̄ ꝑ se nō rapiūt tn̄ habēt ꝯplices ⁊ ꝯsentiūt. De q̄b⁹ apls ad Ro. i. Nō solū qui agūt s₃ qui ꝯsentiūt digni sunt morte. Aliqui viuūt de vsuris vt illi q̄ concedūt denarios ⁊ viceuersa recipiunt latos grossos. imo minus ī numero q̄₃ soluūt accipiunt. cū scribit̄ Luc. vi. Mutuū dātes nihil inde sperātes. Habet̄ nāq₃ de vsuris. c. in ciuitate. Qui chari⁹ vēdit ꝓpter dilatōnē vsura₃ capit q̄₃ alias in parata pecunia daret. Et h̄ nō ꝯpetit xp̄iano. sed illud q̄d dicit p̄s. Labores manuū tua₄ ⁊c̄. Et illos vocauit dn̄s dicēs. Venite post me faciam

vos fieri piscatores hoim .qsi diceret. non
eritis ex vobis loquentes. Math. x. Non
vos estis q loqmini sed sps pris vri q loqui
tur in vobis. Greg. Nisi intus sit q doceat
inuana lingua doctoris laborat .ps. lxvii.
Dns dabit vbu euagelisantibo virtute mul
ta. Ideo apls ad Ro. x. Quo pdicabut ni
si mittant. Na sicut piscatore optet q ha
beat licentia dni cuius sunt aque. et sic pdi
catore oportet q habeat licentia aplici vel
epi aut plebani cui9 sunt aque. i. ppli .iuxta
illud Apocal. xvii. Aque multe ppli multi.
Nam sicut nuncio si credi debeat opz q ha
beat lras regis. Ideo laici pdicare no debet
qz no est eis indultu. sz inhibitu. de here. cu
ex iniuncto. Et si quis se diceret missum a
deo p visione debet hoc pbare sic Moyses
pbauit p signa. ut ht in cano. de pse. dis. ii.
Reuera. Et dicit notater. piscatores hoim
no bonoz tpaliu. no honoz. Ideo dns mit
tens discipulos suos ad pdicandu Luc. x.
dixit eis. Nolite portare sacculu neqz pera
Per sacculu intelligit pecunia. dicit glosa.
Et pter hac pdicare est manifeste phibi
tu Mat. x. Nolite possidere auz et argentu
neqz pecunia in zonis vris. Act. viii. Pe
cunia tua tecum sit in pditioem. Math. x.
Gratis accepistis gratis date. C. In
hoc innuit dns q finalis causa pdicatois no
debet esse pecunia sed salus animaz et captu
ra pisciu. i. hoim. Abacuck. i. Facies hoies
quasi pisces maris. Hoc debent ptendere
Hiere. xvi. Mitto eis piscatores multos et
piscabunt eos. Et talis piscatio est vtil val
de. Primo qz ducit ad fide. ad Ro. x. Quo
credent ei quem no audierut. quo aut audi
ent sine pdicante. Ergo fides ex auditu. au
ditus p vbum xpi. Secudo est vtilis talis
piscatio quia pducit ad salute. vt dicit Ale
xander tercius. et habet de offi. or. inter ce
tera. Inter cetera que ad salute ppli xpiani
spectant pabulu verbi dei maxime noscitur
necessariu. D. Dixi secudo subiugit
discipuloz repentina psecutio. d q subditur
in textu. At illi relictis retibo ptinuo secuti
sunt eum. Ecce vera obedietia: nobis in ex
emplu. si dns dederit nobis gratia inspira

tois no debemus resistere sed statim obtem
perare. De quo Eccli. v. No tardes puer
ti ad dnm et ne differas de die in die. id est
ne dixeris cras cras. Ratio Bern. Qui
hodie aptus no est cras minus aptus erit.
Sed statim debemus parere: ut sancti apli
qui nulla deliberatoez ceperat. Hiero. Im
pfecta obedietia relinqt pfecta nulla quer
rit excusatoem. Unde arguit ille qui p ope
ra pietatz se excusabat Math. viii. Dne p
mitte me primu ire et sepelire patre meum
et seqr te. audiuit a xpo ibi. Dimitte mor
tuos sepelire mortuos suos. tu aut sequere
me. E. Sed diceres. vnde oriebat il
la repentina discipuloz cosecutio. Respon
det Hiero. sup Math. Primo ex vbi dei
virtuosa operatioe. cu dixit. venite post me
cor eoz medullitus penetrauit et ptin9 eos
puertit. qz scribit ad Hebre. iiii. Viuus est
sermo dei et efficax et penetrabilior omi gla
dio ancipiti. Et impletu est illud ps. lxvii.
Dedit voci sue voce virtutis. Nam verbuz
dei compatur surculo arbori insito. Jacobi
.i. Suscipite insitu verbum Sicut surcul9
insitus arbori trahit tota arbore ad sui natu
ra sic vbu dei totu cor ad dei grtam. Scdo
puenit ex diuina inspiratoe. Aliter homo
vocat exterius xps vero interius. Ideo po
tuit Andreas dicere illud ps. lxxxiiii. Au
diaz quid loquat in me dns deus. Grego.
Vox dni auditur cu inspiratio mente coci
pitur. qd et fecit sanctus Andreas. Tercio
puenit ex mirabili faciei irradiatoe. Dicit
enim Hiero. Certe enim fulgor diuinitatz
et maiestatis occulte relucebat in humana
xpi facie. vt etia primo aspectu trahebat ho
minez. Facies enim xpi speciosa erat ad in
tuendum. quod dicit petrus. i. Petri. i. In
quam desiderant angeli pspicere. Dicitur
eni de Salomoe. iii. Reg. x. Uniuersa ter
ra desiderabat videre facie salomois. Sed
ecce hic pl9 q Salomo. Math. xii. Quar
to puenit ex potenti attractoe. potens enim
erat attrahere quem vellet. Unde Hiero.
Sicut magnes attrahit ferru sua vtute. ta
to magz dns celi et tre trahere poterat que
vellet. Ideo Joh. vi. Nemo pot venire ad

me nisi pater me⁹ traxerit illũ. F ~ Sȝ
diceres. nũc nulli debet imputari si nõ vene
rit ad fidẽ q: nõ trahit̃. Rñdet̃ deus parat⁹
est oẽs trahere ꝛ oĩbꝫ dare gratiam. teste
aplo. i. ad Thimo. ij. Vult oẽs hoĩes sal
uos fieri ꝛ ad agnitiõem ꝟitatis puenire.
Si aliqͥs nõ veniat ad fidẽ indispositũ se fa
ciens ꝑ peccatũ ad grãm ꝑcipiendã nõ est
culpa dei sed peccatoris ut nõ trahat̃. q: se
nõ disposuit ꝑ liberũ arbitriũ. G Sed
diceres. q̃ est causa ꝙ trahit istũ ꝛ nõ illuȝ
Rñdet Aug. sup Job. Causa in generali
est ut in illis qui trahunt̃ refulgeat ordo mi
sericordie. in aliqͥs ꝟo ordo iusticie. In spe
ciali ꝟo causa esse pt: sed iniusta esse nõ pt
sed stat ĩ dei mĩꝯcordia. De quo ad Ro. ix
Nõ est volẽtis neqȝ currẽtis sed miserẽtis
dei. Et subdit Aug. Noli velle iudicare si
nõ vis errare. Sed si non traheris ora vt
traharis. Illa tractio nõ fit ꝑ coactõem ſȝ
ꝑ inductõem: ut declarat Anſ. ĩ similitudibꝫ.
exẽplo rami viridis. ꝛ Aug. exẽplo nucis.
Ostendis inquit oui ramũ viridẽ ꝛ trahis
eam. oñdis nuces puero ꝛ trahis eũ: nõ vi
olentiã faciẽdo. sed ꝑ rami ostẽsionẽ a ꝑpe
titũ ouis et ꝑ nuces volũtatẽ pueri allicien
do. Et sic deus ostẽdit nobis ramũ virideȝ
id ẽ ꝑmittit delectabilẽ visiõem. ostẽdẽdo
nucẽ. i. glãm celestẽ q̃ est circũdata cortice
dura. i. pñia amara. ſȝ inueniem⁹ nucleuȝ
dulcedĩs. Lu. iij. Penitentiã agite ꝛ appro
pinq̃bit vobis regnũ celoꝝ. Nã sicut nucle
us absconditr̃ sub cortice amara. sic celestis
dulcedo sub amaritudine pñie. Vñ psal.
xxx. Quã magna multitudo dulcedĩs tue
dñe quã abscõdisti timentibꝫ te. s. sub actio
ne pñie. Actuũ. xiiij. Per multas tribulati
ones optet nos intrare in regnum dei. Ad
quod nos ꝑducat deus in secula ꝛc.

Sermo II. Ad idem

Relictis retibus

Relictis retibus ꝯtinuo secuti sunt eũ. Mat. iiij.
Thema. Mgr̃ i li. viij. de ꝑ
prietatibꝫ reꝝ dicit. ꝙ sol hȝ virtutẽ attra
ctiuam. Nã vapores de mari attrahit: ꝛ tã
dem in nubes ꝯdensat. ꝛ sic ꝯdensatos eos
resoluit: nũc in pluuias. nũc ĩ grãdines. nũ
in niues. H Spũaliter. sic sol iusticie
virtute sue deitatis attrahit ad se hoĩes hu
miles q̃ sunt̃ fumo siles. Sap. v. Quasi fu
mus q̃ a vento est diffusus. Et fum⁹ seu va
por fuerũt hij duo apli ante vocatõem. Sȝ
dñs eos ad se traxit ꝛ ĩ nubes ꝯuertit. De
q̃ Isa. lx. Qui sunt hij q̃ ut nubes volant.
Et bñ Andreas nubib⁹ compat̃. q: nubes
de se fundunt pluuiã que terrã rigat ꝛ fecun
dat. sic btũs Andreas imbrẽ sue doctrine
fudit ꝛ corda ydolatrãtiũ irrigauit ꝛ in fi
de roborauit. sm ꝙ canit ecclesia. Mirmi
dones ydolatras diu fluctiuagos rete cepit
fidei. Modo si isti vapores. i. humiles pi
scatores nõ fuissent attracti ꝑ solẽ iusticie:
ymber doctrine nõ ꝑ eos descẽdisset. Naȝ
nõ fuerũt doctores ſȝ piscatores. Jõ Aug
dicit. Christ⁹ frãgere volens ceruiceȝ sup
boꝝ non q̃siuit ꝑ oratorẽ piscatorẽ sed ꝑ pi
scatorẽ lucratus est impatorẽ. Ideo dic̃ the
ma. Relictis retibꝫ. In summa ꝟboruȝ
ꝓmissorum duo tãgunt̃. Primo discipulo
rũ ꝑfecta ꝯuersio. ibi. relictis retibꝫ. Scdo
subiũgit̃ eoꝝ digna ꝯsecutio. ibi ꝯtinuo se
cuti sunt eũ. I ~ Dixi pmo tangit̃ disci
puloꝝ ꝑfecta ꝯuersio. ibi. relictis retibus.
Nam hẽ est signũ ꝑfectõis relinq̃re ea q̃ sũt
necessitatis ad esse ꝯſuatõis. De q̃ Greg.
viij. mora. Ad culmẽ ꝑfectõis tendũt q̃ ex
terius cũcta derelinquũt. Et tales fuerunt
Petrus et andreas. Sed d. quid reliq̃
runt qui penit⁹ nihil habuerũt. Rñdȝ gre.
in ome. In hac re plus ꝑ̃sare debem⁹ animũ
q̃ȝ censum. multũ reliquit qui sibi nil reti
nuit. Quis parũ habuerũt apli tñ illud totũ
deseruerunt. Nos igitur habita cũ amore
possidemus. ea que nõ habem⁹ cũ deside
rio querimus. Ipi etiã desideria reliq̃runt
a sequentibꝫ tanta dimissa sunt quanta a nõ
sequẽtibꝫ cõcupisci potuerũt. K Sed
d. talem ꝑfectõem nõ valeo habere. Rñdȝ
Gre. Multa fratres relinq̃tis si terrenis de
siderijs renũciatis. Et q: cor ꝛ nõ substan
tiam pensat de⁹. Nam dicit Bern. Plus
nocet ꝯcupiscẽtia q̃ȝ substantia. Idcirco si
non potes relinq̃re totã substantiã. relinque

inordinatā cōcupiscentiā .hoc est nimium
amorē. Nam dicit Chris. sup Math. Apo
stoli relinquētes terrena docuerūt q nemo
pt possidere terrena ⁊ ad celestia puenire.
Nō dicit terrena hēre sed possidere. h' est ni
mio amore inherere. Et h' est qd dicit psal.
lxi. Diuitie si affluāt nolite cor apponere .i.
amorē. Quia dicit Aug. Talis est vnus/
quisq qualis est sua dilectio. si terrena amas
terra es. si deū amas de' es .s. participatiue
Nā amantes terrena sunt i multiplici ama
ritudine. amantes vo celestia sunt in men
tis iubilo. Videm' enim q inter celū ⁊ ter
ra3 sunt aqua ⁊ aer. aqua adheret terre. aer
celo. sic amātib terrestria inest lacrimatio
⁊ tribulatio. amātib vo celestia inest sere/
nitas ⁊ iubilatio. Unde Greg. sup Canti.
Qui terrenis inheret inuenire nō pt nisi qd
in terrenis latet .s. amaritudinē ⁊ laborem.
Qui autē celestibus inuenit dulcedinem ⁊
solatōem Et sic fecerūt sancti apli Petr'
⁊ Andreas relinquētes terrena ut inueni/
rent celestia. Relictis retib dicit text'.

L. Pro quo sciendū. si volum' esse disci
puli dei tūc multiplex est rete qd debemus
relinquere. Primū est dyaboli. scdm mū/
di. terciū carnalis vicij. Primū est rete dy/
aboli. h' est peccatū. De q Abacuck .i. Ex/
pandit sagenā suā ⁊ extraxit ⁊ ꝯgregauit in
rete suū .s. peccati. O q callide allicit hic d
lectatōem peccati pponendo: sed funē ama/
ritudinis immittēdo. ps. cxl. Cadent in re
tiaculo eius peccatores. Idcirco declinem'
ab h' reti dyaboli. iuxta illud Eccli. xvij. Cō
uertere ad dn̄m et relinque peccata. Et h'
ꝓpter duo. Primo ꝓpter vitare dei iram.
q2 scriptū est Eccli. xij. Altissimus odio h3
peccatores. Et Aug. Scio deum omni cri
minoso esse inimicū. Secūdo declinem' ab
hoc reti dyaboli ꝓpter ꝯsequi dei misericordi
am. q2 scribit. puer. xxviij. Qui ꝯfessus fue
rit peccata et reliquerit ea misericordiā cō
sequet'. Secundū rete relinquendū est re/
te mūdi. De quo Isa. xix. Expādentes re/
te sup faciē aquarū emarcescēt. Aque sunt
transitoria mūdi. iuxta illud .i. Job. ij. Trā
sit mūdus ⁊ ꝯcupiscētia eius. imo ad modū
aque fluētis. ut habet' .ij. Reg. xiiij. Om̄s
morimur ⁊ quasi aque dilabimur. ⁊ Sap.
v. Tanq̄ nauis que ptrāsit fluctuātem a/
quā cuius cū pterierit nō est vestigiū inue/
nire. ꝓpter qd dicit Grego. Facile mūdū
despicio si ea que in mūdo sunt ꝯsidero.

M. Duo nāq3 damnabilia sunt i mūdo.
vz deceptio ⁊ interfectio. Primū est de/
ceptio. De quo Aug. O mūde imūde q̄n/
tos decepisti q̄ multos seduxisti. Propt'
qd dicit Hiero. Si mūdus cultello diui/
tis aperiret' nō nisi falsitas i eo inueniretur
Ideo Aug. ad Dyoscor. Mūdus cui arri/
det fallit et in piculo ponit. Reuera in peri
culo. q2 scribit' Jaco. iiij. Qui vult esse a/
micus mūdi inimicus dei ꝯstituitur. Ecce
piculum. Scdm quod est in mūdo est inter/
fectio anime seu damnatio. De quo Job. x
xi. loquēs de mūdo dicit. Tenēt tympanū
⁊ citharā ⁊ gaudent ad sonitū organi ducūt
in bonis dies suos et i pūcto ad inferna de
scendunt. Idcirco saluator dixit Mat. xvi
Quid pdest homini si lucret' vniuersū mū
dum. anime vero sue detrimentū patiatur
Ideo Chris. Miser est mūdus miserrimi
qui eū sequunt'. nam semp mūdana opa ex
duserūt hominē ab eterna vita. Ecce mors
aie. Ideo declina ab hoc reti. Terciū est re
te carnalis vicij. De quo pver. xxix. Qui
blandis fictisq3 sermonib loquitur amico
suo. rete expādit gressibus suis. Et sic ca/
ro blanditur suauitatē. ut habet' puerb. vij.
Mulier iornatu meretriceo pparata ad ca
piendas animas garrula ⁊ vaga deoscula/
tur iuuenē ⁊ pcaci vultu blandit' dicēs. Veni
inebriemur vberib et fruamur cupitis am/
plexibus. Et subditur. Irretiuit eum mul
tis sermonib. et sequit' eam quasi bos duct'
ad victimā. ⁊ ignorās q ad vincula stult'
trahatur.

N. Spiritualiter p mulie/
rem intelligit' carnalis ꝯcupiscētia. illa du/
cit hoiem ad captiuitatē mortis. puer. vi.
Mulier pciosam animā capit viri. id ē ꝯcu
piscētia carnis que ducit ad interitū mort.
De quo Grego. Cu3 caro ad tēpus suaui
ter viuit spiritus in eternū peribit. Jō apo
stolus ad Ro. viij. Debitores sumus non

carni sed spiritui. Et subdit. Qui in carne
sunt deo placere nõ pñt. Ecclí. xvij. Nil ne
qui⁹ q̃ qd excogitauit caro ⁊ sanguis. q2 ca
ro ↄcupiscit aduersus spm̃. ad Gala. v. Et
spoliat spm̃ delicijs suis. ut inquit Bern̄.
Impossibile ẽ aiam repleri delicijs spirit⁹
q̃ subiacet carnalibus delectatõnibꝰ. Hec
tria retia simpliciter sunt relinq̄nda. s. pec/
cati mũdi ⁊ carnalis vicij. Quia s̄m Gre.
Momentaneũ est qd delectat eternũ quod
cruciat. Que reliquerũt sancti apl'i Petr⁹
et Andreas. ideo ꝑfecte sunt ↄuersi. ¶ D
¶ Dixi scḋo subiũgitur eorũ digna ↄsecu
tio in textu. ibi. Et secuti sunt eum. sc3 fi/
de: opatõne: virtute et passione. Sũt eni3
qui sequunt̃ deũ ꝑ fidem. s3 ab eo recedunt
ꝑ operationẽ malã. vno pede. s. fide sequen
tes. sed gressu opatõis dyabolũ imitantes.
De quibꝰ iij. Reg. xviij. Usq3 q̃ claudica
tis in duas ꝑtes. Et sunt hij de qbꝰ ad Thi
tum. i. Confitent̃ se nosse deum v̄bis: factis
autẽ negant. Et cuius vtilitatis est h̄. De
quo Isi. Quid ꝓdest q̄ fide iũgimur deo
⁊ opibus disiũgimur. q̄si d. nihil. Jaco. ij.
Fides sine operibꝰ mortua est. Alij sunt q̃
sequunt̃ ꝑ fidem sed nõ ꝑ finalẽ ↄsummati
onẽ. De quibꝰ Luce. viij. In tp̄e credunt
⁊ in tp̄e temptatõis recedũt. s. ab opē bono
ut habet̃ Judicũ. ij. Cito deseruerũt via3 ꝑ
quam ingressi fuerãt patres eoꝝ. Et talibꝰ
nõ est salus. q2 dicit Leo papa. Nõ incho/
antibꝰ sed ꝑseuerantibꝰ dabit̃ p̄miũ. Et iõ
Gre. Incassum bonũ agit̃ si ante terminu3
vite deserat̃. Sed btũs Andreas secutus
est xp̄m ꝑ fidem ⁊ opatõem virtutis. ¶ P
¶ Uita enim xp̄i in mũdo erat opatio vir
tutis. ut sanctitas: pietas: iusticia: mansue
tudo ⁊ charitas. Per has vias secut⁹ est
Andreas xp̄um. Unde turba de eo clama
uit. Redde nobis hominẽ sanctũ: iustũ mã
suetum ⁊ piũ deoq3 charũ. Cũq3 duceret̃
ad crucẽ factus est ↄcursus populoꝝ dicen
tium. Innocẽs sanguis eius sine causa dã
natur. Quos tamẽ rogauit aplus ne suum
martiriũ impedirent. Itẽ secutus est fina/
liter ꝑ viam passionis. De quo saluator ait
Math. xvi. Qui vult venire post me abne
get semetip̄m ⁊ tollat crucẽ suam ⁊ sequat̃
me. quod et fecit sctũs Andreas dicens il/
lud Job. xxiij. Uestigia ei⁹ secutus ẽ pes
meus. ¶ Q. Nam passio sancti andree
fuit aliquo modo silis passioni xp̄i: ⁊ aliquo
modo dissimilis. Primo dissimilis. q2 xp̄s
crucifixus rectus. petrus reuersus. Andre
as transuersus. Xp̄us tanq3 caput obtinuit
superiora. Petrus tanq3 alter priceps ob/
tinuit inferiora. Ideo cõueniens fuit ut an
dreas teneret medium. dextram sursum ad
xp̄m: sinistrã deorsum ad designandũ spre/
uisse temporalia. Secundo passio Andree
similis est passioni xp̄i quantũ ad quinq3.
Primo quia xp̄us voluntarie sustinuit ut
habet̃ Isaie. liij. Oblatus est quia ip̄e volu
it. Sic btũs Andreas videns cruce3 para
tam dixit. Securus et gaudẽs ad te venio.
vt impleret̃ i eo illud ad Hebre. xij. Pro/
posito sibi gaudio sustinuit crucem. Itẽ di
xit cum crucẽ vidit. amator tuus semꝑ fui
semꝑ desideraui amplecti te. Ip̄e eñ ideo
crucẽ amauit. quia sciebat se in ea redẽptũ.
⁊ amatorẽ suum in cruce ꝑpendisse nouer/
rat. et ꝑ crucem tanq3 ꝑ viam cõpendiosam
ad regnũ ire sperauit. Secundo est similis
in hoc. quia xp̄us volẽtes eum a passiõe a/
uertere aduersarios reputabat. sicut petrũ
Math. xvi. qui cũ audiuit christũ loquen/
tem de passione dixit ei petrus. Absit a te
domine. non erit tibi hoc. Qui ↄuersus di
xit Petro. Uade post me sathana scãdalũ
mihi es quia nõ sapis ea que dei sunt s3 ea
que hominũ. Et beatus Andreas cũ popu/
lus voluit impedire passionẽ suam ⁊ Egeã
lapidare. ne hoc faceret rogauit. Tercio
christus de cruce descẽdere noluit: cum iu/
dei clamarẽt Math. xxvij. Si fili⁹ dei es de
scende nunc de cruce. ip̄e recusauit. Et sic
beatus Andreas cũ egeas eum de cruce po
nere voluit ait. Ego viuus de cruce non de/
scendam. iã enim video regem meũ q̄ me
expectat. Et in cruce orauit deũ ne de cru/
ce eum deponere ꝑmitteret. Quarto chri
stus in cruce docuit nos ꝓ ꝑsecutoribꝰ ora
re et spiritũ patri cõmendare. Sic fecit an
dreas. quia legitur. biduo viuens ꝑ̃debat

in cruce. p xp̄i nomine ⁊ docebat populum. Quinto xp̄us p crucis ignominiã in gloriam intrauit. De quo Lu vlti. Nonne oportuit xp̄m pati et sic intrare in gloriam suam Et sic btūs Andreas dixit. O sancta crux accipe me ab hominibꝫ et redde me magistro meo. ut p te me recipiat q̄ p te me redemit.

R. Moralr̃. sic p ista dat̃ nobis itelligi q̄ hō ascēdens crucē penitētie debet ista quinqꝫ habere. Prio debet crucē penitētie ascēdere volūtarie. dicēs cum p̄s. liij. Voluntarie sacrificabo tibi nō coacte. Quia dicit Aug. Nemo inuitus bene facit etiam si bonū est q̄d facit coacte nō acceptat deus. q̄ nō necessitatē sed arbitrij libertatē respicit deus. Secūdo volentes auertere eū a penitētia debet inimicos reputare. iuxta illō Michee. vij. Inimici hominis domestici eius. Nam p istū modū iubemur odire parētes quãdo a deo volūt nos auertere. Luce. xiiij. Si quis venit ad me ⁊ nō odit patrē suum ⁊ matrē suã nō potest meꝰ esse discipulus. Augꝰ. Licet amandus est generator tamē p̄ponēdus est creator. Tercio crucem penitentie nō debemꝰ vsqꝫ ad mortē dimittere. Nã crux penitētie est lectus in quo discipulus xp̄i debet mori De q̄ Aug. Lectū suū reliquit ihūs discipulis suis. qui vult cū isto quiescere in celo: in isto iaceat lecto. moriat̃ in cruce penitētie si vult xp̄m crucifixū placatū videre. Quarto debet verbo ⁊ facto alios īformare. ad Gal. vi. Uos qui spirituales estis istruite huiusmodi. Nã nō sufficit q̄ quis nititur seipm̄ saluare. nisi etiã alios trahat ad deū. Apoca. xxij. Qui audit diuinã inspiratōnem dicat veni. scribit̃ enim Jaco. v. Qui quertī fecerit peccatorē saluabit animã eius a morte. Et econuerso habet̃ Ezech. iij. Si nō locutus fueris impio vt auertatur a via sua mala sanguinē eius de manu tua requiraꝫ. Et talis potest pqueri illud Ysaie. vi. Ue mihi q̄ tacui. Quinto p penitentiã debemus ad gloriam puenire. De quo Math. iij. Penitētiam agite ⁊ appropinquabit vobis regnuꝫ celorum. Ecce q̄ꝫ p̄ciosa crux penitētie. Dicit Chris. sup Math. O crux rutilantior auro. splendidior sole. quid de te referã. oīa ligata soluis. paradisum aperis. contritū sanas. tristem letificas. ad vitam eternã īuocas. Ideo Math. xvi. Qui vult venire pꝰ me abneget semetipm̄: ⁊ tollat crucē suam scꝫ penitētie et sequatur me. Chris. Non sufficit crux sua hīc tua. qui propria mala cōmittit: iustum est ut p ꝓpriam penam diluat.

Sermo III. Ad idem.

Venite et videte

Johan. i. In v̄bis premissis duo innuunt̃. Primo discipulorum vocatio. Secūdo eorū renunciatio. primū ibi. venite. secundū ibi. videte. De primo dicitur in textu. In illo tp̄e. scꝫ cum Johannes baptisauit circa iordanē predicans baptismū penitentie ⁊ testimoniū perhibens de xp̄o. videns eū venientē ad se ait. Ecce agnus dei. et dixit. Hic est qui baptisat in spiritu. ego vidi ⁊ testimoniū phibui quia hic est filius dei. Et altera die iterum stabat Johãnes ⁊c.

S. Nota modus doctrine Johannis differens fuit a modo doctrine xp̄i et discipulorū eius. Xp̄us eniꝫ circūeundo docebat: similiter et apl̄i. De christo habet̃ Math. iiij. Circūibat ih̄s totam galileam docēs in sinagogis. De discipulis vero legit̃ Marci vlti. Euntes ī mūdum vniuersum. Sed Johãnes stabat in vno loco trãs Jordanē. ⁊ instruebat d̄ xp̄o homines veniētes ad eū. Ratio quare xp̄s discurrendo docebat. quia p̄dicatio xp̄i facta est credibilis p miracula. Ut ergo v̄tus eius innotesceret ip̄e et discipuli eius circūibant. Predicatio v̄o Johannis nō est cōfirmata miraculis. q̄ Johãnes nullum signū fecit. ut habet̃ Joh. x. Sed merito et sanctitate vite pfirmauit p̄dicatiōem suam ideo stabat. Item stetit. id ē constans fuit ī confessione veritatis. ut saluator attestatur Math. xi. Quid existis in d̄sertū videre arundinē vento agitatã. q̄si d. Non est talis Ideo stetit. quod significat pstantiam eiꝰ. Subdit. ⁊ ex discipulis eius duo. Et respiciens ihm̄ ãbulantē ⁊c. Alchuinus. Johes

stat ibõs ambulat .q₂ lex ⁊ figura cessare de
bebat. q₂ testimoniū de xp̄o ꝑbuerūt .Et h̄
Johannes ꝯfirmat dicēs. Ecce agnus dei
Xp̄us venerat ad Johānē post baptismum
ne iudei crederent φ veniret ad ꝯfitenduȝ
peccata sicut ⁊ ipi. ideo dicit. Ecce agnus
dei .i. scȝ innocēs. nō peccata ꝯfitens sed tol/
lens. ideo ait. qui tollit peccata mūdi. Figu/
ratur Exodi .xij. Eritqȝ agnus sine macl'a
Et sic xp̄us teste petro .i. Petri .ij. peccatum
nō fecit . Hic agnus dixit lupis de innocē
tia sua Johan. viij. Quis ex vobis arguet
me de peccato . Hic est agnus a ꝓphetis de/
sideratus. Isa. xvi. Emitte agnū dn̄e dn̄a
torē terre ¶ T · Sed diceres. cur Johā
nes cum aliter nō nominauit. cū de alijs ani
malibꝫ etiā fiebāt sacrificia .ut de hircis ca
pris vitulis colūbis ⁊c. que erāt ꝑfigurati
ua veri sacrificij .s. xp̄i qui se obtulit hostiā
viuā ⁊ immaculatā deo in odorē suauitatȝ
ad Ephe. v. Respondet᷑. licet alia fierēt sa/
crificia in tēplo certis tp̄ibꝫ. vnū tamē erat
quotidianū et p̄ricipale. scȝ mane ⁊ vespere.
De quo Numeri .xxviij. nec mutabat᷑ Et
sic xp̄us erat designatus q̄ quotidie offert᷑
ꝓ nostra salute . De qua oblatōe habet᷑ i ca
none de cōsec. di .ij. Nichil . In sacrificijs
magnis nulla oblatio aptior ista. Nā licet
passio sanctoꝝ qui ꝓ xp̄o passi sunt ꝓsit ad
salutē. hoc tn̄ est quantū ad oblatōem istꝰ
agni. Et sic est quasi oblatio adiūcta princi
pali sacrificio. Idcirco est agnus singula/
ris qui vicit leonē. id ē dyabolū ⁊ vrsum .i.
mundum. Johā. xvi. Cōfidite quoniā ego
vici mundū. Ideo Beda i ome. Johānes
ꝑ ceteris mortalibꝫ innocentē cū ꝯgnouit .
⁊ dona sui velleris sponte largiturū. ex q̄ ve
stem nuptialē nobis facere possumꝰ ⁊ nos
sanguine redempturuȝ. Ideo subdit. Qui
tollit peccata mundi. quod in lege nec per
agnum nec ꝑ alia sacrificia fieri potuit. De
quo ad Hebre .ix. Impossibile est sangui/
ne hircorū aut vitulorū auferri peccata. sed
iste est agnus de quo scribit᷑ Diee vlt'. Au/
fer omnē iniquitatē. Iste est agnus qui of/
fertur mane et vespe id ē ꝓ his qui ꝑsentes
sunt et adhuc erūt . Hic est agnus q̄ ꝓ nr̄a
redemptione est oblatꝰ. de quo .i. Petri .i.
Nō auro aut argēto corruptibili ꝫ sangui
ne agni incōtaminati .i. immaclati redēpti
estis. De quo Chris᷑. Omnes scelerati aut
peccatis aggrauati ad ip̄m ꝯfugere debent.
quia scribit᷑ .i. Joh. ij. Ipse ē ꝓpiciatio pro
peccatis nr̄is. Dicit nāqȝ Nicolaꝰ de lyra.
Ipse est in quo est gratia ⁊ v̄tus purgati/
ua peccatorū. Subdit . Et audierūt euȝ di
scipuli loquentē ⁊ secuti sunt ihm̄. quia to
ta intentio erat Johānis ut discipulos su/
os adduceret ad ihm̄. Subdit. Cōuersus
ihūs vidit eos sequentes se. Nō audebant
ei loqui quia incognitus eis erat. sed vt da/
ret eis fiduciā loquendi ꝯuertit se ad eos ⁊
dixit eis. Quid queritis . Nō querit vt di
scat sed vt ipi intentōem aperiant ꝑ se. ⁊ e/
os ad audaciā ⁊ familiaritatē ꝓuocet. Ec/
ce hoc est p̄rimū verbum quod dn̄s loquit᷑
in isto euāgelio ⁊ cōgrue. quia p̄rimū quod
requirit deus in homine est recta intentio.
Ideo Alexander papa . et habet᷑ in canōe
xv. q. vi. si sacerdotibꝫ. vbi dicit᷑. Nō sunt
attendenda que fiant sed quo animo fiant.
vbi glo. Potius respiciēda est facti causa
q̄ ip̄m factum. Propter qd̄ hortatur nos
Grego. xxviij. moral'. Vigilanti cura intē
tio est pensanda. Tunc discipuli audita be/
nigna allocutiōe dixerūt cū fiducia. Rab/
bi vbi habitas. quasi diceret. Te querimꝰ
tuam habitatōnem. tuā doctrinā nos do/
ceas . quia mira et magna audiuimus de
te a Johanne. Dicit eis. Venite ⁊ videte.
Chris᷑. dicit. φ dn̄s domum alienā demon
strabat eis. Beda dicit. Solicite debemus
appetere ⁊ mansionē christi querere. s. i no/
bis. De qua habetur Hiere . vij. Bonas
facite semitas vestras ⁊ studia vestra ⁊ ha/
bitabo vobiscū. Et ap̄lus ad Ephe. ij. Coe
dificamini in habitaculū dei i spiritusancto
quia scribit᷑ Apoca. xxi . Habitabit cuȝ eis
eorum deus. ¶ V · Sed diceres. in qui/
bus habitat deus. Rn̄detur primo habi/
tat in pacificis. De quo p̄s .lxxv. In pace
factus est locus eius. non in cōtentiosis et
rancorosis. ij. ad Chori. xiij. Habete paceȝ
⁊ deus pacis et dilectōnis erit vobiscum.

Scđo habitat in cordib⁹ mundis. ps. xxi. Tu aũt in sancto habitas. i. in mũdo corde Sap. i. Nõ habitabit in corpe subdito pec cans. Jdeo Leui. xi. Sancti estote qm̃ ego sanctus sum. Dicit Aug. in li. de bono cõ sciẽtie. Deus qui ẽ amator mũdicie cor pol lutũ peccatis nõ pt inhabitare. Jdeo Aug. in soliloq̃o. Mundũ habitaculũ decẽt te e/ mundans virt⁹. qui nisi a mũdis cordibus videri poteris atq̃ teneri. Jdeo Jsa. i. La uamini ⁊ mũdi estote. qꝛ in aĩas sanctas se trãsfert. Sap. vij. Jdeo Aug. in ome. viij. sup Johãnẽ dicit. De⁹ qui charitas est ⁊ peccatũ mortale ita opponunť nisi vnũ ra/ dicitus euulsum fuerit aliud plãtari nõ po terit. ꝓpter qđ dicit Greg. in ome. Tergat sordes praui opis qui pparat deo domũ mẽ tis. Tercio habitat in humilib⁹. pũer. iij. Cuz simplicib⁹ sermocinatio eius. De quo Jsa. vlti. Sup quem requiescet spũs meus sup humilẽ et quietũ. nõ in corde superborũ Jaco. iiij. Deus supbis resistit humilib⁹ autẽ dat grãm. Nã magni dñi ibi libenter habitant vbi honorant. ⁊ sic de⁹ honoratur p humilitatẽ. De quo Ecci. iij. Magna est dei potẽtia solius. ⁊ ab humilib⁹ honorať. Jdeo Ecci. vij. Humilia valde spm̃ tuũ. Ratio Orige. Si humilis nõ fueris grãz dei nõ habebis. Quarto habitat ĩ dilectĩ. Johã. xiiij. Si quis diligit me ad eũ venie mus ⁊ apud eum mãsionẽ faciemus. Et sic dñs libenter mãsit apud Lazaꝝ. marthã et mariã qꝛ dilexerũt eum. Dicit nãq̃ Aug. Charitas sancta cor pacificat. deo quietuz tribuit locũ ⁊ pparat. Nam dicit Hugo. ĩ li. de laude charitatis. Charitas ita famili/ aris est deo q ipse mansionem habere noluit vbi charitas nõ fuerit. Jdcirco Aug. Cete ra non prosunt vbi charitas desit. ❡ F. Hanc habuit btũs Andreas. Et ei⁹ chari tas ꝓbať ex multis. Prĩo ex repentina ꝯse cutõe. Scđo ex omniũ terrenoꝝ relictõne Tercio ex feruẽti noĩs xp̃i pdicatõe. Quar to ex beniuola passiõe. Dixi prĩo charitas beati Andree ꝓbať ex repentina ꝯsecutiõne quia dicit Linconien. sup. vij. angelice ge/ rarchie. Amore nil velocius nihil acutius. nil penetrabili⁹. qui a natura sua nõ requie scit donec ad dilectũ ꝑueniat. Et si impedi/ tur vel retardať tota mẽs tristať ⁊ expecta tõe attediať. Rich. li. iiij. de ꝯtẽplatõe dic. Amanti omnis mora nimis longa ⁊ expe ctatio tediosa est. Et sic btũs Andreas mox ut audiuit vocẽ dñi secutus est eũ. Secun do ei⁹ charitas probať ex omniũ terrenoruz desertõe. Aug. Quãtũ q̃s despicit. s. terre na intantũ diligit. qꝛ pfecta charitas oĩa cõ temnit que ei⁹ officiũ impediũt. Sed tpa liũ ꝯcupiscẽtia maxime officiũ charitatꝫ im pedit. ut dicit Aug. in li. lxxxiij. q̃stionũ. q. xxvi. Charitatis venenũ est spes adipiscẽ/ doꝝ ac retinendoꝝ tpaliũ. Jdeo oĩa reliq̃t Andreas ꝓpter xp̃m. ut potuit dicere cuz aplo ad Phil. iij. Oĩa arbitrat⁹ suz ut stec cora ut xp̃m lucrifacerẽ. Et h fuit signũ p/ fecte charitatis. De q̃ Gre. viij. moraliũ. Ad culmen tendũt pfectiõis qui exteriora cũcta derelinquũt. Tercio ꝓbať ei⁹ chari tas ex feruenti noĩs xp̃i pdicatõne. qꝛ dicit Chris. Mos est amantiũ ut amorẽ suũz si lentio tacere nequeant. Et sic btũs Andre as non potuit obticere pconiũ xp̃i et fidem xp̃i. sed etiã in cruce pdicauit et viginti mi lia hoĩm cõuertit. Quarto ꝓbať ei⁹ chari/ tas ex patienti crucis toleratõe. Vñ Ori/ ge. Voluntarie patiẽdo ꝓbauit q ꝯdaciter amauit. imo nõ solũ volũtarie et libẽter. sꝫ etiaz letãter mortẽ sustinuit. qđ est pfecto cum. De quo Aug. Perfecta est charitas vt q̃s mori ꝓ xp̃o sit paratus. Et sic fec be/ atus Andreas. ut patet in eius vita.

❡ Sermo IIII. Ad idem.

Venite post me:

v scribiť Math. iiij. ❡ A. Nota btũs Andreas et alij discipuli a dño ihũ quintuplicite sunt vocati ❡ Primo vocauit eos ad sui noticiã. ut habe tur Johan. i. Venite et videte. Et post hoc redierunt ad sua. Scđo vocauit eos ad di scipulatus grãm. ut habeť Mat. iiij. Veni/ te post me faciã vos fieri piscatores hominũ At illi relictis retib⁹ secuti sunt eum tanq̃ discipuli mgr̃m. Tercio vocauit eos ad sin

gularitatis ꝛ familiaritatis amiciciā. et sic
freq̄nter legimus. Assumpsit ihūs petrū ia/
cobū ꝛ Johannē secrete. ut habet᷑ Mat. ix.
vbi suscitauit puellā. ꝛ Lu. xviij. ꝛ Math.
xvij. et Math. xx. cū reuelauit eis secretuz
eius passiōis in monte qn̄ trāsfiguratꝰ fuit.
Quarto vocauit eos ad aplatus excellen/
tiā. ut habet᷑ Mat. x. Cōuocatis ihūs duo
decim discipulis misit illos binos ꝛ binos.
Quito vocauit eos ad passiōis ꝯcomitānā
Joh. xv. Nō sit discipulus sup magistrū.
nec seruus maior dño suo. si me ꝑsecuti sunt
ꝛ vos ꝑsequent᷑. et Johā. xx. Sicut misit me
pr̄ sic ego mitto vos. s. ad passionē. Math.
x. Ecce ego mitto vos sicut oues ī medio lu/
porū. Et sic moralr̄. qd enim ꝓdesset singul᷑
annis recitare vocatōem aploꝝ si nō habe
ret moralē edificatiōem. ¶ B. Jdcirco
sicut vocauit ihūs suos discipulos corpali
ter. ꝛ sic nos vocat moraliter ꝛ spūaliter.
Primo vocamur a deo ad sui noticiā. s. cū
ratōe illuminati ꝑ creaturā ꝯgnoscimꝰ cre/
atorē. et hoc est pricipiū salutis. qꝛ sine di
noticia nō est salus. de quo Bern̄. Si deuz
ignoras poterit ne fore salus. q. d. non. sub/
dit. Non eñi amare poteris quē ignoras.
Cui cōsonat Aug. Jnuisa amare possumꝰ
incognita ꝟo nunq̄. Sed hō creatꝰ est ad
dei ꝯgnitōem ꝛ dilectōem. ut dicit mgr̄ in
ij. sentētiaꝝ. di. i. Rōnalis creatura creata
est ut deū ꝯgnosceret. ꝯgnoscendo amaret.
amādo possideret. possidendo sua frueretur
deitate. modo quō amabis quē nō ꝯgnoscꝫ.
Jdeo de ignorātibꝰ dñm dicit᷑. i. Chori. xi
ij. Jgnorans ignorabit᷑. h̄ est ignorās deuz
ignorabit᷑. i. non acceptabit᷑ a deo. ut d. gre
go. i mora. et habet᷑. xxxviij. di. Qui ea q̄
dei sunt ignorat nescit᷑ a dño. et qui ea q̄ di
sunt sapiūt a dño sapiunt᷑. i. acceptant᷑. Sꝫ
diceres. q̄lis debet esse dei noticia de necessi
tate salutis in adultis ī hac vita. Rn̄detur
generalis et imꝑfecta. s. ut ꝯgnoscas eum
creatorē. ꝯseruatorē. omniū bonoꝝ largito
rem ꝛ remuneratorē. quia ꝑfecte nō p̄t deꝰ
ꝯgnosci in hac vita. ut dicit Bern̄. Perfe/
cta ꝯgnitōe nulla creatura p̄t deum ꝯgno/
scere. qꝛ tali ꝯgnitōe deus sibi soli ꝯgnitꝰ ē

Et hoc est qđ scribit᷑ Mat. xi. Nemo nouit
filiū nisi pr̄. Glosa. s. essentialiter plene ꝑfe
cte ꝛ cōp̄hensiue. Et subdit ibidem euāgeli
sta. Nemo nouit patrē nisi filiꝰ. s. ꝑfecte et
ꝯp̄hensiue. Nam licet homines ꝯgnoscūt
deum hic ꝑ fidem. et sancti in patria ꝑ ma/
nifestam visionem. nō tamē ꝑ visionē ap/
p̄hensiuā. qꝛ dicit sctūs Tho. ꝑte. i. q. xi.
ar. viij. Nullus intellectꝰ creatus totaliter
potest deū apprehēdere. quia deus infinitꝰ
est. cognitio hominis finita. modo finiti ad in/
finitū nulla ē ꝓporcio. ꝓpter qđ scribit Hu
go de sacramētis. li. i. ꝑte. iij. c. ij. Deus ab
initio sic noticiā suam ab hoīe tꝑauit: ꝙ si/
cut nunq̄ totus poterat comp̄hendi. sic nū
q̄ ꝓrsus totaliter ignorari. Et sm̄ Bern̄.
Sicut nullus ꝑfecte p̄t deum ꝯgnoscere.
sic etiā nullus debet esse qui de deo simpli/
citer vellet ignorare. ¶ C. Pro quo scie̅
dum. triplex est ꝯgnitio dei que in sacra re/
perit᷑ scriptura. s. cognitio ratiōis. deuotio/
nis. glorificatōis. Prima est cognitio rōis
quam ꝑ creaturaꝝ intuitōem inuestigamꝰ.
quia creature nō sunt a seip̄is. p̄s. xcix. Jp
se fec̄ nos. Et si creature placabiles tibi sūt
magis vero tibi placere debet creator. ut ha
betur Sap̄. xiij. Si qui specie creaturaruz
delectati sunt: sciant quanto his domina/
tor eorum speciosior est. aut si virtutē ꝛ o/
pera creaturarū mirati sunt intelligant ab
illis ꝛc̄. A magnitudine enim speciei ꝛ cre/
ature poterit eorū creator ꝯgnoscibiliter i/
tueri. Et aplus ad Ro. i. Jnuisibilia dei
ꝑ ea que facta sunt intellecta cōspiciuntur.
Hāc ꝯgnitōez de deo antiq̄ philosophi ha/
bebant. quē nō deū sed causam reꝝ appella/
bant. De hac noticia dicit Gre. i morali.
sup illo ꝟbo Job. xxxvi. Oēs hoīes vidēt
eum. vnusquisq̄ intuebit᷑ ꝓcul. Oīs homo
eo ip̄o ꝙ rōnalis est dꝫ ex rōne diligere de
um qui condidit eum. Et subdit. ꝓcul intu
eri. quod nō est speciem cernere. sed ex sola
operum suorū ammiratōne pensare. ¶ Se
cunda est cognitio deuotōnis. que fit ꝑ fidē
Unde. i. ad Chori. xiij. Nunc ꝯgnoscimus
ex parte et ꝑ speculum in enigmate. Et illa
cognitio fidei oritur ex predicatione verbi

dei. ut habet ad Ro. x. Quõ credēt sine p̄
dicante. nam fides ex auditu. auditus p ver-
bum xpi. Nam ex nullo habet clarius dei no
ticia q̄ ex sacra scriptura ut inquit sanctus
Tho. p̄te. i. q. i. ar. ix. Maior ɔgnitio non
habetur in hac vita sicut i sacra scriptura. id
circo qui eam legere nesciūt saltē audire di
ligenter debent. iuxta illud Greg. sup Eze
chielē. Omnes q̄ viā vite desiderāt verba
vite audire dēnt vt deū ex eis cognoscāt. vt
impleatur in eis illud Joh. x. Ego ɔgnosco
oues meas & ɔgnoscēt me mee. s. cognitōe
deuotōnis. Et sunt hij qui ꝓpter deū decli-
nant delectabilia: & aggrediuntur difficilia.
& cum hoc seruāt dei mandata in vera fide.
Hij ꝓbant se nouisse deum. de q̄. i. Joh. ij.
In h scimus qm̄ ɔgnoscimus eū si māda
ta eius obseruamus. Qui vero dicit se nosse
deū & mādata eius nō custodit mēdax est.
¶ Tercia ɔgnitio est ɔgnitio glificatōis. De
qua. i. Chori. xiij. Tūc ɔgnoscunt si cogniti
sunt. s. facie ad faciē ɔtēplantes. iuxta illō
. i. Joh. iij. Videbimus eū sicuti est. Tūc ad
implebitur illud Hiere. xxxi. Nō vltra do-
cebit vir ꝓximū suū dicēs. ɔgnosce dūm.
omnes eñi ɔgnoscent me a minimo eoꝝ vsq̧
ad maximū. nam s̄m Ber. Magistrum ibi
semel vidisse est omnia didicisse. Prīa no-
ticia notificat deū. q2 est. Scda q2 bonus est.
Tercia q2 gloriosus est. ¶ Scdo nos vo-
cat xp̄us ad discipulatus grām. Et h fit cū
inspirat nobis fortissimū affectū & desideri
um discēdi omnia eius beneplacita. & ꝑ viri-
bus faciēdo & doctrinam eius. et vitā nr̄az
vite eius ɔformādo inq̄ntū possumus. ut im
pleatur in nobis illud Ezech. i. Silitudo ho-
mis erat in eis. In h eñi fiūt homies eius di
scipuli cū magistri sui discāt doctrinā & fa-
ciūt s̄m eā. iuxta illud Joh. x. Oues mee
vocē meā audiūt & sequuntur me. ꝓponit eñi
nobis xp̄us mgr̄ nr̄ tres lectōnes quas si di
sceremus veri eius discipuli essemus. Prīa
lectio est mandatorum obseruatio. De quo
Johan. viij. Si vos manseritis in sermo-
ne meo veri discipuli mei eritis Secunda
lectio est tp̄aliū rerū abdicatio. Luce. xiiij.
Nisi quis renūciauerit omnibus que possi-
det nō potest meus esse discipulus. Notan-
ter dicit renunciauerit. nō reliquerit. q2 s̄m
Bedā in glo. sup eodem vbo. Relinquere
est ꝑfectorū qui omnia postponūt. sed renū
ciare ɔuenit omnibus qui ita tp̄alia possidēt
vt mente ad eterna tendant. iuxta illō Aug.
Oia vilescūt cui solus deus dulcescit. tales
omnia tp̄alia ordināt ad eterna. Tercia le-
ctio est ꝓximoꝝ dilectio. Unde Johā. xiij.
In hoc ɔgnoscēt omnes q2 mei estis disci-
puli si dilectōem habueritis adinuicē. s. or
dinatā et deificā. que talis est ut Ber. dic.
Sic diligantur hoīes ne ament eoꝝ errores
¶ Tercio vocat nos ad sui familiarē ami
ciciā. Hec amicicia ɔsistit primo in freq̄n-
ti visitatōe. s. dei ad hominē & hoīs ad de
um. vt interpolatis tp̄ibus deus hominem
& homo deū sepe visitet. De dei visitatōne
habetur Job. x. Visitas eum diluculo. Sup
quo Grego. in ꝑsona dei. Cum hoīes visito
dura corda emollio. rigida flecto. aspa mi-
tigo. frigida accendo. debilia roboro. vaga
stabilio. nutātia ɔfirmo. & dū venio tenebro
sitatem illustro. Similiter homo debet deū
visitare. scz a strepitu seculariū tumultuz
cessare et elongare. meditādo eius magna-
lia & cōtemplando mirabilia et alia eius que
cunq̧ opera. dicendo illud ps̄. cxviij. Me-
ditatio cordis mei in conspectu tuo semper
Nam ꝑ hec exercitia visitamus dominuz:
vt inq̄t Aug. Cū eterna cogitamus iā nō in
h mūdo sumus. q2 eū trāscendimus & deo
appropinq̄mus. Et s̄m Hug. Quāto ma-
gis accrescit mentis ascēsus tāto familiari-
or erit dei cognitio. Secūdo familiaris ami
cicia consistit in secretoꝝ reuelatōe. Nā cre
brius se visitātes semꝑ aliquid de secretis
suis mutuo reuelāt. Qđ ex pte sua promi-
sit deus Ysaie. xlv. Dabo tibi thesauros ab
sconditos. et archana secretoꝝ ut scias q2 e-
go dñs. Et illa reuelatio fit s̄m magnitudi
nē dilectōis. Ideo Richar. li. iiij. de ɔtem
platōe. Ex magnitudine diuine dilectōnis
dependet modus diuine manifestationis.
Aliquando est reuelatio sensualis. vt cum
res corporalis videtur per quam interius mi-
stica res intelligitur. vt Moyses vidit rubū

ardentem ꝛ nõ ↄburentem. vbi ostẽdit ei
ignem diuinitatis videndo rubũ hũanitatẽ
Aliquãdo intellectualis. s. imagines mẽta
les intellectualiter videndo ꝛ intelligendo
ut Jobes. Aliquãdo sine omi imaginatõe
spũssanctus tangit mentẽ. Aliqñ est supin-
tellectualis. et hec plus fit ꝑ dilectiõem ꝙ
ꝑ intellectũ. quia deus plus diligit ꝙ intel-
ligit. ideo dilectio intrat vbi intellectus fo
ris stat. Et talis reuelatio fit ꝑ inspiratiõez
diuinam. ut habetur Job. iiij. Dictũ ẽ mi
hi verbum abscõditũ. Grego. in mora. Ab
sconditũ verbum audire est locutiõem spũs
sancti corde percipere. Et subdit Job. iiij.
Quasi furtiue suscepit auris mea venas su
surrij eius. Ubi Gre. Susurriũ ꝑcipe est
subtilitates intime allocutõis occulte ↄgno
scere. Nam scdm Grego. Uox dñi audit cũ
inspiratio mente cõcipitur. Similiter ho-
mo viceuersa debet secreta sua deo reuelare
ꝛ intimas cordis sui affectões euaporãdo
exalare. vt sic contingat voces emittere ma
gis ex officio affectus ꝙ intellectus. iuxta
illud Canti. ij. Dilectus meus mihi et ego
illi. scz reuelando secreta ꝑ affectõnes ꝛ de-
sideria. Quia dicit Grego. in mora. Anie
verba sunt desideria. Nam si desideriũ ser
mo non esset ꝓpheta non diceret. Desideri
um cordis eorũ audiuit auris tua. ps. ix.
¶ D. Sed diceres. que tunc est dei locutio
Respondet Bern. sup Cantica. Locutio
dei est infusio doni. sed responsio anime ẽ
ãmiratio cum gratiarũactõe. ¶ Sed dice-
res. quid tũc est susurriũ. Rñdetur ꝙ ẽ in-
tima inspiratio vt dicit Gre. in mora. que
ꝑ os carnis exprimi nõ potest. Et hec ẽ fa-
miliaris amicicia deuote anime cũ deo. Ter
cio ista familiaris amicicia ↄsistit in fideli-
tate. ꝛ illã de⁹ hz ad nos. ut habet Deute.
xxxij. Fidelis de⁹ ꝛ absqz vlla iniquitate. ꝛ
sic nos fidelem affectiõem debemus habere
ad eum ut in omnibꝫ dei gliam ꝛ nõ nostrã
queramus. ut docet apls. i. Chor. x. Siue
mãducatis siue bibitis vel aliqd aliud facitis
oia ad dei gliam facite. Sed heu ↄqrit Sa
lomõ ꝓuer. xx. Multi hoies misericordes vo
cant. virũ aũt fidelẽ qs inueniet. q. d. ẽ ra-
rus. Et aplus ad Phil. ij. Oẽs q̄ sua sunt
querũt ꝛ nõ q̄ ihũ xpi. ¶ Quarto vocauit
eos ad apostolat⁹ excellẽtiã. ꝛ sic nos. Et h
fit cũ de⁹ inspirat nobis desideriũ aias ↄqrẽ
di vt nõ solũ hõ sit sollicit⁹ de salute aĩe sue
sz etiã alioꝝ. Nã h est valde acceptũ deo:
ut inqt Gre. sup Ezech. Nullũ deo tale sa-
crificiũ sicut zel⁹ aiaꝝ. Et h ↄsiderãs apls
inqt. ij. Chor. xij. Ego aũt libẽtissime impẽ-
dã ꝛ supimpendar egoipse ꝑ aiabus vestris
Et sic xps vocauit petrũ Joh. vlti. Petre
amas me. interrogãdo trina vice. Et subiũ
xit. Pasce oues meas. s. exẽplo. ꝓdicatõne
ↄuersatõe ꝛ orõe. Nã dicit Ber. Oportet
aplicũ virũ vbiqz denũciare deũ. s. voce et
oꝑe. ut etiã fecit sctũs Andreas. ¶ Quin
to vocauit discipulos ad ↄcomitantiã pas-
sionis. Et de hac vocatõe scribit i multis lo-
cis. Primo Joh. xv. Nõ sit discipul⁹ sup
magẽm nec seruus maior dño suo. si me ꝑse
cuti sunt ꝛ vos ꝑsequẽt. Scdo de eadẽ voca
tõe habet Joh. xx. Sic me misit pr sic mit
to vos in mũdũ. s. ad passiõem. Tercio de
eadem vocatõne habet Math. x. Ecce ego
mitto vos sicut oues i medio lupoꝝ. Sic
hodie deus vocat electos suos ad ↄcomitã
tiã passiõis. ij. ad Thimo. iij. Oẽs q pie vo
lunt viuere in xpo ihũ ꝑsecutõem patient.
Nam ꝑ multas tribulatões oꝑtet nos in-
trare in regnũ dei. Actuũ. xiiij. Et sic beat⁹
Andreas secut⁹ est xpm. Job. xxiij. Uesti
gia ei⁹ secut⁹ ẽ pes me⁹. ut impleret i eo il
lud Sap. xviij. Simili pena seruus cũ do-
mino afflictus est. Uide de silitudine passi
onis in ꝓcedẽti smõe q incipit. Relictis re
tibus secuti sunt eũ. s. ꝑ ignominiã passiõis
crucis. ꝓut dixit Math. xvi. Qui vult ve-
nire post me abneget semetipsum. et tollat
crucẽ suã ꝛ sequat me ꝛc.

¶ De sancta Barbara.

Sermo V.

Quinqz fatue ac
ceptis lãpadibꝫ nõ sumpserũt ole
um secũ. prudẽtes vo acceperũt
oleũ in vasis suis cũ lãpadibꝫ. Math. xxv.
¶ In verbis premissis duo innuuntur.

Primo virginū insipientū negligētia dāpnosa. ibi. quinq3 fatue nō sumpserūt. Secūdo subiungit̄ virginū prudentū diligentia ibi. prudentes vero. De primo dicit. In illo tpe. s. feria tercia post palmarum: volēs xp̄us ostendere ꝙ iudei nō essent intraturi ad nuptias celestes. dixit ꝑabolam istā. Simile est regnū. id est presens ecclesia militans decem ꝟginibꝫ. Gre. Per illas non tantū qui seruabant castitatē virginalē intelligunt̄. sed oēs fideles in ecclesia sctā dicūtur virgines ꝓpter integritatē fidei. De q̄ Athanasius. Quā nisi quisq3 integrā inuiolatamq3 seruauerit absq3 dubio ineternū peribit. Et sic mulieres dicunt̄ hic ꝟgines. De quibꝫ apostolus. ij. ad Chori. xi. Despōsui vos vni viro virginem castam exhibere xp̄o. id est integritatē fidei. Et figurantur ꝑ numerū denariū ꝓpter decē ꝑcepta ad q̄ obligamur. Math. xix. Si vis ad vitā ingredi serua mādata. Et dicunt̄ virgines ꝓpter continentiā ab illicitis actibus. Et ponitur hic duplex quinarius ꝓpter duplicē sexū. s. ꝓpter viros et mulieres que accipiūt lampades suas. Chris. sup Math. l. fidem que illuminat animā sicut lāpas domū. Ideo xp̄us vocauit fidem lumē. Joh. xij. Adhuc modicū lumen in vobis est. Glosa lyre. id est parua ⁊ modica fides. Exierunt obuiā sponso et sponse. Chris. id ē ꝑparauerūt se ad obediendū xp̄o ⁊ ecclesie. quia ex q̄ acceptimus fidem ꝯcorditer debem⁹ ꝯcordare cum volūtate xp̄i ⁊ ecclesie. Subdit. quinq3 autē erant fatue ⁊ quinq3 prudētes. Orige. Qui recte credūt et iuste viuūt dicunt̄ prudentes. qui aūt ꝯfitent̄ fidē ⁊ nō agūt opa ad salutē dicunt̄ fatue. Greg. Quid ꝓdest ꝙ fide deo iūgimur ⁊ moribus disiūgimur q̄si d. nihil. Jaco. ij. Fides sine opibꝫ mortua est. q. d. fatuitas. ¶ E Nota multiplices sunt fatui xp̄iani q̄ ꝯp̄hendunt̄ et intelligunt̄ ꝑ quinq3 virgines fatuas. ut dicit Orige. q2 sensuum delicijs ⁊ vicijs se dederunt. ¶ Primi fatui sunt qui fidem habēt ⁊ male agunt. Vñ ꝓuer. xiiij. Qui cogitat mala facere stultus vocabit̄. Et si ille q̄ cogitat multo magis ille qui opat̄. Tales sūt

ſm Aug. qui lāpades habent ⁊ nō oleū. id ē fidem ⁊ nō opa. Greg. Sicut lāpas sine oleo fetet ⁊ nō lucet. sic fides sine operibus bonis. ꝓpter quod dicit saluator Mat. v. Sic luceat lux vestra corā hoībꝫ ut videant opa vestra bona ⁊ glorificēt patrē vestrū q̄ in celis est. Nā fides sine opibus est fides demonū. De q̄ Jaco. ij. Demones credūt ⁊ ꝯtremiscunt. Et subdit ibidem. Sic corpus sine spū mortuū est sic fides sine opibꝫ. Ideo collaudat Isid. fidē formatā dicens Beatus est qui recte credit: ⁊ credēdo bñ viuit. ¶ Scdi fatui xp̄iani sunt q̄ postq3 male agūt ꝑ sapiētes corrigi nolūt. Vñ ꝓuer. xviij. Nō recipit stultus ꝟba prudentie. Rō ponit̄ Eccls. xij. Verba sapientū sunt quasi stimuli ꝑ quos corrūpitur vesania. Et q2 q̄ talia ꝟba correctōis nō recipit est signū fatuitatis. de q̄ ꝓuerb. xij. Qui odit correctōes insipiēs est. Et q̄d amplius odit corripientē ⁊ nō amat. Vñ ꝓuerb. xv Nō amat pestilēs eū qui se corripit. et hab3 disciplinā tanq3 ꝑ ludibrio. De q̄ ꝓuerb. xv. Stult⁹ deridet doctrinā pr̄is sui. Sed ecōtra ꝓuer. xv. dicit̄. Cor sapiēs q̄rit doctrinā quā fatuus spernit. eo ꝙ scribit̄ Eccl. xxi. Cor fatui quasi vas ꝯfractū. ⁊ omnem sapiētiā nō tenebit. Nā sicut cribrū3 tenet furfura ⁊ nō farinā. sic tales stulti tenēt inutilia et nō ꝓficua. ¶ Tercij fatui xp̄iani sunt qui alioꝝ vitā respiciūt ⁊ excessus ⁊ se ꝑ alioꝝ maliciā excusare volūt. Hec ē fatuitas de qua Eccl. xxi. Pes fatui facilis in domū ꝓximi. nam fatui currūt hincinde. et sic tales ad vitam alienā habent aduertentiam. Quid tibi de vita aliena. cū scribitur ad Gala. vi. Vnusquisq3 on⁹ suū portabit. nam non portabit pater iniquitatē filij nec econuerso. Ezechielis. xviij. sed aīa q̄ peccauerit ip̄a morietur. Ideo aplus Ro. xiiij. Tu quis es qui iudicas alienū seruū. si stat dño suo stat. si cadit dño suo cadit. Jō Seneca. Propriū est stulticie alienā vitā cernere suāq3 obliuisci. Tales enim sunt stultiores asinis. Nam si aliquis asinus vid3 alium cadētē ip̄e circuit. Ipi aūt fatui ꝑ eādē viā sequunt̄ dicētes. iste fecit hoc similiter

carni humane. p quod se pr manifestaret. vt deus pr que se in enigmate insinuauerat per oracula prophetarum. in fine tempor se manifestaret p filium et proprium verbum. Hoc est quod d. apostolus ad Heb. i. Multifarie multisque modis olim deus loquens patribus in prophetis. nouissime diebus istis locutus est nobis in filio suo. Hoc etiam dicit filius patri. Joh. xvij. Pr manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti michi etc. Pr clarifica filium tuum ut filius tuus clarificet te. Ex quo igitur opus incarnationis erat ad manifestationem diuinitatis. ideo magis congruum erat vt illa persona carnem assumeret. vt dicit mgr in iij. di. i. que procedit a patre et que est ab alio quam que est a nullo. Procedit enim a patre per modum verbi expressi. Joh. i. Verbum erat apud deum et deus erat verbum. Et hoc verbum caro factum est. Secundo congruit ratione paterne cooperationis. quia omnia operatur pater per filium. Joha. i. Omnia per ipsum facta sunt. Ideo omnia quecunque pr facit hec et filius. Joha. v. similiter facit. vt dicit Aug. in li. de trinitate. et mgr in iij. di. i. Opera trinitatis sunt indiuisa. Et sic ipsam incarnationem licet tota trinitas est operata. tamen solus filius carnem assumpsit Et congruum fuit vt omnia repararentur per verbum incarnatum. sicut deus pater per verbum increatum omnia creauit. Ephe. i. Proposuit omnia in christo restaurare. Et ideo dicit Joh. v. Opera que dedit michi pr meus ut faciam ipsa testimonium perhibent de me quia pr misit me. Ex quo igitur opus incarnationis erat ad reparationem operum diuinorum. congrue ergo ille incarnatus est et missus per quem omnia sunt producta. Secundo congruum fuit ex parte filij venientis. Illa congruitas in ipso ostenditur duplici ratione. Primo ratione expresse similationis quia enim filius est expressa patris imago. ut scribitur Sap. vij. Candor est lucis eterne. et Col. i. Qui est imago dei inuisibilis primogenitus. congruum erat ut per ipsum humanitatis assumptio fieret. vt quia homo assumptibilis erat ratione dignitatis imaginis per quam assimilatur deo. sicut scribitur Gen. i. Fecit deus hominem ad imaginem suam. decens erat ut magis per illam personam assumeretur humanitas et vniretur deo que est expressa patris imago. ut imago creata que est homo vniretur deo per imaginem increatam que est filius. Hoc videtur dicere apostolus ad Ro. viij.

Quos predestinauit conformes fieri imaginis filij sui. s. per memoriam intelligentiam et voluntatem. Ex quo igitur opus incarnationis ad hoc erat vt vniretur homo deo qui erat imago dei creata congruum erat vt ille carnem assumeret qui est imago patris increata. s. filius. Secundo ratione eterne generationis. quia ipse filius est a patre eternaliter genitus. Ps. ij. Ego hodie genui te. i. ab eterno. Congruum igitur erat vt ille idem qui erat eternaliter genitus a patre ipse in tempore nasceretur. iuxta illud Isa. ix. Paruulus natus est nobis. scilicet temporaliter. et filius datus est nobis. s. qui natus est eternaliter. et Lu. i. Et filius altissimi vocabitur Mat. xxvij. Vere filius dei erat iste. Propter hoc dicit Aug. Filius dei non quesiuit nisi matrem in terris. quia illum habebat. s. patrem in celis. Item ne duo filij essent in trinitate beata. si vnus generaretur ex patre. alius ex matre. ideo magis decuit filium incarnari et in carnem mitti Dicit enim mgr in iij. sententiarum. di. i. Si enim pater in carnem venisset ab alio esse putaretur. Si enim spiritussanctus incarnatus fuisset alius filius putaretur ab alio esse. ideo spiritussanctus incarnatus non est. ut ille qui erat in diuinitate dei filius fieret in humanitate virginis filius. Non ergo pr nec spiritussanctus carnem induit ne alius esset in diuinitate filius et alius in humanitate. et ne idem esset pr et filius si deus pater de homine nasceretur. Cum igitur opus incarnationis ad hoc erat vt deus nasceretur ex homine congruum fuit ut ille ex homine nasceretur in tempore qui ex patre natus erat ante tempora. et ideo filius missus est. Tercio ex parte hominis indigentis ostenditur maior congruitas remedij in filio duplici ratione. Primo ratione primarie transgressionis. quia dicit sanctus Tho. parte iij. q. iij. ar. v. Peccatum primorum parentum erat de appetitu sciencie et sapientie dei. volentes fore sicut dij: scientes bonum et malum. Modo sapientia attribuitur filio. i. Chor. i. Dei virtus est et sapientia. ideo solus filius humanam naturam assumpsit ordine congruo. Ideo potuit dicere illud Jone. i. Propter me orta est tempestas. mittite me in mare. i. in mundum. Ideo dicitur ad Ro. viij. Proprio filio suo non pepercit deus. Ex quo opus incarnationis erat ad hoc ut lapsus hominis expiaretur. congrue filius missus est. cum delictum fuit ex appetitu sapientie que

attribuit filio. etiā expiatio hui9 peccati debebat fore ꝑ mediatoꝝ supplicatōem ⁊ obedientiā. Et magis ꝯgruebat filio supplicare patri ⁊ obedire. iō ꝯuenienter fili9 missus est. Scđo rōe plenarie gratificatōis. q2 enī fm rectū ordinē infima ꝑ media reducūt ad sūma. cū opus incarnatōis ad hō ordinat̄ ut q̄ eramus sui efficeremꝰ liberi. fm illō Joh. i. Dedit eis ptātem filios dei fieri. ꝯgruū fuit vt ab illo liberaremꝰ a suitute pcti ⁊ efficeremur filij ꝑ grām q̄ erat fili9 ꝑ naturā. Johannis. viij. Si filius vos liberauerit veri liberi eritis. Aug. Ut hō ex deo nasceretur prio ex hoīe natus ē de9. Cū enī essem9 extranei ꝯgruū fuit ut in hereditatē introduceremur ꝑ filiū. De q̄ apls Col. i. Trāstulit in regnū filij dilectōis sue in q̄ hēm9 redemptōem ⁊ remissiōem pctoꝝ. ¶ Dixi tercio innuit̄ missiōis vtilitas fructificatōnis cū subdit. factū ex muliere factū sub lege. vt eos q̄ sub lege erāt redimeret. Fuit enī ista missio fructuosissima. q2 missus est ad nos dei fili9 ut nobis opa peccati ⁊ diaboli dissiparet. ut dicit Johes i canonica. i. Johā. iij. In hō apparuit dei fili9 vt dissoluat opa dyaboli. ¶ H ¶ Pctm aūt qđ introductū ē diabolo suggerēte octo intulit dāna q̄ ꝑ dei filiū reparant̄. Prio vulnerauit integritatē nature. Scđo priuauit viuacitatē gratie. Tercio elōgauit felicitatē glie. Quarto ꝓcurauit atrocitatē pene. Quinto debilitauit facultatem potētie. Sexto obnubilauit claritatē intelligētie. Septio augmentauit ꝑuitatē ꝯcupiscētie. Octauo generauit ariditatē malicie. Sed ꝯ omnia ista dei filius missus est vt dissolueret opa pcti: ⁊ hoīem redimeret ab omnibꝫ hijs malis. ¶ Prio dixi peccatū vulnerauit integritatē nature Luc. x. Hō q̄dam. i. gen9 hūanū descendit ab hierl'm i hiericho. i. de statu iusticie in statū culpe. ⁊ incidit in latrōes. i. in man9 diaboli. plagis impositis vulnerauit eū semiuiuo relicto. sed venit sacerdos viso illo ꝑtereijt. Silr et leuita vidit eū et ptrāsijt. quia nullus nec in lege nature nec scripture erat q̄ vulnera anie sanare poterat. nisi samaritanus. i. xp̄us aīe nr̄e custos: appropinquās in sua bn̄dicta incarnatōne alligauit vulnera ꝑ suā doctrinā. et infudit oleū mīsicordie ⁊ vinū iusticie. et imposuit in iumentū suū. i. corp9 suū. i. Pe. ij. Tulit peccata nr̄a in corpore suo sup lignū Ipe curauit vulnera aīe ⁊ repauit integritatē nature egrotantis ꝑ medicinā passionis sue. Isaie. liij. Uere languores nostros ipe tulit: ⁊ peccata nr̄a ipse portauit. cuius liuore sanati sumus. Ꝺ quo ps. cvi. Misit verbū suum ⁊ sanauit eos. ⁊ Sap. xvi. Neqꝫ herba neqꝫ malagma sanauit eos. sed tu9 dn̄e sermo qui sanat omnia ps. cij. Qui sanat omnes infirmitates tuas ¶ Secūdo peccatū priuauit viuacitatē grē ⁊ induxit morte ꝫ anime. ad Roma. vi. Stipendia peccati mors ē. Jac. i. Pctm cū ꝯsummatū fuerit generat mortē. Sap. xvi. Hō ꝑ maliciā occidit aīam suā. Et sic oēs eramus mortui in aīa ꝑ peccatū Ade. De quo ad Ro. v. Per vnū hoiem intrauit pctm in mundū. ⁊ ꝑ peccatū mors. ⁊ ita in oēs homines mors ptrāsijt. Sed cōtra hoc missus est dei fili9 in incarnatōe vt restitueret vitā grē. De quo. i. Johā. iiij. In hō apparuit charitas dei qm̄ filiū suū misit i hunc mundū vt viuamus ꝑ eum. Hec est vita gratie quā ꝑ xp̄m accepimus. sic̄ ipse dixit Johā. x. Ego veni ut vitā habeant et abūdantius habeāt. habeāt. s. hic in grā. et abundantius in glia. Johā. iij. Misit deus filiū suū in mundū ut saluetur mund9 ꝑ ipꝫ Lu. ix. Nō venit filius homīs animas ꝑdere sed saluare ¶ Tercio peccatū elongauit felicitatē glorie. In figura illius parētes nostri eiecti sunt postq̄ꝫ peccauerunt de paradiso. Genesis. iij. Eiecit deus hominē de paradiso voluptatis. et collocauit ante paradisum Cherubin. scilicꝫ angelicam custodiam ad custodiendū eam. scilicꝫ ne homo inde eiectus posset illuc redire. ad designādum ꝙ a paradiso celesti elongatus ac eiectus esset ꝑpter peccatū. Apocal. xxi. Nihil coinquinatū intrabit. Contra hoc missus est filius in incarnatōne ad recuperandum felicitatē glorie. ad Hebre. x. Hn̄tes fiduciā in introitu sctōꝝ in sanguine christi Nā sicut Adā ꝑ peccatū celeste regnū no-

bis clausit. sic xp̄s ꝑ passiōem suā nob̄ aperuit. Isa. xxij. Dabo clauē dom⁹ dauid sup humeꝝ ei⁹. Damas. Crux xp̄i clauis ꝑadisi. Dicit eñ Aug⁹. de victoria xp̄iana. Si bñficiū passiōis abesset nemo ad deū spem habere posset. q2 dicit mgr̄ in. iij. sniaꝝ. dis. xviij. De⁹ creauit ut ꝓpter peccatū homo nō intromitteret̄ in ꝑadisum nisi tāta hūilitas esset in vno hoīe repta que oib̄ hoibus ꝓficere potuisset. sicut tāta supbia ī vno homine fuit q̄ omnib̄ hoib̄ nocuit. Et illa in nullo homie fuit repta nisi in xp̄o ihū dei filio q̄ exinaniuit semetipm formā s̄ui accipiens. ille hūilitate passionis sue celū aperuit qđ supbia ade clausit. De quo mgr̄ in. iij. di. iij. Nec circūcisio nec baptismus aperuit aditū regni celestis. sed hostia salutaris. d̄ q̄ canit ecclesia. O salutaris hostia: q̄ celi pandis ostia. ¶ Quarto peccatū ꝓcurauit attrocitatē pene. nā si nō fuisset culpa nulla fuisset pena. De quo Gre. Si nō adesset iniq̄tas nulla noceret aduersitas. De q̄ et Isi. Si hō innocēter viueret ignis eū nō vreret aqua nō submergeret. nō spinarū aculei nocerent. nec oīa que nocēt mortalib̄ eū impedirent. Sed oīa penalia hñt ortū a culpa. Ad amouēdā igit̄ penā missus ē dei fili⁹ in carnē. sicut enim ꝑ ipm restituit̄ gr̄a. et sic ꝑ ipm tollit̄ pena. Cui⁹ eñ est beatificare i gr̄a. eius est liberare a pena ⁊ a miseria redimere. s. ipi⁹ dei filij in assumpta carne. Jo. viij. Si filius vos liberauerit veri liberi eritis. Nā ꝑ penā passiōis ei⁹ ⁊ effusionē sanguinis liberati ⁊ redempti sum⁹ ab obligatōe pene. i. Petri. i. Nō corruptibilib̄ auro ⁊ argento liberati estis. sed sanguīe agni incōtaminati. Hūc missiōis fructū exponit p̄s. cx. dicēs. Redēptōnem misit dñs ꝑplo suo. i. Joh. iiij. In h̄ est charitas dei in nob̄ qm̄ misit filiū suū in ꝓpiciatōem ꝓ peccatis nr̄is. i. in deletiōem penaꝝ debitaꝝ ꝓ pc̄tis nr̄is. De q̄ et apl's ad Ro. v. Si cū adhuc pctōres essem⁹ xp̄s ꝓ nobis mortu⁹ ē. multo magis nūc iustificati in sanguine ipius salui erimus a pena eterna ꝑ ipm. dic̄ lyra i glo. ¶ Quinto peccatū debilitauit facultatem potētie. q2 de merito culpe debilitata ē potētia ad operādū bonū. ⁊ ad r̄pliandū ꝯtra malū. eo ꝙ aīa elongat̄ ꝑ peccatū a potentia dei vigorātis ⁊ roborātis. ꝓpter qđ d. apl's Ro. vij. Velle adiacet mihi. ꝑficere autē bonū nō inuenio. Jđ missus est dei filius in incarnatōe: vt nos roboraret in r̄pliando et laborādo. Hūc missiōis fructū exprimit p̄s lvi. Misit de celo ⁊ liberauit me. dedit i opprobriū ꝯculcātes me. Per ipm eñ debilitata est ptās diaboli que est ad impugnādū. i. ad Cho. x. Fidelis de⁹ qui nō patiet̄ vos tēptari vltra id qđ potestis. sed facit cū tēptatōe ꝓuentū. i. v̄tutis augmentū. Hiero. Debilis est hostis q̄ nō p̄t vincere nisi volentē. Itē etiā ꝑ ipm dei filiū incarnatū roborata est potētia ⁊ facultas ad bñ oꝑandū. Ipe est de q̄ d2 Isa. xl. q̄ dat lasso v̄tutē ⁊ robur. Sic dedit fortitudinē btō Paulo. de qua dic̄ Phil. iiij. Omīa possum in eo q̄ me ꝯfortat. ¶ Sexto peccatū obnubilauit claritatem intelligētie. Sap. ij. Excecauit eos malicia eoꝝ. s. ꝙ nō ꝯgnoscerēt defectū eoꝝ. Zopho. i. Ambulauerūt vt ceci q2 domino peccauerūt. p̄s. lxxxi. Nescierūt neq̄ intellexerūt. in tenebris ambulāt: Glosa. Nescierūt dñm neq̄ intellexerūt seipsos. Jdeo exclamat Aug̃. sup tales dicēs. Ve cecis oculis qui te eternū lumē nō vident. de tenebris ad tenebras vadūt: ⁊ nesciunt vbi corruūt. Jđ missus est dei filius ī carne ad illuminandū tenebrositatē intelligentie ignorātis. Hoc desiderabat Zacharias p̄r Johis baptiste Lu. i. Illuminare his qui in tenebris ⁊ ī vmbra mortis sedēt. Similiter ⁊ dauid petiuit hūc fructū missiōis: dicens p̄s. xlij. Emitte lucē tuā ⁊ v̄itatē tuā. Hec lux ⁊ v̄itas ē xp̄s qui dicit Joh. viij. Ego sum lux mūdi. ⁊ Johā. xiiij. Ego sum via veritas ⁊ vita. Via inobliquabilis. veritas infallibilis. vita interminabilis. Ipe eñ est lux v̄a illuminans oēm hoīem venientē i hūc mūdū. De q̄ scribit̄ Isa. xlij. Dedi te in lucē gentiū vt apires oculos cecoꝝ. Jdeo dicit Aug⁹. sup Johā. Incarnatio xp̄i est collirīū de quo illuminant̄ ocl'i nr̄i. vt videre possumus maiestatē ꝑ ei⁹ hūanitatē. Nā vt v̄bū caro factū ē medicamētū

nobis factū. vt q͛ de terra excecabamur de
terra sanaremur. Clama igit͛ cū ps. xij. Il
lumina oculos meos ne vnq̄ȝ obdormiā in
morte. Septimo, peccatū augmentauit
prauitatē ꝯcupiē ꝙ ꝓni sumus ad malum
Gene. viij. Sensus et cogitatio hoīs ab
adolescētia ꝓna sunt ad malū. Sȝ vñ orit͛
h͛ nisi ex peccato ꝑ qꝺ̄ natura est corrupta.
Sap. ix. Corpus qꝺ̄ corrūpit͛ aggrauat ani/
mā. Ioō Aug. Sola peccata nocēt nr̄e na
ture. Vñ infirmitas ad bonum, ꝓnitas ad
malū nisi a peccato habȝ ortū. Et de tali cō
cupiscētia mali ꝯquerit͛ aplus ad Ro. vij.
Video aliā legē in mēbris meis repugnā
tē legi mētis mee ⁊ captiuantē me in lege
peccati. Infelix ego hō q̄s me liberabit de
corꝑe mortis huius. Rn̄det gr̄a dei ꝑ ihe
sum xp̄m dn̄m nostrū. Nā ꝑ gratiam xp̄i
ꝯcupiscētia est diminuta. q͛ dū gr̄a mentē
replet q̄ ꝑ ip̄m facta est sensualitatē refre/
nat vt dicit Berñ. de libero arbitrio. Vbi g̃
tia ingredit͛ ꝑtās peccati minuit͛. Hūc mis
sionis fructū petiuit ps. cxliij. Emitte ma
nū tuā de alto eripe me ⁊ libera me de aquis
multis. Aque iste sunt fluctus ꝯcupiscētie
De quo ps. lxviij. Saluū me fac deꝰ q̄m in
trauerūt aque. i. ꝯcupiscētie vsq̄ȝ ad aīaȝ me
am. A quibꝫ liberamur ꝑ gr̄am xp̄i. ut dicit
ap̄ls ad Ro. viij. Deus filiū suū mittens
in similitudinē carnis peccati. ⁊ de peccato
idē hostia, ꝓ peccato damnauit pctm̄ ī carne
idē vicit diabolū ⁊ debilitauit fomitem
Octauo generauit ariditatē malicie. i. in/
durauit hoīem in malicia. sic legit͛ ī Exoꝺ.
vij. c. Induratū est cor pharaōis: nō vult
dimittere p̄plm meū vt sacrificet mihi ⁊c.
Sed ad h͛ missus est dei filius in incarna/
tōne ad exterminandū malicie ariditatem
indurantē. De q̄ ps. xxi. Aruit tanq̄ȝ testa
virtus mea. Sed sicut cera dura liq̄scit ꝑ
ignē. et lutū durū mollescit ꝑ aquā. sic cor/
da hoīm ꝑ maliciā indurata ꝑ ignitā xp̄i ꝑ
dicatōem ⁊ ꝑ gr̄e infusiōem a sue induratī/
onis ꝑtinacia molliunt͛. Hūc fructū missi
onis exprimit ps. cxlvij. Emittet v̄bū suū
⁊ liquefaciet ea. Audita eñ doctrina saluti
fera ⁊ suscepta gr̄a diuina mollescit cor in/
duratū: dum intellectus illuminat͛ ꝑ v̄bū
⁊ affectus inflāmat͛ ꝑ spiritum. De q̄ dicit
Bern̄. sup Cantica. Intrās in me v̄bū eter
num emolliuit cor meū. ⁊ cognoui eiꝰ pre/
sentiā. q͛ cōpressit affectū viciorꝫ. Et quoni
am hec oīa bona fecit xp̄i incarnatio. ideo mo
yses orauit ꝓ eiꝰ aduentu dicēs Exoꝺ. iiij
Obsecro dn̄e mitte quē missurus es ⁊c.

Sermo XXXII. Ad idem.

Si filius ⁊ heres

ꝑ deū. scribit͛ ad Gal. iiij. c. Vbi
q̄ȝ et oīni tp̄e ꝯsuetudo est approba
ta ꝙ filij legitimi hereditatē p̄ris debēt pos/
sidere. licet malicia hoīm ⁊ potentia resistit
aliq̄ñ. tñ deus q̄ñq̄ȝ mirabiliter disponit vt
hereditatē ꝑditā veri heredes recuꝑent
I Vt recitat mgr̄ ī histo. de Cyro rege ꝑ
sarꝫ loq̄ns de Abacuck dicēs: ꝙ Astiages
rex ꝑsarꝫ habuit vnicā filiā de q̄ tale habuit
somniū. ꝙ de genitalibꝫ filie sue oriebat͛ vi
tis que totā occupabat asiam. Et expositū
est sibi a ꝯiectoribꝫ se habiturū nepotē ex fi
lia qui dn̄s esset Asie. et ip̄m deiiceret ꝺ re/
gno. Quod timēs dedit filiā suā militi ple/
beio ne filiꝰ ex ea nasceret͛ nobilis et potēs.
Postea filiā p̄gnantē accuiit. ⁊ filiū ex ea na
tum cuidā pricipi tradidit ad occidendum
Qui misertus tradidit paruulū vni pasto
ri ad exponendū in nemore vt ibi periret vl͛
deuoraret͛ a bestijs. Qui cum exposuissȝ eū
⁊ indicasset vxori que in diebꝫ illis pepere/
rat. supplicauit ei mlr̄ee vt puulū ei deferrȝ
alendū. Cum redisset pastor ad puerꝫ inue/
nit canem ei p̄bentē vbera ⁊ a feris ⁊ ab a/
uibus defendentē. Cūq̄ȝ attulisset ip̄um ad
vxorem allusit ei tanq̄ȝ diu note. ⁊ vocauit
puerꝫ catulū. Qui cū creuit ludēdo cū pue/
ris factus est rex puerorꝫ. ⁊ ꝯtumaces ac i/
obedientes sibi g̃uiter affligebat. Qꝺ̄ g̃ui
ter ferētes pentes eorū v̄bū detulerūt ad
regem de filio pastoris. Quē cū aduocassȝ
rex et argueret eum ꝙ pueros plagassȝ. ille
intrepidus respōdit se vt regē fecisse. Et ad
miratus rex quedā signa sui generis ī eo vi
dens accito pastore secretius v̄itatem rei
agnouit. Verūtamē timor eius de nepote

mitigatus est. existimãs q᷑ v̄bũ ꝯiectoruꝫ in regno puerorꝫ iã ꝯpletũ esset Et eidẽ cui prius ꝯmiserat occidendũ ꝯmisit alendũ. ñ indicans tñ esse nisi pastoris filiũ. et recipiens filiũ illius pricipis secretarij occidit ꝛ dedit patri ad ꝯmedendũ. ex eo q᷑ nõ obedivit v̄bis eius. et post h̄ revelavit ei. Factum est aũt q᷑ Astrages habuit inimicos: ꝛ tradidit exercitũ illi pricipi secretarij sui ad hostes expugnãdos. Ipe enim resedit in media ꝓuincia. Porro ille nõ immemor maleficij regis ꝑsuasit exercitui ut Catulũ regẽ ꝑsidis sibi eligerẽt. ꝛ ꝯgnomiavit eum Cyrum. qδ interp̄tatur heres. q. d. Licꝫ relucterr̃ Astrages. cyrus hic est heres. Quo facto universium regnũ devolutũ est ad euꝫ Et ille fuit qui extraxit iudeos de s̄uitute babilonica dãdo eis licentiã ut possent templũ reedificare. iuxta v̄bũ Hieremie ꝓphete. Spũaliter. Sic nos sub ptãte diaboli positi hereditatẽ celestẽ ꝑdideramus. sed venit vitis v̄a. Johan. xv. q̄ extendit palmites suos vsq᷑ ad mare: ꝛ ꝓpagines vsq᷑ ad terminos orbis terraruꝫ. vt d᷑ p̄s. lxxix Qui inuentus a pastoribꝯ ĩ effrata ꝛ cãpis silue. qui nõ obstãte impedimẽto Astragis id ẽ herodis. licet mãdauit eũ occidi: tñ factus est heres et rex vniuersorꝫ De q̄ Aug. O herodes nõ vis eũ regnare in iudea. nolis velis regnat in celo ꝛ in terra. Et restituit iudeis .i. fidelibꝯ hereditatẽ celestẽ. p̄s cxxvi. Cũ dederit dilectis suis somnũ. ecce hereditas dñi filij merces fructus ventris de q̄ thema. Si filius ꝛ heres ꝑ deũ. In v̄bis ꝓmissis tria innuunt᷑. Primo libtas voluntaria. Scđo dignitas gratuita. tercio imbecillitas hũana. Primũ ibi. Si filiꝰ. In h̄ eñi q᷑ filiatõem dei sub ꝯditõe posuit dedit intelligi q᷑ in hoĩs ptãte est esse vel fieri filiũ dei. Joh. i. Dedit eis ptãtem filios dĩ fieri. Ecce libertas voluntaria. Scđm ibi. filius. Si eñi est honor hoĩem esse filiũ regꝭ terreni. multo plꝰ esse filiũ regis celestꝭ qui est rex regũ ꝛ dñs dñantiũ. Apoc. xix. Nã xp̄us ad h̄ venit in mđm vt nos filios dei faceret ꝛ in filios adoptaret. ad Gala. iiij. Misit deus filiũ suũ in mđm vt nos adoptionem filiorꝫ dei reciꝑemus. Idcirco si non esset alia causa vitãdi peccata. s. vitatio culpe vel adeptio glie. tñ ꝓpter tãti pr̃is reuerentiã deberemꝰ erubescere peccata ꝛ cessare ab illis. Sepe eñi filij ꝓpter honorꝫ ꝛ nobiliũ ꝑentũ reuerẽtiã erubescũt turpia ꝑpetrare. Et h̄ allegat Thobias. ca. ij. Nolite ita loq̄ q᷑ filij sctõꝝ sumus. q. d. Nõ licꝫ: ñ decet tã nobiles tã turpia opari. Ecce dignitas ğtuita. Terciũ ibi ꝑ deũ. q. d. q᷑ situs filij ꝛ heredes nõ habetis a vobis sꝫ a deo ꝑ deum. Jõ p̄s. xv. Tu es q̄ restitues hereditatẽ meã michi. q. d. Nõ habeo a me sed a te Nam ipe dixit Isa. lviij. Ego sustollaꝫ te sup altitudines terre. et cibabo te hereditate pr̃is tui. ij. Chor. iij. Nõ sumꝰ sufficiẽtes cogitare aliq̄d a nobis q̄si ex nobis. sed sufficiẽtia nr̃a ex deo est. Dixi primo ꝓponit voluntariã libertatẽ. dicẽs. si filiꝰ. licet sumꝰ oẽs filij dei creatiõe. Math. xxiij. Unus eñi est pr̃ vr̃ q̄ in celis est. oẽs eñi fratres estis. tamẽ rõe solius creatõis ñ possidebimꝰ hereditatẽ pr̃nã. sed rõe imitatõis doctrine eius ꝛ opatiõis. De q̄ Johã. viij. Si filij abrae estis opa abrae facite. Et dixit. Vos ex pr̃e diabolo estis q᷑ opa patris vr̃i vultis facere. Nã scribit᷑ Mathei. vij. Nõ oĩs q̄ dicit michi dñe dñe intrabit ĩ regnum celorꝫ. sed q̄ facit volũtatẽ pr̃is mei q̄ in celis est hic est q̄ intrabit in regnũ celorꝫ R. Idcirco notandũ. ꝙ quinq᷑ signa cognoscit᷑ quis esse filius dei. Primo ꝑ fidei v̄itatẽ. nã xp̄s desponsauit eccl̃iam ꝑ fidem Osee. ij. Spõsabo te michi ĩ fide. Jõ si filius ecclesie ꝑ fidem etiã filiꝰ dei. Johãnis. i. Quotq̄t aũt receꝑũt eũ dedit eis ptãtem filios dei fieri. e receꝑũt eũ. s. ꝑ fidẽ. Aug. Impossibile est sine fide ad numerꝫ filiorꝫ dei ꝑtingere. Et sic oẽs ĩfideles. iudei: gẽtiles et heretici excludunt᷑ ab hereditate paterna. Isa. vij. Si nõ credetis ñ ꝑmanebitis. Sed soli fideles xp̄iani sunt v̄e filij dĩ Gala. iij. Omnes filij dei estis ꝑ fidem in xp̄o ihũ. Scđo ꝑ mẽtis puritatẽ. de q̄ Leuitici. xi. ꝛ habet᷑ etiã. ij. Chor. vi. Immundũ ne tetigeritis ꝛ ero vobis in pr̃em. ꝛ vos eritis michi in filios. Nam deus pater est

speculū sine macula .et sic vult ꝛ filios esse sine macula. Leui.xi. Sācti estote qm̄ ego sanctus sum .i .puri ac mūdi a pc̄to mortali qꝛ scribit̄ .i. Job.iij. Ois q̄ natus est ex deo nō peccat. Tercio ꝑ vite humilitatē .figuratur Math.iij. dn̄o humiliato in baptismo sub manibꝫ Johānis baptiste audita ē vox pr̄ris. Hic est filius meꝰ dilectꝰ. Nam licꝫ oēs virtutes deo placēt. maxie tn̄ hūilitas Ideo singulariter eā ꝑposuit in exēplo dei filius dicēs Mat.xi. Discite a me qꝛ mitꝭ sū ꝛ hūilis corde. Bern̄. Si vis cape dei hereditatē recipe prius eiꝰ humilitatē. qꝛ ipse dixit Mat.xviij. Nisi effciami sicut puuli nō intrabitis in regnū dei. Quarto ꝑ pacis trāquillitatē Mat.v. Beati pacifici qm̄ filij dei vocabunt̄. Glo. Si pacifici sunt filij dei tūc rācorosi ꝛ discordes sunt filij diaboli. Ideo docet apl's ad Ro.xij. Quantū in vobis est cū oībꝫ hoībꝫ pacē hn̄tes.ij. Chorin.xiij. Habete pacē ꝛ deꝰ pacis ꝛ dilectōis erit vobiscū. Quinto ꝑ pietatem. Eccli.iiij. Pupillis esto mi̾sicors et eris velut altissimi filius.i. Thi. iiij. Pietas ad oīa vtilis est maxime ad ꝓmissiōem vite eterne. Ideo Isa.lviij. Frange esurientī panē tuū ꝛ egenos vagosq̄ꝫ induc in domū tuā ꝛ cibabo te hereditate pr̄is tui. Idcirco docet Luce .vi. Estote mi̾sicordes sic pr̄ vr̄ celestis misericors ē. Sexto in passiōis acerbitate .apl's ad Hebre.xij. Flagellat omnē filiū quē diligit. Est em̄ signū ꝙ sunt filij dei a deo passionibꝫ expositi. Eccl.xxx. Qui diligit filiuꝫ assiduat ei flagella. De alijs vero nil paticiibus dixit apl's ad Hebre.xij. Si extra disciplinā estis cuiꝰ filij estis. adulteri ñ dei. quis em̄ filius quē nō corripit pr̄.q.d. nullus. Ideo ꝓuer.iij. Quē dn̄s diligit corripit. et q̄si pr̄ in filio ꝯplacet sibi. Ideo Greḡ. Si exceptus es a passiōibꝫ flagellorū ñ eris heres i regno celoꝝ. Ideo dic̄ Bern̄. Nullum testimoniū credibiliꝰ in hac vita ꝙ hō sit regni heres q̄ꝫ ꝙ ꝯsiderat ꝓphetā. Corripiet me iustus in mi̾sicordia ꝛc̄. ¶ M ~ Dixi scd̄o subiūgit gratuitā dignitatē. ibi. ꝛ heres. Pro q̄ sciendū ꝙ inuenit̄ i scripturis q̄druplex hereditas. Prīa grē spiritual' Scd̄a opulentie tpal'. Tercia angustie gehēnalis. Quarta glīe eternalis. ¶ Prīa dixi est hereditas grē spiritualis .illa ē fructuosa. et iō custodiēda ꝛ nō ꝑuipēdēda. figurat̄.iij. Regū.xxi. dixit Naboth ad achab. Propicius sit michi dn̄s ne dem hereditatē patrū meoꝝ tibi .qꝛ scribit̄.i. Petri .iij. In h' vocati estis ut bn̄dictōem hereditate possideatis. Hec hereditas est pignus hereditatis pēne. ut bꝫ Eph'.i. Signati estis spiritu ꝓmissiōis sancto q̄ est pignus hereditatis vr̄e. Iō nō debemꝰ vēdere sic esau primogenita sua ꝓ lēticula.i. delectatōe peccati. Treno.i. Dederūt queq̄ꝫ p̄ciosa ꝓ cibo ad refocillandā aīam ꝛc̄. ¶ Scd̄a ē hereditas opulētie tpalis q̄ ꝯsistit in possessionibꝫ bonoꝝ tpaliū. vineaꝝ. domoꝝ: agrorū ꝛ hmōi. De quibꝫ Job.xlij. Dedit eis scꝫ filiabꝫ hereditatē inter fratres eoꝝ.

¶ N ~ Ista hereditas nō multū est pensanda multiꝭ de causis. Prīo qꝛ pacē inficit. Nā sic canes rixant̄ ad inuicē ꝓ osse carniū. sic fratres ꝛ amici ꝓ diuisiōe hereditatum. ut habet̄ Luc.xij. vbi dixit q̄dam de turba ad ihm̄. Mgr̄ dic fratri meo vt diuidat mecū hereditatē. Rn̄dit ihūs. qs me ꝯstituit iudicē sup vos. Immo rixant̄ etiā aliq̄n fratres iudicialiter ꝓ hereditate. Iō subdit dn̄s ibidem. Cauete et videte ab omi auaricia. qꝛ nō in abūdantia cuiusq̄ꝫ vita est ex hijs que possidꝫ. Scd̄o qꝛ cito deficit. Eccli.xli. Filioꝝ peccatoꝝ .i. diuitū q̄ vix sine pc̄to sunt periet hereditas. Tercio qꝛ dolore afficit. qꝛ cū labore acquirit̄ .cū dolore amittit̄ .sic aranea cū labore opat̄ telā cū dolore ꝑdit. Isa.xvij. Ablata est messis in die hereditatis ꝛ dolebit grauiter aranea. Aranea enim q̄ntūcūq̄ꝫ remota a tela sua sentit ꝛ dolꝫ cū rapit̄. Sic auarꝰ q̄ntūcūq̄ꝫ a tpalibꝫ suis remotus corpaliter sentit cū audit eoꝝ ꝑiculum ꝛ grauat̄ in corde. ꝛ turbat̄ signāter cū ab eis ꝑ mortē separ̄. Eccli.xli. O mors q̄ꝫ amara est memoria tua homi iniusto ꝛ h̄nti pacē. Quarto sepe damnū efficit ꝙ hereditas terrestris aufert celestē . de q̄ Prouer. xx. Hereditas ad quā festinat̄ in pricipio i nouissimo bn̄dictōe carebit. scꝫ illa. Venite

bñdicti patris mei. imo aliqñ est in testimonium et cumulum damnationis Hiere. xij. Facta est michi hereditas mea quasi leo in silua. dedit contra me vocem. Jac. v. Agite nunc diuites plorate et vlulate in miserijs vestris. aurum et argentum vestrum eruginauit. et erugo eorum in testimonium vobis erit. thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus. ¶ Tercia hereditas est angustie gehennalis. i. pena eterna quam mali hereditarie possidebunt. Eccli. xx. Potior est fur quam assiduitas viri mendacis. perditionem autem ambo hereditabunt. i. damnationem. Zachar. v. Omnis fur iudicabitur. i. condemnabitur. Mendax etiam dicitur falsus xpianus: quia quod in baptismo promittit transgreditur postea per peccatum. Ps. xvij. Filij alieni mentiti sunt michi. filij alieni inueterati sunt et claudicauerunt a semitis suis. Eccli. vi. Improperium et contumeliam malus hereditabit. Ibi erit improperium de bono amisso. et contumelia de malo commisso hec est hereditas damnatorum. ¶ Quarta est hereditas glorie eternalis. i. in vita eterna. Ps. xv. Dominus pars hereditatis mee. i. portio mea hereditaria. secundum Glo. q. d. Eligunt cupidi diuitias. voluptuosi delicias. pompatici dignitates quibus fruantur. pars autem mea deus est in eternum. Ps. lxxij. ¶ P. Hec hereditas est appetenda pluribus de causis. Prima est quia delectabilis est et iocunda. Eccli. xxiiij. Spiritus meus super mel dulcis: et hereditas mea super mel et fauum. i. super omne quod delectari potest quia oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit que preparauit deus diligentibus se. Isa. lxiiij. Bern. Tanta est leticia in hereditate eterna. in comparatione cuius omnis iocunditas meror. omnis suauitas dolor. omnis dulcedo acerbitas. omnis decor horribilitas. Secunda est. quia fertilis et fecunda. quia ibi nichil deficiet. Aug. de ciui. dei. Ibi nullum latebit bonum. nullum aderit malum. Chris. super Mat. Maius erit sanctorum premium quam eorum desiderium. Ideo apls. ad Ephe. i. Sciatis que sunt diuitie glorie hereditatis eius. Illas etiam describit Bern. dicens. Premia celestia sunt tam magna quod non possunt mensurari. tam multa quod non possunt numerari. tam copiosa quod non possunt terminari. tam preciosa quod non possunt estimari. Ideo dicit Gre. viij. mora. Si consideramus que promittuntur in celis vilescunt omnia que sunt in terris. Tercia causa quia inamissibilis et eterna. quia in illa patria nullus poterit aliquid operari quo illa priuetur. Ps. xxxvi. Hereditas eorum in eternum erit. Nec ibi aliquis morietur. ad Titum iij. Justificati gratia ipsius heredes sumus secundum spem vite eterne. Ps. xxxvi. Justi hereditabunt terram et habitabunt in seculum seculi super eam. ¶ P. Attamen notandum quod secundum iura pater propter aliquos excessus potest filium priuare hereditate paterna. Primo si patrem vel matrem verbo vel facto grauiter offenderit. s. percutiendo vel vulnerando. Nam si in veteri lege scribitur Exo. xxi. Qui maledixerit patri vel matri morte morietur. quanto magis qui percutiunt debent priuari hereditate et vita. Et ideo si talia contra deum temptauerimus priuamur merito vita celesti. ut est omnis qui mortaliter peccat ledit diuinam maiestatem quantum est in se. quia eam contemnit cum ei non obedit. Eccli. xli. Filiorum peccatorum periet hereditas. ut impleatur illud ps. li. Euellet te et emigrabit te de tabernaculo tuo. et radicem tuam de terra viuentium. Secundo si patrem deoptat vel negat patrem esse sic qui deoptat dominum suum. priuat eum dominus iure omnibus bonis et hereditate sua. et dat eis qui ei seruiunt et eum pro domino cognoscunt. sic mali et peccatores mortali deoptant deum patrem et negant. ad Titum. i. Confitentur se nosse deum verbis: factis autem negant. ut etiam dicit Hiero. et habetur in cano. xi. q. iij. c. estimant. Totiens deum negamus quotiens mortaliter peccamus. Ideo peccantibus aufert deus hereditatem paternam et confert penitentibus. De quo Treni. v. Hereditas nostra versa est ad alienos. et domus nostre ad extraneos. Tercio priuatur quis hereditate paterna cum habet societatem cum malis et reprobis hominibus. Non quia talis societas potius est ad consumptionem eorum. et magis ad personae destructionem quam conseruationem. Unde Prouer. i. Fili mi ne ambules cum eis. prohibe pedem tuum a semitis eorum. pedes enim illorum ad malum currunt. et festinant ut effundant sanguinem. Unde qui talibus ammonitionibus non acquiescunt digne priuantur hereditate terrestri in presenti et celesti in futuro. ut de hoc exponatur illud quod

recitat Petrus alphonsus de q̃dam dño vnius ciuitatis q̃ hũit tres filios. ⁊ cogitabat dimittere dominiũ ciuitatis vni illoꝝ qui melius posset regere ciuitatẽ. Et volẽs scire quis coꝝ triũ esset melior vsus est tali industria. Nã vocauit maiorẽ ⁊ dixit sibi. Si deus vellet te facere auẽ cuiusmodi auis velles esse fili mi. Rñdit filius. aquila. Dixit pr̃ ei. et quare. Rñdit ille q2 ẽ omniũ auiũ regina ⁊ sup oẽs aues volat. Vocauit scđm. et dixit. tu fili si deus vellet te facere auẽ de qua esses magis ꝯtẽtus. Rñdit de falcone. ait pater. ⁊ quare. Quia est auis que portat̃ in pugno nobiliũ. et qñ vadũt venatũ irruit sup aues ſm nobilitatẽ suã ⁊ occidit mõ vnã: modo aliã. Quibꝰ auditꝫ vocauit terciũ et dixit sibi quẽadmodũ fec̃ aliis. Qui respõdit ꝙ volebat esse sturnꝰ. quia semp volat cũ comitiua et societate ⁊ multitudine maxima. His pactis venit p̃dictꝰ dñs et cõdidit testamentũ dicẽs. Dimitto filiũ meũ iuniorẽ dñm ⁊ heredẽ ciuitatꝫ. q2 petit vt sturnus esse in cõmunitate ⁊ societate viuere. Et talẽ decet habere rectorẽ ciuitatis. Ita in ꝓposito deus pater habuit tres filios. s. Luciferꝝ. Adam ⁊ Ihm̃ xp̃m. Lucifer velut aquila petijt volare sup altitudinẽ nubiũ. Adã velut falco rapax sup poma ligni vetiti se immersit. Xp̃us vo ꝯuersatõem ꝯmunitatis elegit. Baruch. iij. In terris visus est ⁊ cũ hominibus ꝯuersatus est. Et ille est heres. ⁊ tales sunt paupes celestẽ hereditatẽ possidentes. Jacobi. ij. Nõne elegit deus paupes in hoc mũdo. diuites in fide. ⁊ heredes regni. qḋ repromisit deus diligentibꝰ se. Math. v. Beati paupes spiritu. ipoꝝ eñi est regnũ celoꝝ.

De Circũcisione dñi.
Sermo XXXIII.

Vocatũ ẽ nomẽ eius Ihũs. scribit̃ Lu. ij. c. ⁊ legitur i p̃ntis festiuitatis euãgelio. Presens festiuitas est gaudiosa rõe triũ causaꝝ. Pria causa est rõe octaue diei natiuitatis xp̃i. q2 octaua dies sanctoꝝ significat futurã vitã q̃ est eterna i qua circũcidimur ab omĩ miseria. Vñ Apoc. xxi. Mors vltra nõ erit neqꝫ clamor neqꝫ doloꝝ qm̃ priora trãsierũt. ibi erit festiuitas solẽnis. De quo Naũ. i. Celebra iuda festiuitates tuas. q2 nõ adijciet vltra ut ptransẽat belial. i. diabolica tẽptatio. Et sic p istã octauã designat̃ spes future vite. De quo Hebre. x. Initiauit nob viã nouã vbi nulla tribulatio. Apoca. vij. Neqꝫ cadet super eos sol neqꝫ vllus estꝰ, neqꝫ esuriẽt neqꝫ sitiẽt ampliꝰ. Scđa causa hec festiuitas est gaudiosa rõe effusiõis sanguĩs p̃ciosi quẽ in circũcisione fudit hodie ꝓ nobis. Augus. Sicut mors et resurrectio ita ⁊ circũcisio ꝓ nobis facta est. q2 ꝓ nobis circũcisionẽ sustinuit vt nos ab hoc graui onere liberaret. De quo Actuũ. xv. dixit Petrꝰ ad illos q̃ volebãt ꝙ ꝯseruaret̃ circũcisio cũ euangelio. Quid tẽptatis iugũ imponere sup ceruicẽ discipuloꝝ. qḋ neqꝫ. i. vix nos neqꝫ patres nostri portare potuimꝰ. sed p grãm dñi nostri ihũ xp̃i credimꝰ saluari. Idcirco hodie dedit nobis arrã salutis in sanguĩe suo sustinens onus legis ut nos ab onere legis eriperet. Gala. iiij. Misit deꝰ filiũ suũ factum sub lege ut eos q̃ sub lege erãt redimeret.

Tercia causa est rõe nois saluatoris. i q̃ ẽ grãm nob ꝓstendã insinuauit in hꝫ amoroso noie ihũs. i. saluatoꝝ. Dixit ei angelꝰ Mat. i. Ipse eñi saluũ faciet ꝑplm̃ suũ a peccatis eoꝝ. De quo noie b̃ndicto dicit dulcꝫ ber. O nomẽ dñi desideratũ: diu expectatum. multotiẽs inuocatũ. sed nũc exhibitũ. De quo dr̃ Actuũ. iiij. Nõ est nomẽ sub celo in quo optet saluari nisi in noie ihũ. De quo thema. Vocatũ est nomẽ eius ihũs. In summa euãgelij duo innuunt̃. Prĩo circũcisio xp̃i penalis ⁊ dolorosa. Scđo impositio nois salutaris ⁊ gaudiosa. Primũ ibi. postqꝫ impleti sunt dies octo. Scđm ibi. vocatũ est nomẽ eius ihũs. De primo dic̃ Postqꝫ impleti sunt dies octo. s. a natiuitate vt circumcideret̃ puer. intellige ſm vt scribit̃ Geñ. xvij. Infans octo dieꝝ circũcidet̃. R. Non ante octauũ diẽ q2 puer erat nimis tener. ꝓpter qḋ dicit Bonauẽtura sup. iiij. sentẽtiaꝝ. Nõ potuerunt p̃-

uenire tpus necꝫ differre nisi dñs dispēsas-
set cū eis .et puer mortuus añ octauū diem
saluabat in fide pentū. Sed si ex negligētia
nō circūcideret octaua die ⁊ moreret post
octauā diē nō saluaret puer. Ratio Bona
uētuee .q2 currēte circūcisiōe alia eemedia
nō disponebant paruulū masculū nisi cum
hac pditōe q essēt impossibile ad implēdū
mandatū. Sicut in deserto dispensabat de
us cū eis. Et hoc duplici de causa. Primo
ꝓpter piculū.q2 ad modū nubis mouebant
eo q in colūna nubis ducebat eos. et sic fu-
issent in piculo mortis ꝓpter instabilitatē.
Scdo in figura. ut vna generalis circūci-
sio fieret in terra pmissiōis que fuit figura
eterne vite vbi circūcidemur ab omi ōfectu
S. Sed d. que est rō q fides ecclesie nūc
nō saluat pueros ante baptismū. sicut tunc
ante octauā diē circūcisiōis. Rñdet sanct9
Thomas in .iiij. dis. i. dicens. Fides nunc
sufficit. sed hoc nō est ꝓpter minorē efficaci
am fidei sed ꝓpter obligatōem ad sacramē
ta que pcepta sunt. verbi gr̄a. Sicut religi-
oso nō sufficit obseruātia mandatorū sinē ob
seruantia pfessionis sue. nō ex eo q obser-
uantia mandatoꝝ sit minoris efficacie. sed
quia obligatio est maior qua se obligauit vl
tra mandata ad que tenet. quia illa tenetur
facere sed istud nō omittere. Secūdo ideo
quia baptismus ꝓpter sui generalitatē et p
fectōem et tpis indeterminatōnem alia re-
media euacuauerat. nō sic circumcisio: sz ad
misit aliud remediū ante octauū diē. Itē
nota circūcisio fuit data Abrae in nonage
simo anno. et data fuit vicis in remedium
peccati originalis. Sed p femellis dic bo-
nauentura sufficiebat pfessio fidei mediato
ris a parētibz vel ab hijs qui gerebāt curā
paruuloꝝ. T. Sed d. Cur generi ma-
sculino data fuit circūcisio in remediū pecca
ti originalis. Rñdet q ideo. q2 peccatū vi-
ri quo ad effectū fuit grauius peccato muli
eris. Dico notāter quo ad effectū. q2 dicit
sctūs Tho. ij. q. q. clxiij. ar. iiij. Respiciēdo
genus peccati peccatū vtriusꝗ fuit eq̄le q2
supbia. Sed q̄ntū ad speciē tunc grau9 pec
cauit mulier. quia nō solū peccauit sed viꝝ
ad peccandū induxit. Sed quantū ad cōdi
tōem psonarū tunc peccatū viri est grauius
eōne pfectōis. q2 erat pfectior muliere. sed
quantū ad effectū est maius peccatū viri. s.
ade. De quo Aug. in enchiriō. dicit. Ade
peccatū viciauit totū genus humanū. Naz
si vir nō peccasset peccatū ita diffusum p to
tum genus hūanū nō fuisset. vt dic mgr in
ij. di. xxij. Et apl̄s ad Ro. v. Per vnū ho-
minem peccatū in mundū intrauit. s. p viꝝ
⁊ mlierem vbi duo ī carne vna. p mulierē
sensibiliter vel specialiter. sz p virū dānabi
liter. V. Sed diceres. vtrū circūci-
sio cōferebat grām. Rñdet sctūs Tho. in
iiij. di. i. q sic. q2 quod in nobis opat baptis
mus pfecte h causauit circūcisio ipfecte. Et
sic in circūcisione dabat gratia. s. puula re-
spectu baptismi. q2 nō ita abunde restringe
bat fomitē peccati sicut baptismus. X.
Sed diceres. quare voluit xp̄us circūcidi.
cum circumcisio data est in remediū pecca
ti originalis. ip̄e aūt est ⁊ fuit immunis ab
omni peccato. Rñdet sanctus Tho. pte. iij
q. xxxvij. ar. i. vt veritatē hūane carnis oñ-
deret cōtra manicheū qui dixit eū habere
corpus fātasticū. Ideo voluit effundere san
guinē suū vt se verū hoīem demōstraret.
Scdo vt circūcisionē approbaret. De quo
apl̄s ad Ro. xv. Dico xp̄m ihm̄ fuisse mi
nistrū circumcisiōis ꝓpter ɔfirmatōem pro-
missionū patrū. Tercō vt se d genere abrae
demōstraret cui data est primo circumcisio
Quarto vt a iudeis excusatiōem tolleret q̄
se excusassent q eū nō receperūt. q2 nō esset
circūcisus. Quinto vt obedientie virtutē
ɔmendaret. in eo q ip̄e legi obediuit. Mat-
thei. v. Nō veni soluere legē sed adiplere.
nobis in exemplū vt obediamus pceptꝭ dī
⁊ ecclesie. vbi gratia. Ecclesia statuit semel
in anno ad minus ɔfiteri ⁊ eucharistiā su-
mere. de peni. ⁊ remis. Omnis vtriusꝗ se
xus. Et posito casu q hō nullū haberet pec-
catū mortale e[illegible] iāe semel in anno debet
ɔfiteri [illegible] venialia peccata ꝓpter obediētiā
pcepti. Naz si xp̄s qui peccatū nō fecit nec
vestigiū vulneris habuit ligaturā vulner9
recepit. multo magis nos nō debem9 peren

Eccli.iiij. Nō ɔfundaris ꝓ aīa tua dicere verū. Sexto ut spūalem circūcisiōem doceret. Dicit enī Aug⁹. in li. de doctrina xpiana. Omnis xpi actio nostra est instructio. nō corporalis sed spūalis. ut vult Origenes Sicut mortui sum⁹ spirituali morte eo moriente. sic circūcidi debemus spirituali circūcisione. eo ꝙ inquit Aug⁹. ad Ualerianū ꝛ habeť in cano. de cōse. di. iiij. c. Ex quo. ꝙ circūcisio carnis erat signū iustificatōis et purgatōis anime. Ber. Quid ꝓdest circūcisio corporis sine circūcisione mētis. quasi diceret. nihil. Ideo circūcisio corpalis iam cessauit. Dicit sanctus Tho. sup. iiij. dis. i. quia qñ venit quod ꝑfectū est: cessare debet quod imꝑfectū est. Sed baptismus est ꝑfectior circūcisione. ¶ A. Primo ratōe significatōnis. qꝛ exterior ablutio significat interiorē. nō solū ab originali sed etiam ab omī actuali peccato in adulto iudeo vel gētili baptisato. Ezech. xxxvi. Effundā super vos aquā mundā ꝛ mundabimī ab omnibꝰ inquinamentis vestris. ¶ Scđo rōne efficacis operatōis. qꝛ abundantior gratia dať ad bene operandū ꝛ ad fomitē restringēdū. Tercio ratōe generalis obligatōis. qꝛ circūcisio habuit determiatū ꝑplm. s. iudaicū. Nam licet alios etiā posset saluare ut gentiles non tamē tenebanť nec obligabantur Etiā habuit determinatū sexū ut virilē. Etiam habuit determinatū tpus. Baptismus vero est cōmunis omnibꝰ hominibꝰ ꝛ ad euȝ obliganť omnes saluari volētes si eū habere possunt. ut dicit saluator Johā. iij. Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua et spūsancto nō intrabit in regnū dei. Circūcisio ṽo nō fuit talis ꝑfectōis ꝛ obligatōis. ideo dȝ cessare ¶ Sed diceres. quō debet vel posset cessare. cum scribiť Gen. xvij. ꝙ dať in fed⁹ eternum. Rñdet scūs Tho. sup. iiij. verū est quo ad signatū. et quantū ad id qđ successit Uel aliter eternū capiť ꝓ seculo. i. tpe lōgo ut habeť Hiere. ij. A seculo fregisti iugum meū. i. a lōgo tpe. Ideo nō circūcisio corporis necessaria est ad salutē sed cordis. De qua Deut. x. Circūcidite ꝑpuciū cordis vestri. Bern. Nos circūcidi necesse est: nō

lr̃a sed spiritu. nō i vno mēbro sed toto corpore. ¶ B. Primo circūcide oclos a visione vanitatis. ps. cxviij. Auerte oculos tuos ne videant vani. Conqueriť enī Hieremias Treno. iij. Ocul⁹ meus depdatus est aīam meā. Dicit nāqȝ Aug. de fide xpiana. Non dicatis vos habere animos pudicos cum habetis oculos impudicos. quia impudicus ocul⁹ impudici cordis est nūci⁹ vt habeť etiā in canone. xxxij. q. v. Nec solo. Et sic circūcidit Job oculos suos. Job xxxi. Pepegi fedus cū oculis meis ne cogitarē de virgine. ¶ Secūdo debes circūcidere aures ab adulatōibꝰ ꝛ detractōnibus audiēdis. De quo Eccli. xxviij. Sepi aures tuas spinis. et linguā neqȝ noli audire. et verba detractoria. qꝛ dicit Bern. in li. de consideratōnibꝰ. Detractor et libens auditor vterqȝ portat diabolū in lingua sua. ps. c. Detrahentē secreto ꝓximo suo hunc ꝑsequebar. apľs ad Roma. i. Detractores deo odibiles. Ideo Eccli. xxviij. Susurro et bilinguis maledictus. ¶ Tercio debes circūcidere os et linguā a mendacijs. qđ docet apľs ad Ephe. iiij. Deponētes mendacium loquimini veritatē vnusquisqȝ cū ꝓximo suo. qꝛ scribiť Sap. i. Os mendax necat aīam. Ideo habeť in cano. xxij. q. v. Cauete. et est Ambro. Cauete fratres mēdacium. qꝛ omēs qui amāt mendaciū filij sunt diaboli. eo ꝙ scribiť Joh. viij. Mendax ē ꝛ pater eius. O q̄ sunt incircūcisi labijs: et volūt esse religiosi nō refrenātes linguā. Jacobi. i. Si q̄s putat se religiosum esse nō refrenās linguā suā hui⁹ vana est religio. Jacobi. iij. Lingua nr̃a vniuersitas iniquitatȝ ideo necessaria est circumcidi. Eccli. xxviij. Uerbis tuis staterā facito. ꝛ frenos ori tuo rectos. Jaco. i. Qui in ṽbo nō offendit hic ꝑfectus est vir. ¶ Quarto debes circūcidere cor a malis cogitatōibꝰ. Jsa. i. Auferte malū cogitationū vestrarꝫ ab oculis meis Ratio Sap. i. Peruerse cogitatōes separant nos a deo. Ideo Augustin⁹ in epľa ad demetriadē virginē. Ne dixeris cogitaui malū sed nō feci. hoc cogitare crimen ē qđ facere nephas est. iō Jaco. iiij. Purificate.

corda vr̃a .i. a malis cogitatõnibꝰ. Sap. i. In cogitationibꝰ impij interrogatio erit. Ideo August. Quidq̃d pudet dicere pudeat et cogitare. ¶ Quinto debes circumcidere manus ab operibus malis. Jaco. iiij. Emũdate manꝰ pc̃tores. Ratio s̃m psal. xvij. Scd̃m puritatẽ manuũ meaꝝ retribuet michi. Apoca. xiiij. Opa illoꝝ sequũtur illos. Math. xvi. Filius hoĩs venturus est in glĩa patris sui et reddꝫ vnicuiqꝫ iuxta opera sua. ¶ Sexto debes circũcidere pedes id ẽ affectiões ꝛ volũtates prauas. Augꝰ. Pes aĩe amor est ꝛ affectio eiꝰ seu volũtas Bern̄. Homi deũ habere volẽti sp̃ scrutãda est ɔsciencia q̃d vult. Nam sicut pax ẽ hominibꝰ bone volũtatis. sic dãnatio est hijs q̃ sunt male volũtatis. qꝛ scribiť in cano. lvi. di. Nasci. Volũtas hõis est origo vicij ꝛ virtutis. ¶ Septimo debes circumcidere totũ corpꝰ a carnalibꝰ desiderijs ꝛ voluptatibus. i. Petri. ij. Obsecro vos abstinere a carnalibꝰ desiderijs q̃ militãt aduersus animã. ij. ad Cho. x. Arma milicie nr̃e nõ sunt carnalia sed sp̃ualia. ad Ro. viij. Qui s̃m carnem sunt deo placere nequeũt. Jdo ad Galatħ. v. Spiritu ambulate ꝛ desideria carnis nõ pficietis. qꝛ si s̃m carnẽ vixeritis moriemi. Roma. viij. Aug. O q̃ parua est ɔcubitus hora p quam pdiť vita eterna. ¶ C. Octauo debes circũcidere oẽs mores ꝛ omnẽ vitã tuã a praua ɔsuetudĩe. De qua in cano. dist. viij. mala. Mala ɔsuetudo q̃si pniciosa corruptela est vitãda quia dicit Aristo. vij. ethico. Difficile resistitur ɔsuetudini q̃ assimilať nature. Hiere. xiij. Sicut ethiops nõ pt mutare pellẽ suã ꝛc. sic vos nõ poteritis bñ facere cũ didiceritis malũ. Sap. xiiij. Cõualescẽte antiq̃ cõsuetudine hic error tanq̃ lex custoditus est. Ideo exclamat Chris. O infelix ɔsuetudo peccãdi. quãto magis peccãt tãto minus intelligũt. Greg. Hoc nõ erit cõsuetudini licitũ q̃d ratõni est phibitum. et dicunt nunc. ante centũ annos ꝛ vltra hoĩes chorisabant et gulose viuebant. vel sic pompose incedebãt. Audi q̃d scribiť de testibꝰ ꝛ attestatõibꝫ. Tanto grauiora sunt crimina: q̃nto diutius infelicẽ animã detinẽt alligatã. Silr̃ in cano. xxiiij. q. i. Scisma. Cõsuetudo mala quãto diuturnior tãto pnicior. ideo est circumcidenda. Idcirco noli allegare. Ego nõ solus sum. plures etiã faciunt hoc. Respondet hic Hiero. Multitudo sociorum nõ sinit crimẽ impunitũ. ut scribiť in cano. i. q. i. multi. Et nõ minus ardet q̃ cuꝫ multis ardet. Et sic circumcisio corpis fiebat petra acuta materiali. ꝛ sic s̃m Bern̄. petra acuta ɔpunctõis circũcidať vulnꝰ criminis. Et hoc q̃ntum ad primũ ¶. Dixi secundo subiungiť impositio nomĩs saluatoris ibi. ꝛ vocatũ est nomẽ eius ihũs. i. saluator. Et merito. qꝛ pter nostrã salutẽ venit in mundũ. De quo aplus. i. ad Thimo. i. Fidelis s̃mo ꝛ omni acceptiõe dignus. qꝛ ihũs xp̃us venit in hunc mundũ peccatores saluos facere. Licet plures fuerũt isto noĩe vocati. hoc erat solũ s̃m aliqualẽ et tpalẽ salutem. nõ aũt eternalẽ ꝛ totalem. ¶ D. Itẽ nota. tres fuerũt illius noĩs q̃ tpalem salutẽ exhibuerũt populo dei. Primꝰ fuit Josue de quo Eccl̃. xlvi. Fortis in bello ihũs filius Naue successor Moysi. Nã sic per iordanẽ sicco pede pplm̃ duxit in terrã promissiõis Josue. iij. Et sic noster ihũs oẽs saluãdos in limbo detẽtos duxit in celũ ꝛ nobis ianuã aperuit vite. ut patet Act. i. Secundus ihũs fuit filius syrach qui fuit doctor. et ɔposuit Eccl̃siasticũ. ut dic̃ Hiero. in plogo. Hic docuit vicia vitare ꝛ virtutes operari. De quo Eccl̃i. xxi. Fili si peccasti nõ adijcias iterũ. sed de pristinis depcare vt tibi dimittanť. quasi a facie colubri fuge peccata. Et sicuť ihũs. Johã. viij. ꝛ. v. Vade ꝛ iam amplꝰ noli peccare. Secũdo docuit virtuose viuere. Eccl̃i. ij. Fili accedẽs ad suituť dei sta in iusticia ꝛ timore. Inclina aurẽ tuã ad v̾ba intellectus ut in nouissimo crescat vita tua. in dolore sustine. i humilitate patientiã habe. crede deo ꝛ recuperabit te. Et sic noster ihũs docuit v̾tutes. Math. v. Beati paupes sp̃ũ. bt̃i mites ꝛc̃. Tercius ihũs fuit magnꝰ sacerdos. De q̃ Zacha. iij. Oñdit michi dñs sacerdotem magnũ ihm̃ stantẽ corã angelo dñi. Iste fu

it anus illius qui ꝯposuit Ecclesiasticū. hic ihūs hostias ꝓ ꝑpl'o obtulit ut decet sūmū sacerdotē. De quo Hebre. v. Omis ponti fex ex hoīb9 assumptus ꝓ hoīb9 ꝯstitui tur in hijs q̄ sunt ad deū vt offerat dona et sacrificia ꝓ peccatis. Sic et nr̄ ihūs semetipm obtulit ꝓ pc̄tis nr̄is. De quo apl's ad Hebre. ix. Semetipm obtulit deo. emundauit ꝯscientiam nr̄am ab oꝑib9 mortuis. Hic orauit ꝓ ꝑpl'o sicut decet sacerdotē ut dicit Hiero. ad Damasum papā. et habet' in cano. x. q. i. quia. Sacerdotes ꝓ omnib9 debent orare quoꝝ elemosinas ꝛ oblatōnes accipiunt. Et sic xp̄us summ9 sacerdos orauit ꝓ nobis. Hodie orat coram deo patre. ad Hebre. vij. Accedens ꝑ semetipum ad deū semꝑ viuēs ad interpellandū pro nob. Ideo magis ꝯgruit sibi hoc nomen ihūs. qꝛ ipe est verus totalis ꝛ eternus saluator. Iō dixerūt samaritani Iohā. iiij. Nunc ꝯgnouimus et scimus qꝛ hic est ꝟe saluator mūdi. Nam omnia illa q̄ isti tres ꝓnominati in se ad salutē populi habuerūt. ihūs noster in se ꝑfectissime habuit. Fuit doctor cum ihū filio syrach in ꝑdicatōe. Fuit sacerdos magnus in passione. Fuit dux populi fidelis in ascensione. E Sed d. cum Ihūs sit ꝓpriū nomen eius. quare nō nominamur a ihū saluati. sicut a xp̄o xp̄iani. Respondet'. ꝙ hec duo nomina ihūs xp̄us spēalit' dn̄o nostro ꝯueniunt. Ihūs est nomē ꝑsone et ꝯuenit ei s̄m diuitatē. ob hoc in pn̄ti nō denominamur saluati. Xp̄us ꝟo nomē dignitatis. et ꝯuenit ei s̄m humanitatē. et ob h' in pn̄ti denominamur a noīe dignitatis. qꝛ debemus esse reges spūales: spūaliter nos regentes. et sacerdotes spūales: spirituales hostias offerētes. Apocal'. i. Fecit nos deo nr̄o reges ꝛ sacerdotes. Et. i. Pe. ij. Vos estis genus electū regale sacerdotiū ꝛc̄. Hec est ratio quare nūc xp̄iani dicunt' a xp̄o. sic ꝑdixit Ysa. lxv. Seruos suos vocabit alio nomine. s. ut non dicant' iudei sed christiani Subdit. in quo qui benedictus est sup terram. s. bn̄dictōne gratie. bn̄dicet' in deo scꝫ benedictōe glorie. Sed ve illis q̄ tm̄ participant nomē ꝛ nō rem. qꝛ oꝑa xp̄ianoꝝ n̄ habent. De q̄b9 Orig'. Audite desides audite negligētes q̄ speratis i h' saluari ꝙ xp̄iani appellami' ꝛ xp̄ianoꝝ oꝑa nō faciti'. cū d. saluator nr̄ Mat. vij. Nō ois q̄ dicit michi dn̄e dn̄e intrabit regnū celoꝝ. sꝫ q̄ fac' voluntatē pr̄is mei. Iō Aug'. Frustra xp̄iani nomen sortit' q̄ xp̄m minime imitat'. Nā xp̄iani nomē nō saluat hoīez sꝫ ꝟtus. Apl's. i. Chorin. iiij. Nō in s̄mōe ē regnū dei sꝫ in ꝟtute. Iō Crisꝰ sup Mat. Qui nō ꝯuersat' s̄m xp̄i ꝟbū nō intrabit in regnū celorum. Isti hn̄ noīant' xp̄iani sꝫ nō denoīant'. qꝛ denoīatio est ꝑticipatio rei ꝛ noīs. Et tunc in futuro dicemur saluati. qꝛ ꝯsummabimur i salute ꝛ ꝯfirmabimꝰ. ut iā nō possem9 illā amittere. Vn̄ Ysa. li. Sal9 mea in sempiternum erit ꝛ iusticia mea nō deficiet.

Sermo XXXIIII. Ad idem.

P Ostquā impleti sunt dies octo vt circūcideretur puer. scribit' Lu. ij. ꝛ legit' in hodierne diei officio. F Dicūt naturales ꝙ a vite ꝓcedūt q̄dā palmites infructuosi qui nō fructificāt. et cū h' fructū i alijs īpediunt eo ꝙ humorē attrahūt a radice q̄ deberꝫ trāsire ad alios palmites. ꝛ nisi tales circūcidātur impediūt fructū. Spūaliter. ꝑ vitē ītelligit' Adam. quē de9 plātauit ꝛ posuit i paradisū voluptatis. ut botros ꝟtutū ꝛ vinū dilectōis ferret. Sꝫ heu ab eo ꝓcesserūt q̄daꝫ palmites infructuosi. s. originaliū peccatorum q̄ in oēs posteros suos sunt trāsfusi. ad Ro. v. Per vnū hoīem peccatū intrauit in mūdū. et impediebat fructū bonoꝝ operum ps. xiij. ꝛ. liij. Nō est q̄ faciat bonū nō ē vsqꝫ ad vnū. Ideo necesse est ꝛ fuit quatenus ꝑciderent' et eradicarent'. ut asserit saluator Math. xv. Omnis plantatio quā nō plātauit pater meus eradicabit'. Et hec eradicatio facta ē ꝑ circumcisionē que data ē ad culpam originalē tollendā. quā xp̄us hodie ꝑtulit. De q̄ thema. Insumma ꝟboruꝫ duo innuunt'. Prīo ꝓponit tp̄is determinatōem. scd̄o subiūgit salutis operatōnem. Primum ibi. Postq̄ꝫ impleti sunt dies. Scd̄m ibi. vt circūcideretur. De primo

tuo. Idcirco offer dño teipm ⁊ omnē substanciā tuā: nō acceptat sine auro charitatꝭ. Hilarius. Frustra erit oīs bona opatio nisi assit dei dilectio. Col. iij. Sup oīa hēte charitatē. Ideo dicit Hugo de arra anīe. Nihil possumus deo de bñficijs repēdere nisi te amare. Scđo ꝑ aurū diuīa dilectio intelligit ꝓpter raritatē. qꝛ aurū est rarū idō p̄ciosum. qꝛ omne aurū p̄ciosum. Hiero. Omne qđ magis rarū est magis appetit. pulegium apđ indos p̄ciosius est ꝙ̄ aurū qꝛ rarū. ⁊ sic charitas est rara. qꝛ pauci sunt qui deū veraciter diligūt. Qđ conquerit apls Phil. ij. Omēs q̄ sua sunt querūt nō q̄ sunt ihū xpi. Nam plꝰ supbi diligūt honores. Mat. xxiij. Amāt primos recubitus i cenis. salutatōnes i foro. Luxuriosi vo plus diligūt delectatōes corpis. De quibꝫ Osee. iij. Diligit dñs isrl' ⁊ ipi diligūt vinacia uuarum. dulce des vinū. scꝫ ad modū porcoꝝ. Plus diligūt diuitias auari. Isa. i. Oēs diligūt munera sequūtur retributōes. Idō sic multus est numerꝰ spinaꝝ paucus lilioꝝ. ⁊ multus est numerꝰ grossoꝝ lapidū paucꝰ p̄ciosoꝝ. ⁊ multus est numerꝰ ferri ⁊ plūbi. paucus auri. Et sic pauci sunt vere deū diligentes. multi diligūt vbo ⁊ nō facto. Ps. lxxvij. Dilexerūt eū in ore suo. sed ligua sua mētiti sunt. cor ipoꝝ nō erat rectū cū eo. nec fideles habiti sunt in testamēto eius. ut sunt oēs p̄fati. De qbꝫ Grego. i ome. Qui adhuc ꝑ illicita desideria defluūt. pfecto deum nō amāt. Et sic dilectio cōpar auro ꝓpter raritatē. Tercio dilectio cōpar auro ꝓpter durabilitatē. qꝛ verū aurū in igne nō corrūpit. Et sic vera charitas i igne tribulatōis ⁊ passiōis ꝓpter deū durat ⁊ nō perit. Cāti. viij. Fortis est ut mors dilectio. Apls Roma. viij. Scio ⁊ certus sum qꝛ neqꝫ mors neqꝫ vita neqꝫ tribulatio nec angustia, nec instātia me possit separare a charitate dei. i. Cho. xiij. Charitas nunqꝫ excidet. pibit spes fides. Fides. qꝛ succedet apta visio. spes peribit. qꝛ succedet p̄ñtialis possessio. Charitas autē nō pibit. qꝛ nihil est qđ sibi succedet. sed hic incipit et in futuro pficiet. Nā de igniculo pui amoris pueniemꝰ ad caminum fontalis dilectōis. Isa. xxxi. Dic dñs cuiꝰ ignis in syon ⁊ caminꝰ i ihrl'm. Quarto dilectio dr aurū ꝓpter dulcorositatē. qꝛ i fundo ciphi positū facit potū dulcē. Et sic charitas indulcorat mentē etiā in durꝭ opibus. Gre. in moralibꝫ. Mens q̄ fortr deū diligit dulcia estimat q̄ amara sunt. Et sic tiburcio ardētes carbones apparuerūt q̄si rosei flores. ⁊ Laurētio in craticula carbones ardentes refrigeriū. ⁊ Act. v. Ibāt apostoli gaudētes a cōspectu cōcilij q̄m digni habiti sunt p noīe ihū cōtumeliā pati. Et hoc causauit charitas. Vñ Orig. sup eplam ad Roma. i. Dū in dei amore subsistimꝰ signū doloris nō recipimus. ¶ Scđo est thesaurꝰ oris. de q̄ puer. xxi. Thesaurꝰ desiderabilis in ore sapiētis. Hūc thesauꝝ debemꝰ apire ⁊ offerre dño thus duote orōis. Ps. cxl. Dirigat orō mea sicut incēsum in cōspectu tuo. Nā sicut thus positū sup carbones ignitos ꝓcedit i altū ⁊ reddit dulcē odorē. sic oratio debet ꝓcedere de corde ignito ꝑ amorē. Eccl. l. Quasi thus ardēs in igne. s. amoris. nā talis orō diabolū incēdit ⁊ expellit. Vñ Thobie. vi. Cordis eiꝰ particulā si sup carbones ponas fumꝰ eiꝰ extricat oēs genꝰ demonioꝝ. siue a viro. i. a rōe. siue a muliere. id ē a sensualitate. Et talē orōnem petiuit ꝓpheta Ps. cxix. dicēs. Quid der tibi aut qđ apponar tibi ad linguā dolosam. i. cō suggestionē diaboli. Rñdet. Sagitte potētis acute cū carbonibꝫ desolatorijs. i. charitate ignitis. Ps. xxxviij. In meditatōne mea exardescet ignis. s. charitatis. Bern. Cū mēs igne charitatis accēdit talis oratio ad deū ascēdit ⁊ exaudit. ¶ Terciꝰ ē thesaurus opis. Mathei. xiij. Sile est regnū celoꝝ thesauro abscōdito in agro. Gre. Thesaurꝰ abscōditur vt obseruetur. ⁊ sic thesaurꝰ boni opis abscōdi dꝫ ab hūanis laudibꝫ. Depdari desiderat q̄ thesauros publice i via portat. Hunc thesauꝝ opis debemus apire ⁊ offerre deo mirrā mortificatōis carnis. Col. iij. Mortificate mēbra vr̄a que sunt sup terrā. fornicatōem. immundiciā. libidinē. cōcupiscētiā malā. Aug. Tota nr̄a vita est ut affectus peccatoꝝ carnis ⁊ mūdi mortificare debemꝰ.

X Et mortificatio carnis bñ significatᷣ p mirrã. Nã mirra habet triplicẽ virtutẽ. scꝫ expulsiuã. ꝯfortatiuã ꝛ ꝯſuatiuã. Primo habet virtutẽ expulsiuã. odor enĩ mirre ex/pellit vermes ꝛ serpentes. et sic mortificatio carnis et castigatio expellit oẽs tẽptatõnes diabolicas. Prover. xxij. Stulticia colligata est ĩ corde pueri. i. pueriliter viuẽtis. ꝛ vir/ga discipline fugabit eaꝫ. Eccĩ. xi. Malicia vnius hore obliuionẽ facit luxurie magne. Sicut enĩ dr Thobie. vi. c. Piscis. i. dia/bolus in aquis deliciaꝝ nutritᷣ. in sicco absti/nentie palpitat ꝛ moritᷣ. Scdo hꝫ virtutẽ ꝯfortatiuã. ꝯfortat enĩ mẽbra tenera ꝛ debi/lia. sic mortificatio infirmũ ꝛ debilẽ ꝯstan/tem facit ꝛ fortẽ. ij. Chori. xij. Cũ enim ĩfir/mor tũc fortior sum et potẽs. Sancti enĩ vi/ri pñie armis armati adeo fortes efficiũtur ꝙ oĩa diaboli munimẽta frangũt ꝛ dẽstru/unt. ij. ad Chori. x. Arma militie nr̃e ñ sunt carnalia. sed potẽtia deo ad destructõeꝫ mu/nitionũ inimicorũ destruẽdo cõsilia praua. Tercio habet virtutẽ cõseruatiuã. qꝛ con/seruat a putrefactõe. Sic mortificatio car/nis ꝯſuat grãm ꝛ virtutes. ij. ad Chorᷣ. xij. Virtus in infirmitate pficitᷣ. Hoc cogno/scens apls dicebat. i. Chori. ix. Castigo cor/pus meũ et in seruitutẽ redigo. ne forte cũ alijs pdicauerim ipe reprobus efficiar. Si/cut enĩ sal pſeruat a putredine. sic mortifi/catio aĩam a corruptõe peccati. Dic igitᷣ cũ sponsa. Canti. v. Digiti mei pleni mirra p/batissima. i. castigatõe volũtaria Et sic sctũs Benedict9 abbas sentiẽs putredinẽ carna/lis tẽptatõnis, piecit se in spinas ꝛ fuit ꝯser/uatus. Berñ. Vulnus corporis sanat vulnus mentis. Dicit enim Hugo. Tũc mirra est pbatissima. qñ carnis ſuatᷣ mortificatio di/screta.

Sermo XXXIX. Ad idem.

Ecce magi vene

runt ab oriẽte ierlimã dicentes vbi est qui natus est rex iudeoꝝ Vidimus enĩ stellã eius in oriẽte ꝛ venim9 cũ muneribꝫ adorare eum. Math. ij. In summa verboꝝ duo innuunᷣ. Prĩo mago/rum sollicita inquisitio. ibi. Ecce magi vene/rũt ab oriẽte. Scdo inqsitõis coꝝ rõ. ibi. vi/dimus enĩ stellã ei9. De primo dicit. Ecce magi venerũt ab oriẽte A Vel sic. In summa vboꝝ ꝯmendanᷣ magi a trib9. Pri/mo a distãtia longinq̃ regiõis ibi. Ecce ma/gi venerũt ab oriẽte. Scdo ab audacia ꝯe ꝯfessiõis ibi. vbi est q̃ natus est rex iudeoꝝ. Tercio a reuerẽtia debite subiectõnis. ibi. Vidim9 stellã ei9 ꝛ venim9 cũ muneribus adorare eũ. De prĩo dicit. Ecce magi. Au. dicᷣ. Isti magi fuerũt primicie nr̃e fidei i h̃ ꝙ primo de pplo gentiũ crediderũt ĩ xp̃m. Simus igitᷣ coꝝ sequaces eisdem ꝯformes in hijs trib9 in quib9 ꝯmendanᷣ. Primo a distãtia longinq̃ regionis pficiscunᷣ diffi/culter. cum dicit. ab oriẽte venerũt. glo. A finib9 persaꝝ: medoꝝ ꝛ chaldeoꝝ vbi ẽ saba fluuius. a q̃ regio illa denominatᷣ. iuxta quã ꝛ arabia est. vbi isti fuerũt reges. Et hoc ẽ qḋ dr in ps. lxxi. Reges arabũ ꝛ saba do/na adducẽt. B Ecce coꝝ diligẽtia. nõ tardabat eos itineris longinqtas nec tẽporꝫ diuturnitas. nõ opis asperitas. nobis in ex/emplũ ꝙ nulla difficultas laboris nos dꝫ re/trahere ab opatõe boni opis. qꝛ scribitᷣ Ro/ma. viij. Nõ sunt ꝯdigne passiões hui9 tẽ/poris ad futurã gl'iam. s. pmerendã. qꝛ la/bor est cum fine. gloria vero sine fine. ið Isi. Nullus labor durus. nullũ tẽpus longum quo gl'ia eternitatis acquiritᷣ. Nam sicut se habet punctus ad lineã. sicut vnitas ad nu/merũ. et sicut centrũ ad circũferentiam. sic nĩ oĩs labor respectu quietis eterne. Idcir/co scribitᷣ Eccli. vl. Modicũ laboraui ꝛ in/ueni michi requiẽ multã. vñ Berñ. Labor meus vix est vnius hore. ꝛ si ampli9 nõ sen/tio. s. p nimio amore mercedis. Chrisᷣ. Si attẽderes requiẽ celi nõ turbareris p labore mundi. scribitᷣ Sap. iij. In paucis vexati. i multis bñ disponenᷣ. Scdo ꝯmendanᷣ ab audacia ꝯe ꝯfessiõis dicẽtes. vbi est qui natus est rex iudeoꝝ. Cõfitẽtᷣ audacter eũ regem iudeoꝝ. Ecce ꝯ isto regali titulo quo xp̃us dr rex iudeoꝝ. quẽ pilatus scripsit p causa mortis in cruce. Iste titulus xp̃o mo/riente deleri nõ potuit. sed in natiuitate ꝛ i

morte agentibus approbatus fuit. s. a magis et pilato. Istum titulum negauerunt iudei Joh. xix. Non habemus regem nisi cesarem. Istum titulum publicare prohibuerunt. Johis. xix. Noli scribere rex iudeorum. sed quia ipse dixit rex sum iudeorum. Huic titulo insultauerunt. si rex israel es descende de cruce. Mat. xxvij. Sic adimpletum est in eis quod dixit dominus ad Samuelem. i. Reg. viij. Abiecerunt me ne regem me habeant. Ideo cum prius fuerit populus eius: et erant oues pascue eius. nunc negantes eum vagantur absque domino. ut dicitur Dan. ix. Non erit populus eius qui negaturus est eum. Sed isti reges audacter confitentur eum dicentes. vbi est qui natus est rex iudeorum. Coram rege terreno confitebantur eternum nobis in exemplum quod a confessione veritatis non debet retrahere nos tirannitas timoris. quia scribitur ad Ro. x. Corde creditur ad iusticiam. ore autem confessio fit ad salutem. Chris. Sciebant bene quod in ihrlm regnaret herodes. intelligebant etiam iusticiam legis. quod quicumque rege viuente alterum nunciaret quasi inimicus puniretur in sanguine. Sed sic considerabant regem futurum quod non timebant presentem. Sic debet facere quilibet fidelis ad ea maxime que sunt fidei. Unde Act. xviij dixit dominus nocte per visionem Paulo. Noli timere sed loquere ne timeas. Ad hoc autem animat nos xpus. Math. x. Omnis qui confitebitur me coram hominibus confitebor et ego eum coram patre meo qui in celis est. Et magi confessi sunt dicentes intrepidi. vbi est qui natus est rex iudeorum.

C. Ista questio multipliciter potest intelligi et formari. Primo potest queri. vbi est generaliter. Potest responderi illud quod dicit magister in. i. sniarum. Est vbique per essentiam potentiam et presentiam. Est vbique primo per essentiam quantum in nobis opera bona omnia facit. De quo Isa. xxvi. Omnia opera nostra operatus es domine. Ideo apostolus. i. Cor. xij. Diuisiones operationum sunt. idem autem deus qui operatur omnia in omnibus. Noli ergo gloriari de operibus tibi ascribendo. quia dicit apostolus Phil. ij. Deus operatur in nobis velle et perficere. Secundo est vbique per potentiam. quia per potentiam suam in nobis bona operatur et operata custodit. ps. cxxvi. Nisi dominus custodierit ciui. etc. Nam aliquando a bono opere distrahitur per aduersitatem seuientem. aliquando per prosperitatem blandientem. In vtroque statu dominus custodit. De quo Isa. xxi. Custos quid laboras de nocte aduersitatis. custos quid de nocte. Et ponitur ibi nox. quia est aduersitas permissa a deo et immissa a diabolo. In qualibet istarum ipse custodit. et non est tantum custos in nocte aduersitatis. sed etiam in die siue mane prosperitatis. Ideo subdit. Si queritis querite. scilicet auxilium a me. conuertimini. s. a peccatis et venite ad me. s. inuocandum. Tercio est vbique per presentiam. in quantum. s. omnia cognoscit. de quo Hebre. iiij. Non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. omnia autem nuda et aperta sunt oculis eius. Ideo Boecius de consolatione. Magna est nobis indicta necessitas probitatis cum omnia agamus ante oculos iudicis cuncta cernentis. Eccli. xxiij. Oculi domini lucidiores sole circumspicientes omnes vias nostras. Idcirco tu adulter vel adultera aut fur noli dicere. quis me videt. puer. xv. In omni loco oculi domini contemplantur bonos et malos. bonos ad premiandum malos ad puniendum. Secundo potest queri. vbi est deus localiter. Potest responderi quod in mundo per incarnationem assumptam. licet ante incarnationem non esset in loco cum esset inuisibilis: incircumscriptibilis. per naturam tamen assumptam hodie cepit esse in mundo qui prius videbatur esse in celo. Olim enim erat in celo per misericordiam puram et consolationem veram. ps. xxxv. Domine in celo misericordia tua. In mundo autem per penam iusticie. De quo subdit. Justicia tua sicut montes dei. iudicia tua sicut abissus multa. Post incarnationem autem est adeo misericordia dei multiplicata in mundo quod etiam saluat animales brutales et carnales. i. peccatores malos. ps. cxxv. Homines et iumenta saluabis domine. homines. i. bonos. iumenta. i. peccatores magnos. Tercio potest queri. vbi est singulariter. Ad quod potest responderi. in humana natura per vnionem. Johan. i. Verbum caro factum est et habitabit in nobis. i. in terra humane nature ex qua vnione factus est frater noster. ad Heb. ij. Non confunditur nos vocare fratres suos dicens. Narrabo nomen tuum fratribus meis. Et hoc stat nobis ad magnam nobilitatem: securitatem et iocunditatem. Primo ad nobilitatem quia nobiliores angelis facti sumus ex eo quod nobiscum et non cum eis parentelam contraxit. Heb. ij

Nusq̃ angelos apprehēdit sed semē abrae. Scdo ad magnā securitatē in iudicio. q2 videbimus fratrē nostrū esse iudicē vniuer sorꝫ. ideo nō dicit. Datū est iudiciū filio dei sed filio hominis. q2 in forma hoīs apparebit ꝛ sententiā pnūciabit. Johā. v. Potestatē dedit ei iudiciū facere. q2 filius hoīs est. Tercio ad magnā iocunditatē in regno. Johā. xvij. Hec est vita eterna ut cognoscāt te solū verū deū ꝛ ihm xpm quē misisti in incarnatōnem. Bern. Plenū erit omni gaudio videre hoīem ꝛ hoīs cōditorem. ¶ Quarto queri pt vbi est specialiter. Ad qd pt rndere in bethleem. Nā hoc magi in sua interrogatōe specialiter intēdebāt scire. s. locū specialem in quo natus maneret. Et iō iudei interrogati dixerūt. in bethleem iude. sic eīm scriptū est p pphetam ꝛc. Ex quo notat cecitas ꝛ puersitas iudeorꝫ q̃ aliis locū demōstrauerūt vel denūciauerunt. et ipi ad eum adorandū minime preterunt. Ideo Aug. Iudei interrogati de scripturis sanctis fuerunt pati ad legendū. ceci ad intelligendū. duri ad credendū. ¶ Quinto potest queri. vbi est spūaliter. Ad quod respōderi pt q in iustis p gratiā. Johā. xiiij. Si quis diligit me ad eū veniemus ꝛ mãsionē apd eū faciemus. Et dicit notāter. veniemus in plurali. q2 veniet pr̄ nr̄ā infirmitatē roborādo. Phil. iiij. Oīa possum in eo q̃ me confortat. scꝫ ad bonū opandū ꝛ malo resistendum. ad Ephe. vi. Cōfortamini in dño ꝛ in potētia virtutis eius. Veniet filius nr̄am ignorantiā illuminādo ut cognoscam9 faciē dei. Joh. i. Illuminat oēm hoīem venientē in hūc mundum. ij. Paralipo. xx. Cū ignoram9 qd agere debeamus h solū residui habem9 ut oculos nostros ad te dirigamus. Veniet spūs sctūs. de quo Lu. xij. Ignē veni mittere i terram. qd volo nisi ut ardeat. ¶ Sexto pt queri. vbi est sacramētaliter. Ad h rndet. sub specie panis ꝛ vini. Fm quē modū nobiscū est hic in hac vita ꝛ sp erit. Mat. vl. Ecce ego vobiscū sum oībꝫ diebꝫ vsq ad cōsūmatōem seculi. Est eīm nobiscū i memoria sue passiōis. Lu. xxij. Hoc facite in meā cōmemoratōe. Est nobiscū sacramētaliter i medicamentū nr̄e curatōis. Eccā. xxxviij. Altissimus de terra creauit medicinā. ꝛ vir prudens nō abhorrebit illā. Est nobiscū sacramētaliter in viaticū nostre pegrinatōis. Et dr viaticū. q2 dꝫ dari ex hac vita migrātibꝫ vt securius ꝛ fortius pgant ne in via deficiant. Marci. viij. Si dimisero eos ieiunos deficiēt in via. Figurat. iij. Reg. xix. Helyas cōmedit de pane subcinericio ꝛ confortatus ambulauit ad montē dei oreb. Spūalr sic xpi corpus de cineribꝫ nr̄e mortalitatꝭ assumptū cōfortat hoīem in via pn̄tis vite q̃usq veniet ad montē dei. i. ad regnū celorū. Johā. vi. Qui manducat hūc panē viuet in eternū. ¶ Dixi scdo subiūgit eorꝫ inquisitionis rō. cū subdit. Vidimus stellā ei9 i oriente. ¶ D ― Sed v. quare xp̄s voluit natiuitatē suam p stellā ꝛ nō p aliā creaturam manifestare. Rndet primo ut suā natiuitatem xp̄s purissimā demōstraret. stella enīꝫ purissimū corpus est. ꝛ sic ei9 natiuitas pura ex pte matris. Unde canit eccl'ia. Sicut sid9 radiū parit virgo filiū pari forma. necq sidus radio necq vgo filio fit corrupta. Itē ex parte plis. Job. xv. Stelle nō sunt mūde in cōspectu eius. Rō q2 est cādor lucꝭ eterne ꝛ speculū sine macula. Sap. vij. Secundo ut incarnatōis misteriū insinuaret. Nam stella hꝫ lumē a sole. et q2 solem inspicere nō sufficimus eius radiū in stell' videmus. Et sic deitatē in se cōspicere nō possumus. Joh. i. Deum nemo vidit vnq̃. rō. i. ad Thimo. vi. Inhabitat lucē inaccessibilē. Ideo induit corp9 terrenū vt lumē diuinitatis in humano corpe videremus. vt sicut lux solis videt insidere. et sic lux diuinitatis in humanitate. Aug. exponēs illud Johā. xiiij. Ego sum via: dicit Xp̄us in humanitate factus est nobis via ad suā diuinitatem. Ideo dicit Apoca. vlti. Ego sum stella splēdida ꝛ matutina. Tercio vt lingua celi testimoniū sibi phiberet. ¶ E ― Est enim quadruplex lingua q̃ testimoniū phibuit de xp̄o. Prima diuina. Lu. iij. et Mat. xvij. Vox pr̄is audita est. hic est fili9 me9 dilect9. Scda est lingua hūana. s. pphetarꝫ natiuitatē xpi pdicentiū. vt Isa. vij. c. Ecce vgo

ꝯcipiet ⁊ pariet filiū. et Hiere. xxxi. Nouū faciet dn̄s sup terrā. mulier circūdabit virū. Ideo Actuū. x. Huic om̄s ꝓphete testimoniū ꝑhibent. Tercia est lingua angelorum. Luce. ij. Annūcio vobis gaudiū magnū qḋ erit omni ꝑp̄lo. q2 hodie natus ē saluator xp̄us dn̄s in ciuitate dauid. Quarta celestis. de qua Aug. Quid erat illa stella nisi lingua celestis mirifica q̄ enarraret gloriam dei. que inusitatū virginis partū inusitato clamore: inusitato fulgore clamarz iuxta illud p̄s. xviij. Celi enarrāt gloriaz dei.

F. Moraliter de vita nr̄a. sic quattuor lingue sp̄ūales dant testimoniū de hoīe: vt sit sp̄ūaliter natus cum xp̄o. Prima lingua ē diuina. id ē obedientia inspiratōis dei. p̄s. lxxxiiij. Audiā quid loquat̄ in me dn̄s de9. Gre. in moral̄. Locutiōem dei audire ē inspiratōem mente concipe. quia dicit Aug. de triplici habitaculo dei. Allocutio est occulta inspiratio qua mētib9 suam veritatez ⁊ voluntatē inuisibiliter ostēdit. Cantic. ij. Dilectus meus loquit̄ michi. surge ꝓpera amica mea. surge. scz a peccatis. ꝓpera. s. ꝑ bonam voluntatē et operatōem. Ideo psal. lxxxiiij. Loquet̄ pacē in plebem suam ī hijs qui cōuertunt̄ ad cor. id ē ad mentē. Secunda lingua est angelica. scz pura ꝯsciētia. q̄ generat mentis leticiā. Seneca. Nunq̄ nascitur vera leticia nisi ex pura ꝯscientia. ij. Chorin. i. Gloria nr̄a hec est testimonium ꝯscientie nr̄e. Nā sicut lingua angelica annunciauit gaudiū natiuitatis. ⁊ sic ꝯsciētia bona. ut dicit Hugo de bono ꝯscientie. Bona ꝯsciētia est titul9 religiōis. templuz Salomōis. ager benedictōis. ortus deliciarum. gaudiū angelorū. Tercia lingua ē celestis. i. bona vita ⁊ celestis ꝯuersatio. dicendo cū ap̄lo ad Phil. iij. Cōuersatio nr̄a in celis est. s. celestia cogitādo. Sap̄. v. Cogitatio eoꝝ apud altissimū. Itē celestia loquendo. i. Petri. iiij. Si quis loquit̄ quasi s̄mones dei. s. loquatur. Itē celestia operando. ad Gala. vi. Opemur bonū ad oēs. i. Petri. ij. Cōuersatōem vestrā inter gētes habentes bonā. Dicit enī ph̄s. Qualis vnusquisq3 est talia loquit̄ meditat̄ ⁊ opat̄.

Ideo ap̄lus ad Gala. vi. Opus suū ꝓbet vnusquisq3. q2 saluator Iohā. x. dixit. Opera que facio testimoniū ꝑhibent de me. et hec etiā de nobis. Iohā. viij. Si filij abrae estis opera abrae facite. Quarta est ligua humana. Illa debet ꝑhibere de nobis testimonium. et est bona fama De q̄. i. ad Thimo. iij. Oportet hēre testimoniū bonū ab hijs q̄ foris sunt. i. bonam famā. Dicit enī Aug. d̄ ꝯmuni vita clericoꝝ. Consciētia necessaria est ꝓpter nos. bona fama ꝓpter ꝓximos. iō Eccl. xli. Curam habe de bono nomie. prouer. xxij. Melius est nomē bonū q̄3 diuitie multe. eo q̄ dicit sctūs Tho. in. ij. ij. q. lxij. ar. ij. Inter res tꝑales maximū bonū ē bona fama. Ideo Aug. ⁊ habet̄ in cano. ij. q. i. c. Nolo. Qui ꝯscientie cōfidit ⁊ famā negligit crudelis est. ꝓpterq̄ḋ dicit ap̄ls Rom̄. xij. Prouidentes bona nō tm̄ corā deo sed ⁊ corā om̄ib9 hoīb9. scz ꝓpter bonā famā et vitare scandalū. Dixi tercio in scd̄a diuisiōe. q̄ ꝯmendāt̄ isti magi a reuerētia debitē subiectōis. quia venerūt obsequiū ei īpendere. s. adorare eū. Dicit Leo papa. Reges enim erāt ⁊ tn̄ pueꝝ venerant̄ in fascia ⁊ diuites. et tamē pauꝑculo genuflectunt. sapiētes erāt ⁊ tn̄ infantē adorant nōdū v̄ba ꝓferentē. Et ideo dixerūt. Vidim9 stellam eius in oriēte ⁊ venimus cū muneri9 adorare eū. ut impleret̄ illud Isa. lx. Venient ad te qui detrahebāt tibi. ⁊ adorabunt vestigia pedū tuorū. p̄s. lxxi. Adorabūt euz omnes reges terre. omnes gētes s̄uient ei. Idcirco nō retrahat te sublimitas honoris ab impensiōe obsequij. Nam si reges adorant. quid hodie debet facere populus popularis. Si adoratur inuolutus fascia. nonne adorādus est sublimatus in gl̄ia. Si adoratur vagiēs in cunabulis. nōne adorād9 est nunc regnās in celis. Si adoratur angustatus in diuersorio. nōne adorādus est q̄ venturus est iudicare in iudicio. Magi ḡ nato puero hūiliter genuflectere nō verēt̄. nec ipsos regalis dignitas retraxit. Vn̄ ad lr̄am illō salutare ꝯsiliū ꝯs̄uauerūt. p̄s. ij. Et nūc reges intelligite: erudimi q̄ iudicatz terram. Seruite dn̄o ī tīore ⁊ exultate ei cū tremore.

Sermo XL. Ad idem

INtrātes domuz
inuenerūt puerū cū Maria ma-
tre eius ⁊ ꝓcidentes adorauerūt eū
⁊ apertis thesauris suis obtulerūt ei mune-
ra aurū thus et mirrā. Math. ij. In ver-
bis pmissis duo innuunt. Primo pueri le-
ta inuētio. Scḋo munerū ꝑpria oblatio. Pri-
mū ibi. Et intrātes domū inuenerūt pue-
rum ⁊c. scḋum ibi. et apertis thesauris suis.
De primo dicit. intrātes domū. Dic Si-
mon de cassia. nullo suppellectili ornatā. nō
fuerūt sedilia. tapecia: pulminaria hanc do-
mū decorantia. Aug. Inuenerūt puerū q̄n-
titate paruū. fandi impotentē. alieni operis
indigentē. Et nulla ab humana infantia ge-
nerositate discretū. q̄r sicut stella eius diui-
nitatē ostendebat. ita eius verā hūanitatem
ꝓtendebat. Cum maria matre ei⁹. Chriso.
Nō diademate coronatā aut ī lecto aureo
recumbentē. sed vix tunicā habentē vnam.
non ad ornatū corꝑis sed ad tegumentum
nuditatis. qualē habere poterat vxor carpē-
tarij pegre ꝯstituta. Et forte virgo Maria
aduentū magorū ꝑsenserat ut dū essent ante
tuguriū respiciēs extra ⁊ intuēs magne po-
tentie viros: ut aliqui volūt, tulit puerum
de cunis. i. de ꝑsepio: ⁊ posuit inter brachia
⁊ collocās in gremio vt puer decēter iace-
ret. ⁊ ipa se matrē pueri ostenderet. Magi
autē viso puero lumine fidei illumiati sunt.
⁊ crediderūt illū puerū quē cū tāta sollicitu-
dine querebāt ⁊ quem stella annūciauerat.
nec ab hac fide eos matris paupertas nec pu-
eri imbecillitas retraxerat. hec Raban⁹

S Sed quare ibi nō inuenerūt Joseph
sicut pastores inuenerūt. Rūdet ꝯm eūdez
q̄ diuina dispositōe factū est vt illa hora io-
seph absens esset ne pater pueri crederet a
gentibꝫ in fide nouellis. ideo dic. Inuene-
rūt puerū cū maria mr̄e ei⁹. Hec est felix il-
la mater sine qua ihūs nō ꝯcipit nec nascit
Lu. ij. Impleti sunt dies marie ut pareret
⁊ pepit filiū suū primogenitū. Nec mirū.
quia ipa est flos puritatis. Isa. xi. Egredie-
tur virga de radice yesse ⁊ flos eius de radi-
ce ascendet. Hec est bn̄dicta mr̄ sine q̄ ihūs
nō inuenit. Luce. ij. Sicut hic inuenerunt
infantē cū maria matre eius. Nec mirū. q̄r
ipa est veritatis via. Eccli. xxiiij. Transite
ad me omnes qui ꝯcupiscitis me ⁊ a gene-
ratōibꝫ meis adimplemini. Ipa est mater
sine qua ihūs nō crucifigit. Joh. xix. Sta-
bat iuxta crucē ihū mater eius. Nec mirū
quia ipa est mater pietatis. Jō crucifixa e-
rat in anima. Lu. ij. Et tuā ipius animā ꝑ-
trāsibit gladi⁹ doloris. Fuit ergo socia pas-
sionis filij. q̄r vera mater ⁊ tota mater. Hec
est mater sine qua ihūs ad nuptias nō voca-
tur. Johan. ij. Nuptie facte sunt in chana
galilee. Nec mirū q̄r ipa est thalamus pu-
dicicie. ps. xviij. Ipe tanq̄ꝫ sponsus ꝓce-
dens de thalamo suo. Ipsa est mater sine q̄
spūssanctus nō datur. Actu. i. Erāt oēs ꝑ-
seuerātes in orōe cū mulieribꝫ ⁊ maria ma-
tre ihū. Nec mirū quia ipa est aqueductus
gratie. Eccli. xxiiij. Sicut aqueduct⁹ exi-
ui de ꝑadiso. ꝑ ipam enim grā dat et grā i-
petratur Ideo canit ecclesia. Maria mr̄ grē
mater misericordie. et Lu. i. Inuenisti eniz
grām apud dn̄m. nos ꝑdidimus. ipa inue-
nit. Eccli. xxiiij. In me oīs gratia vie ⁊ ve-
ritatis Bern̄. Si quid in nobis est grē ex
ea nouimus redūdare. ideo grā spūssancti
sine ea nō dat. Ideo sancti magi inuenerūt
puerū cū maria matre ei⁹ H Nota san-
cti magi quattuor modis se habuerūt. Pri-
mo inuenerūt. scḋo adorauerūt. tercio ho-
norauerūt. quarto honoratū custodierunt.
Prio ḡ ipm querētes inuenerūt. Nō pria
quia ipm quesierūt eo studio. scḋo eo modo
tercio eo ordine. q̄rto eo fine. Prio que-
sierūt eo studio quo debuerūt. Nam studi-
um eorū fuit triplex. Prio in ꝑscrutādo. q̄r
diligēter scripturā ꝓphete Balaam ꝑscru-
tati fuerunt. ⁊ ibi inuenerūt q̄ in ortu xp̄i
stella oriri debebat. Numeri. xxiiij. Orietꝰ
stella ex iacob ⁊ ꝯsurget virga de isrl̄. Spi-
ritualiter. ⁊ sic nos si volumus eū inuenire
oportet nos habere studiū ad sacrā scripturā
Johā. v. Scrutami scripturas in quibus
putatis habere vitā eternā. ille testimoniū
ꝑhibent de me. Dic nāqꝫ Dyo. in li. celestis

ierarchie. Impossibile est nobis lucere diuinũ radiũ nisi sub velamine scripturarũ. Jõ Gre. sup Ezech. Oẽs q̃ viã vite deside-rant vba vite audire debẽt. i. scripturã sa-crã. Rõ sancti Thome pte. i. q. i. ar. ix. Ma-ior cognitio nõ habet de deo in hac vita ni-si in sacra scriptura. Ad hãc adhibuerũt stu-diũ. et sic eũ inuenerũt. Scdm studiũ in vi-gilãdo. qr sup montẽ victorialẽ ascẽderunt. ascẽdentes sollicite ibidẽ vigilabant. Et sic nos. qr scribit puer. viij. Qui mane vigi-lauerint ad me inuenient me. Terciũ studiũ habuerũt in orãdo. qr in dicto mõte p ipi⁹ stelle apparitõe orabãt. et iõ meruerũt exau-diri. Et sic nobis nõ sufficit vigilia si nõ af-sit oratio deuota. i. Petri. iiij. Estote prudẽ-tes et vigilate in orõibꝫ. qr scribit Mat. xi. Amen dico vobis q̃dq̃d orãtes petieritis cre-dite et accipietis et eueniẽt vobis. Jõ apl's. i. Chori. xvi. Fratres vigilate et state in fi-de. Et sic ipi. Scdo quesierũt eo mõ quo debuerũt. qr quesierũt eũ fortiter. sapiẽter et dulciter. Primo q̃sierũt eũ fortiter: ut nec labore itineris nec tribulatõe regis nec amis-sione sideris aliquatenus frãgerent. sed viri-lẽ animũ habẽtes. Et sic nos viriles eẽ de-bemus. iuxta illud ps. xxx. Viriliter agite et confortet cor vestrũ. Ephe. vi. Cõfortamini in dñõ et in potẽtia virtutis ei⁹. Et sic ipi nõ ti-mentes tirannũ herodẽ. Mat. x. Nolite ti-mere eos q̃ occidũt corpus. Chris. Adhuc eum nõ viderũt et iam pati p eo moriebãt Scdo quesierũt eum sapiẽter. ut nec hero-dis astutia deciperent. Tercio dulciter vt nec herodis pmissionibꝫ allicerent. O q̃ pauci sunt qui querũt deũ fortiter ut nõ frã-gant a mundi aduersitatibꝫ sed in tribulati-one et psecutõe pter verbũ aliquãdo scan-dalisant. Pauciores vo sunt qui querunt sapiẽter vt nõ decipiant a diaboli callidita-te De quo apl's. ij. ad Cho. xi. Timeo eñ ne sicut serpens seduxit Euã astutia sua. ita corrumpant sensus vri. Paucissimi sunt q̃ querũt dulciter ut nõ illiciant a carnis vo-luptate. Jaco. i. Unusquisq̃ temptat a cõ-cupiscentia sua abstract⁹ et illectus Ter-cio quesierũt eo ordine quo debuerũt. Pri-mo quesierũt p ptem sensualem. s. p stellã deinde p partẽ ratõnalẽ. i. pphetam. tercio p partem intellectualẽ. Jn hoc instruimur si dñm querere volumus incipiam⁹ ab infi-mo statu humilitatis. Lu. xiiij. Recũbe ĩ no-uissimo loco. Deinde pgamus ad mediũ v-tutis. ps. lxxxiij. Ibunt de vtute in vtutẽ Ultimo pueniamus ad summũ ctẽplatõis vt possimus dicere cũ pphета. Sup excel-sa statuens me. ps. xvij. vsq̃ implebit illd apli. ij. ad Chori. iij. Reuelata facie gloriã dñi speculantes. Jn eandẽ imaginem trans-formamur de claritate in claritatẽ. Iste tri-plex gradus tangit Geñ. xxvi. Ibat ysaac pficiens. s. p viã hũilitatis atq̃ succrescẽs scz p viã virtutis. donec magnus vehemẽ-ter effectus est. scz p viam summe ctẽplati-onis. Quarto quesierũt eum eo fine quo debuerũt. scz vt ipm honorarẽt: adorarent: et dotarẽt. honorarent in corpis pstratiõe. adorarẽt cũ mentis deuotiõe. dotarẽt cum munerum largitõne. J. Nam oẽ qđ habuerunt sibi obtulerũt. Primo corpus cũ dicit pcidentes. Ecce humilitas in no-bilibꝫ regibꝫ et diuitibꝫ. qđ est rarũ q̃ nobi-les et diuites sunt humiles. sed magis paupe-res et populares. Unde hoc oritur. Respondz Henric⁹ de hassia. primo ex supbia. Aug. Uermis diuitiarũ superbia. difficile ẽ ena-rum q̃ nõ sit supbus qui diues est. Secũ-da causa est ne maculẽt vestes pciosas. plus honorant vestes q̃ deum. nõ cogitantes q̃ deus pater nõ pepcit filio suo sed p nobis omnibꝫ tradidit illũ. Et implebit in eis illd Jsa. iij. Jn illa die auferet dñs ornamentũ et p ornatu erit ignominia. Tercia causa ne nimis fatigarent corpa delicate nutrita. nõ attendentes quod dixit dñs Jsa. l. Corpus meum dedi pcutientibꝫ et genas meas vel-lentibus. faciẽ meã nõ auerti ab increpãti-bus et cõspuentibꝫ in me. Et q̃ cecidit ĩ fa-ciem suam orãdo. Luce. xxij. et q̃ inclinato capite tradidit spiritũ. Luce. xxiij. Jõ docz apl's ad Roma. xij. Obsecro vos ut exhi-beatis corpa vestra hostiã viuentẽ deo pla-centẽ. Sed heu aliqui ita se ligauerũt q̃ ne-q̃ genua corã sacramento flectere possunt.

veniet aliquādo ꝙ tales oportet flectere genu
corā spiculatore. Et finaliter dicetur eis illud
Math. xxij. Ligatis manibus et pedibus ꝓijci/
te in tenebras exteriores. Ideo apls Phi
lip. ij. In nomine dn̄i ihū omne genu flecta
tur. Secūdo obtulerūt animā. cū dr̄. ado
rauerūt. et sic nos. Johā. iiij. Ueri adorato
res adorabūt patrē in spiritu et veritate. i. ad
Chori. xiiij. Orabo spiritu orabo et mente.
psallam spiritu psallā et mēte. Tercio obtu
lerūt res tpales. cum dicitur. apertis thesau/
ris suis. Et sic nos. Prouerb. iij. Honora
dn̄m de tua substantia. ¶ R. Dixi secun
do inuentū adorauerūt. cū dicitur. et ꝓciden
tes adorauerūt eum. scz adoratōe latrie. Est
autē latria cultus soli deo debitus. De quo
Deuter. vi. Dn̄m deū tuum adorabis et il/
li soli seruies. In quibus verbis exprimitur tri/
nitas ꝑsonarū. dn̄m. scz prēm. deum. s. filiū
tuum. s. spiritūsanctū. ¶ Nota adoratio ē
triplex. Una est que debetur soli creatori. Et
dr̄ grece latria. Scd̄a que debetur creature.
et dr̄ dulia. que tn̄ est duplex. Unde quedā
est dulia simplex. qua adorantur homines. Alia
yperdulia. i. superior dulia q̄ adoratur caro xp̄i
et crux eius. carnē xp̄i adoramus ꝯfitēdo ꝙ
ipa est cā materialis nr̄e redemptōis. Naz
ꝑ ipam redemit nos xp̄s exponēdo eā pas/
sioni. Unde Eph. ij. Soluēs inimicicias ī
carne sua. Itē ꝯfitendo ꝙ ipa sit viuifica/
trix aīarum nostrarum. Johā. vi. Nisi mādu
caueritis carnē filij hoīs nō habebitis vitā
in vobis. qm̄ ipa ꝯfert et auget gr̄iam si di/
gne recipiatur in sacramēto altaris. Joh. vi.
Panis quē ego dabo caro mea est ꝓ mūdi
vita. q̄ manducat hūc panem viuet in eter/
nū. ¶ L. Attn̄ notādū. Dicit enī Aug. de
ciui. dei. li. x. c. i. ꝙ caro xp̄i dupl'r ꝯsideratur
Uno mō ꝑ se. alio mō ꝑ accidēs. Per se cō
siderata capitur ꝓ parte materiali illius hūanita
tis que ꝑs distinguitur ꝯ aīam. Et sic nō est
adorāda adoratōe latrie cū sit creatura nul
lam hn̄s relatōem ad diuinū suppositū sm̄
se ꝯsiderata. sed adoratōne yperdulie. Alio
mō ꝯsideratur ꝑ accidens. vicz put est yposta
sis diuine nature. nō vt carnē nudā ꝯside/
rantes. sed vt vnitā deitati in vnitate ypo/
stasis dei verbi duabus naturis reductis. Itē
ypostasis dr̄ q̄si substās vel subsistēs et ponitur
ꝓ materia prima. Et greci ypostasim vocāt
ꝑsonā. ut ꝙ sunt tres ypostases in diuinis. i.
tres ꝑsone. hec katholicō. Et sm̄ beatū tho
mā pte. iij. q. xxv. ar. ij. Adorare carnē xp̄i
nihil aliud est q̄ adorare verbū incarnatū. et
sic adoratur adoratōe latrie. Et hoc est qd̄ dicit
Aug. sup Joh. tractās illud Joh. xiiij. Nō
turbetur cor vestrū. dicēs. Ego dn̄icā carnez
imo ꝑfectā xp̄i humanitatē ideo adoro ꝙ
a diuinitate suscepta et hūanitati vnita est. Et
sic adoratōe latrie adoratur verus deus et verus hō.
Sed btā virgo adoratur adoratōe yꝑdulie nō
latrie. Damas. li. iiij. Quia honor q̄ ē ad be
atā virginē reducitur ad deū qui ex ipa incar
natus est. Sil'r crucē xp̄i adoramus in q̄ xp̄s
pependit adoratōe yꝑdulie. licz nō hz formā
seu figurā crucis. sed eo ꝙ sit instrumētū nr̄e
redēptōis ī q̄ redemptor nr̄ operatus ē nr̄am
salutē. Alias vero cruces adoramus rōne fi
gure. in eo ꝙ significāt xp̄m crucifixū in ta/
li forma. nō enim adoramus formā ut dicit
Damas. li. iiij. c. iij. sed typū crucis. Un̄ si
typus soluitur nō est adoratio fienda. ¶ M
Sctūs tho. vero pte. iij. q. xxv. ar. ij. dicit ꝙ
crux xp̄i in q̄ xp̄s crucifixus est dupliciter est
a nobis venerāda. Uno mō ꝓut nobis rep
sentat figurā xp̄i extēsaz ī ea. Alio mō ex cō
tactu ad mēbra xp̄i et ex hoc ꝙ sanguis eius ꝑ/
fusa. vtroqz mō adoratur adoratōe latrie. Et
ꝓpter hoc crucē alloquimur et deꝑcamur. Tuā
crucem adoramus dn̄e. Si vero loqmur de
effigie crucis xp̄i ꝓut est in alia materia. puta
ta lapidis vel ligni: auri vel argenti. sic vene
rantur crucē ut imaginē xp̄i. Et dicit ibidem
sctūs Tho. ar. iij. ꝙ oīs imago est venerā
da sicut illud cuius est imago. Cum ergo xp̄s
adoretur adoratōne latrie ꝯseq̄ns est ꝙ eius
imago sit adorāda adoratōe latrie. imagi/
nes vero sctōrum adoramus nō ī ordine ad se sed
in ordie ad signatū. s. ad sctōs. ¶ N. Sz
d. imagines fieri ꝓhibitū ē. Exo. xx. Non
facies tibi sculptile. neqz oēm silitudinem
que est in celo desup et que in terra deorsū
neqz eorum que sūt ī aquis sub terra. Nō ado
rab eas neqz coles. Rn̄det Damas. in. iiij

Prohibitū est facere similitudines vel imagines ad adorandū ꝓ dijs. q2 tūc ꝓpꝰs iudaicus ꝓnꝰ fuit ad idolatriā ꝓpter exēpla gētiū cū qbꝰ habitabāt. Et q2 nōdū deꝰ hūanā naturā assumpsit. iō figurari nō potuit. q2 erat incircūscriptibilis ⁊ infigurabił. sȝ mō ꝑ mīscordie sue viscera factꝰ ē hō passus ⁊ crucifixꝰ. ḡ pt̄ figurari. Jō dicit Bonauētura. Imaginū introductio in eccłia nō fuit absqȝ rōnabili cā. Prio ꝓpt simpliciū ruditatē ⁊ informatōeȝ. Sūt eī simplices q̄ scripturā nō psūt intelligere. iō ꝑ hmōi pictur; tāq̄ in scriptur; legūt gesta xp̄i ⁊ sctoꝝ. vn̄ Gre. ⁊ h̄r de ɔse. di. iij. ꝑlatū. Qȝ legētibꝰ scriptura: h̄ idiotis cernētibꝰ p̄stat pictura. Scd̄o ꝓpter deuotōis excitatōem plꝰ eīn mouēt exēpla q̄ vba. ⁊ ea q̄ videmus q̄ q̄ audimꝰ. Ut ḡ moueremur ad deuotōneȝ ⁊ ɔpassionē eccłia tenet ⁊ ꝑmittit imagines. Tercio ꝓpter memorie labilitatē. q2 ea q̄ audiunť facilꝰ obliuiōi tradunť q̄ ea q̄ videnť. vn̄ ꝺ ɔse. di. iij. venerabiles Venerabiles imagines xp̄iani nō deos appellāt nec seruiūt eis vt dijs. neqȝ spem salutis ponūt in eis. neqȝ ab eis spectāt futuꝝ iudiciū. sed ad memoriā ⁊ recordatōeȝ ꝓmitiuoꝝ veneranť eas. ¶ Q ¶ Ideo Greg. de ɔse. di. iij. ꝑlatū. dicit. Aliō ē adorare picturā. Glo. tanq̄ sit aliqd̄ diuinū h̄ ꝓhibetur. Aliō ꝯo est ꝑ picture historiā q̄d sit honorandū addiscere. q. d. ꝓpter h̄ imagīes sunt institute. Unde ꝟsus. Effigiē xp̄i dū; trāsis ꝓ adora. Nō tn̄ effigiem sȝ qd̄ designat honora. Beati ꝯo magi xp̄m adoratione latrie adorauerūt. Dicit eīn Aug. ī enchiridion. Adoratio latrie est triplex. s. cordis opis ⁊ oris. Pria cordis ꝓm Aug. ɔsistit in tribꝰ. s. in dei agnitōe. dilectōe ⁊ debita subiectōe. Et h̄ mō eū magi corde adorauerūt. Primo q2 eū verū deū et hoīem ꝟaciter cognouerūt. Scd̄o dulciter amauerūt ꝓ cuius amore regna sua dimiserūt. Tercō humiliter se subiecerūt. Secunda adoratō oris illa est ꝓfessatio diuine maiestatis. Et habet fieri tripliciter. s. orando: laudando ⁊ grās agendo. omnibꝰ hijs modis adorauerunt ore. Tercia adoratio est opis. illa etiā ɔsistit in tribus. Primo in genuflectione. Isaie. xlv. Michi curuabiť omne genu. et sic ip̄i. quia ꝓcidentes adorauerūt. Secūdo in reꝝ oblatōe. Deutero. xxvi. Cū intraueris terrā quam dn̄s deus tuus daturꝰ ē tibi possidendā tolles de cunctis frugibꝰ terre ⁊ offeres dn̄o deo tuo. Et sic ip̄i obtulerūt ei munera. Tercio in sacrificij īmolatōe. et sic ip̄i incensū qd̄ deo in sacrificiū ponit sibi dederūt. Quarto adoratū honorauerūt. scȝ ꝑ munera que sibi obtulerūt ¶ P ¶ Nota ꝙ quadruplex munꝰ sibi obtulerūt. Primo munus a corde. q2 eū dilexerūt ⁊ in eū crediderūt. Secūdo munus ab ore. q2 ip̄m verum deū ⁊ hoīem ɔfessi sunt. Tercio munus a manu. q2 sibi auꝝ thus ⁊ mirrā obtulerūt. Quarto munꝰ ab obseq̄o. q2 se aīā cū corpe ꝓstrauerūt. Istud q̄druplex munꝰ nos sibi exhibere in honorē debemꝰ. Prīo munus a corde. ⁊ est dilectio. Math. xxij. Dilige dominū deū tuū ex toto corde tuo. Secundo munus ab ore. ⁊ est laudatio. Ps. xlix. Sacrificiū laudis honorificabit me. Tercō munus a manu ē bona operatio. Eccłs. ix. Qd̄cunqȝ pt̄ manus tua opari instanter fac. q2 nec opus nec ratio est apud inferos. Jō ad Gał. vi. Dū tp̄us habemꝰ opemur bonum. Eccłi. iiij. Noli esse remissus in opibꝰ tuis. Apocał. xiiij. Opa eīn illoꝝ sequunť illos. Quarto munꝰ ab obseq̄o. qd̄ ē exhibitio ꝟ uirtutis ꝑsonalis. s. qn̄ quis se totū in obsequiū deo mācipat. Unde Eccłi. xlvi. dicit caleph. Senectē illꝰ obtinuit hereditatem ⁊ viderūt oēs filij israel ꝙ bonū est obseq̄ sancto deo. Quinto honoratū custodierūt in h̄ ꝙ ad herodē nō redierūt nec de pueri inuētōe sibi nūcios trāsmiserūt. nec ꝑ eiꝰ ɔfinia trāsire voluerūt. sed ꝑ aliam viā redierunt. Sed heu multi sunt qui postq̄ xp̄m inuenerunt ip̄m nō custodiūt. q̄dam eīn eoꝝ ad peccatū ⁊ ad herodē. i. diabolū redeunt. Tales cū diabolo pactū faciūt. Isa. xxviij. Percussimus fedꝰ cū morte. ⁊ cū inferno pactū fecimus. flagellū inundans cū ꝑtrāsierit nō veniet suꝑ vos. Sed tales occidūt pueꝝ natū. Heb. vi. Rursum crucifigētes filiū dei. Tales q̄ ad peccatū redeūt sunt sicut ille qui

vadit ad carcerē inimici. vel ad viā vbi erit spoliatus. qui sunt brutis insipiētiores. que ad laqueos nō redeūt q̄s semel euaserunt. Eccl's. i. Stultoꝝ infinitus est numerus. Alij ꝟo nūcios herodi. i. diabolo trāsmittūt Hij sunt quibus et si peccādi deest facultas. nō tamē deest volūtas mala. Tales vero praui desiderijs et voluntatibꝫ agitant᷑ mala ꝟo desideria ⁊ praue volūtates sūt q̄dam nūcij diabolo missi. quia dicit Aug⁹. in li. retractationū. Ex voluntate nascit᷑ peccatū. Osee. x. Cōfundet᷑ israel in voluntate sua. Nam sic volūtas bona est initiū ois boni. sic ecōuerso volūtas mala est initiū oīs mali ⁊ ꝯdemnatōis. Jō Gre. Sic eīn peccādo ꝑ supbiā ⁊ inobedientiā a regiōe nr̄a id ē ꝑadiso celesti recessimus. sic penitēdo ꝑ humilitatē ⁊ obedientiā redire debemus ꝑ aliam viam. s. penitētie.

Sermo XLI. Ad idem.

Obtulerunt ei munera aurū thus et mirrā. Mat. ij In summa ꝟborū duo tanguntur Primo magoꝝ pia oblatio. ibi. obtulerunt ei munera. Secūdo munerū denominatio. ibi. aurū thus ⁊ mirrā. De primo dic. obtulerunt ei munera. Q. Sed diceres quare obtulerūt ei munera. R̄ndet᷑ primo ꝓpter consuetudinē arabū. qui cū quempiā adorāt munera offerūt. Scd̄o ut ostenderent eum esse deū. q̄ dixit Exo. xxiij. Non apparebis in ꝯspectu meo vacuus. iō q̄n apparemus corā dn̄o ut audiēdo missam debemus aliq̄d deo offerre. ut habet᷑ in cano. de conse. di. i. omnis. Ois xp̄ian⁹ studeat ad missaꝝ solēnia aliq̄d deo offerre. s. spūale vł tpale munus. qꝫ oblatio est duplex. s. spūał ⁊ tpalis. ut hr̄ de ꝯse. di. ij. tribꝰ ī fine. Sꝫ h̄ est ꝯtra aliquos q̄ nec tpale nec spūale offerunt in missa ⁊ solū p̄sentiā exhibent. ⁊ infra missam inutilia loquunt᷑. R. Jdcirco sciendū vt oblatōes sint deo acceptabiles requirunt᷑ plura. Primo ut ꝑsona offerēs deo placeat. qꝫ oblatio placere nō p̄t nisi pri⁹ hō placeat deo. Unde ꝓuer. xv. Victime impioꝝ abominabiles sunt dn̄o. vota iustoꝝ placabilia. Figurat᷑ Geñ. iiij. Respexit dominus ad Abel ⁊ ad munera eius. Dicit notanter ad abel prius. ⁊ deinde ad munera. Gre. Nō placuit abel ex munere sꝫ munus ex abel. qꝫ ip̄e erat acceptus deo ꝑ iustā vitam ⁊ innocentiā cordis sui. et ꝓpterea accepta fuerūt e⁹ munera. Jō Eccl. xxxiiij. Dona iniquoꝝ nō ꝓbat altissim⁹. ut pꝫ de chayn. Geñ. iiij. c⁹ munera nō acceptauit de⁹. qꝫ ip̄m ꝓpter iniquitatē suā reprobauit. ꝓpter qd̄ dicit Hiero. et hr̄ ī ca. xxiiij. q. i. odi. Nō sacrificioꝝ magnitudinē sed offerētiū merita respicit deus. S. Jdeo multoꝝ peccatoꝝ oblatōnes ꝓhibet accipe ecclesia. Primo notoꝝ dissidentiū fratrū. Mat. v. Si offers munus tuū ad altare ⁊ ibi recordatus fueris ⁊c. relinque ibi mun⁹ tuum. Scd̄o opprimentiū paupes. di. xc. oblationes. ⁊ de raptoribꝫ sup eo. Tercio vsurarioꝝ. de vsuris. qui in oībꝫ. Quarto eorum qui sunt in crimie notorio ⁊ hōrrēdo. ut meretricū. xvij. q. iiij. miror. vbi q̄dem ꝓhibētur oblatōes coꝝ q̄ hoīes rapiunt ab ecclīa. Quīto sacrilegoꝝ. xij. q. ij. de viro. Sexto excōmunicatoꝝ ⁊ eorū qui sponte ⁊ sine necessitate rebaptisati sunt ab hereticis. Horum oblatōes duobꝫ annis nō sunt recipiende. etiā si vere peniteāt. de ꝯse. di. iiij. oīs

Scd̄o dꝫ fieri de re bona. Eccl. xxxv. Noli offerre munera praua. nō eīn dominus suscipiet illa. Jdeo Malach. i. Si offeratis cecū ad imolandū nonne malum est si offeratis claudū ⁊ languidū nōne maluꝫ est. offer illud duci tuo terreno. si placuerit illi. i. non. Propter qd̄ subdit in fine capituli. Maledictus dolosus q̄ habet in grege suo masculū ⁊ imolat debile dn̄o. Propter quod scribit᷑ in cano. xlix. dist. sacerdotes. ī fine. Jndignū est dare dn̄o qd̄ dedignat᷑ hō

Tercio dꝫ fieri de substātia ꝓpria. ꝓuer. iij. Honora dn̄m de tua substantia. non de aliena ⁊ furto. Jsa. lxi. Ego dn̄s diligēs iudicium ⁊ odio habens rapinā in holocaustū Malachie. i. Intulistis de rapina munus. nunquid suscipiam illud de manu vestra. q̄si diceret non. Unde et Hiero. Sūt q̄dam qui in hoc estimant se placere deo eo q̄ de

rapina edificāt ecclesias. ꝛ larga testamenta faciūt ꝛ deo offerūt. paupes viduas ꝛ orphanos deprimētes. sed magis deū ꝓuocāt ad irā ꝛ remuneratōem vindicte. Et exclamat dicēs. O omīpotēs deus si taliū munera accipes tūc iniquus esses cū ipis. quod absit. Tales eīn volūt participē facere deū eorū iniquitatis et opp̄ssiōis pauperū. ꝓpter qḋ scribit᷑ in cano. xiiij. q. v. Immolans ex iniquo maculata ē oblatio. Ideo Malach. iij. Erūt dn̄o offerētes in iusticia ꝛ placebit dn̄o. nō de rapina. Eccli. xxxiiij. Qui offert de rapina pauperū quasi qui victimat filiū in ꝯspectu p̄ris sui. Ideo oblatio deo accepta debet fieri de iuste acquisitis. q᷑ hr̄ ī ca. .i. q. i. nō est. Quidq̄d ī sacrificio dei ex malo acquisito offert᷑ nō placet deo. sed ipsius iracundiā irritat. ¶ Quarto oblatio debꝫ esse deuota. p̄s. lxv. Holocausta medullata offerā tibi. Per medullā que ī medio ossiū est intima vis deuotōis accipit᷑. ac si diceret Licet modicū sit quod foris offero. tn̄ hꝫ modicum intima deuotōe offero. Cassian⁹ ī li. collationū patrū. in collatōe Iohānis abbatis. Melius est deuotū in minoribus q̄ȝ indeuotū in maioribus operib⁹ inueniri. Legit᷑ eīn. iij. Regū. viij. de magna oblatione quā fecit rex Salomō: ꝛ oīns multitudo filioꝝ israel immolabāt oues ꝛ boues absq̄ȝ estimatōe ꝛ numero. que licet essent multa ꝛ magna. magis tamē reddebat ea accepta offerentiū deuotio. Nā subiungit᷑ ibi. vtrūq̄ȝ genu Salomō in terrā defixerat et manus expādebat in celū. in quo cordis deuotio denotat᷑. Silr̄ et Dauid. i. Parali. xxix. letus fecit oblatiōem dicēs. Quis ego et quis ppl's meus vt possimus tibi vniuersa hec offerre. tua eīn hec sunt omnia et que de manu tua accepimus dedimus tibi. In simplicitate cordis mei letus᷑ tibi obtuli vniuersa hec. Et subdit de populo dicēs. Populū tuū qui hic reptus est vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria. ꝛ subiungit. Domine deus custodi hanc voluntatē cordis eorum. et semꝑ in veneratiōe tui mens ista ꝑmaneat Unde aplus. ij. ad Chori. ix. Unusquisq̄ȝ ꝓut destinauit in corde suo nō ex tristicia aut ex necessitate. hilarē eīn datorem diligit deus. Nō delectat᷑ in aliqua oblatōe facta sine deuotōe. ꝓpter qḋ in veteri lege multa sacrificia iussa sunt asꝑgi oleo in signū q̄ sine deuotiōis asꝑsione nō sunt deo grata. q᷑ dicit Gre. Cor ꝛ nō substātiā pensat deus. nec ꝑpendit quantū in ei⁹ sacrificio. sed ex quāto. s. ex cordis deuotōe. ¶ T. Richar. de mistico somno. Deuotio ē feruida mētis in deū dilectio ꝛ animi dulcedo Bern̄. Sicut mel in cera sic deuotio in aīa quia mel indulcorat et sapidū facit. ꝛ sic deuotio. Et sic fuit oblatio triū regū. Primo fuit deuota. quia ꝓcidentes adorauerunt. Scd̄o fuit de re bona. q᷑ aptis thesaur. qḋ dicitur a thesis qḋ est positio ꝛ auꝝ. Et ē locus vbi cōseruant᷑ p̄ciosa quecūq̄ȝ ꝛ maxime aurū. Tercio fuit de re ꝓpria. et notat᷑ cum dicit᷑ suis. nō alienis. Quarto fuit deo placida rōe ꝑsonꝝ. quia fuerunt in charitate feruidi. Et ip̄a bona ī charitate facta sūt dō accepta. Aug. Habe charitatē ꝛ fac quidq̄d vis ꝛ placebis deo. ¶ Dixi scd̄o tangit᷑ munerꝝ eorū denominatio seu specificatio. ibi. aurū thus ꝛ mirrā. ¶ U ¶ Sed diceres. q̄re hec tria obtulerūt ꝛ nō alia munera Ratio assignat᷑ lr̄alis sm̄ glo. quia arabes in sua regione abundant hijs. scꝫ auro thure ꝛ mirra et diuersis generib⁹ aromatuꝫ. ꝛ ip̄i talia cōsueuerunt offerre. Sed meli⁹ dicit᷑ sm̄ eandē glo. q̄ ex inspiratōe diuīa hoc factū est ꝓpter misticā significatōnem. quam ꝛ si tūc magi nō intelligebāt. tamē ut dicit Chrisost. gratia dei hec oīa facere hortabatur. ¶ X ¶ Moraliter. ꝑ hos tres reges significant᷑ omnes electi fideles qui sūt in triplici statu. s. incipientiū ꝓficientiū et ꝑfectoꝝ. Dicit enim Greg. xxiiij. moraliū. Electi dei sacre scripture testimonio reges vocant᷑. qui cunctis motib⁹ ꝛ carnis tēptationibus mundi ꝛ diaboli non consentiunt nec succūbunt. sed bene preesse nouerunt. Unde reges sm̄ Isido. de summo bono. a recte regendo vocati sunt. ideo recte faciēdo tenet recte nomen regis. peccando vero amittit. Unde subdit ibidem. Rex nunq̄ȝ eris si te nō rexeris Dic᷑ eīn ph̄s. i. polìtic.

Mens rationalis regali dominio regnat ⁊ regit appetitū sensitiuū ne insurgat inordinatus motus in regno aīe cōtra diuinū honorem. Et si insurgere ceperit statim ꝑ rationem quasi ꝑ regalē manum dꝫ cohiberi ⁊ cōpesci. ꝓuer. xx. Rex q̄ sedet in solio iudicij dissipat omne maluꝫ intuitu suo. Et sic omnes debem⁹ esse reges. Poeta. Si ratō te rexerit rex es. si corꝑe seru⁹. Amb. Rex est qui corpus ꝓpriū subegit. nec ei⁹ passiōibus animā suā turbari ꝑmiserit. Et quid tales debent offerre regi celesti. Sunt eñ vt dictū est in triplici differētia. ¶ A. Primi incipientes. illi debent offerre mirrā ꝯtritōis. ps. l. Sacrificiū deo spūs ꝯtribulat⁹ Nā sicut mirra habet amaritudinē i gustu. ⁊ sic vera ꝯtritio habet amaritudinē cordis Treno. ij. Uelut mare ꝯtritio tua. dicendo cū Ezechia rege Ysa. xxxviij. Recogitabo tibi oīs annos meos in amaritudine anie mee. Itē mirra expellit vermes mordentes ⁊ causat quietē. ⁊ sic ꝟa cōtritio expellit culpā remordentē. Hiero. Nulla culpa delebit̄ nisi ꝯtritōne deleatur. Et facit quietē in ꝯscientia. Hugo. Peccatoꝝ salus tūc incipit cū ꝓ peccatis ꝟaciter ingemiscūt. Iteꝫ mirra serpentes fugat. Et sic ꝟa ꝯtritio diabolum ꝯtristat. De quo Aug⁹. Acriores dolores diabolo nō facimus ꝙ cum vulnera peccatoꝝ dolendo ⁊ ꝯfitēdo sanam⁹. Itē ex mirra ꝯficitur vngentū placabile. Unde Judith. x. Judith vnxit se mirra ⁊ placuit holoferni. et in oculis omniū pulcra apparuit. Sic et ꝟa hūilitas reddit hominē placabilē deo ⁊ angelis eius. Daniel. iij. In spiritu humilitatis ⁊ animo cōtrito domie suscipiamur a te. vt sic acceptabile fiat sacrificium nostrū vt inquit venerabilis Beda. Amaritudo cordis mentē purgat. angelos letificat ⁊ deū placat. psal. l. Cor contritū et humiliatū ⁊c. ¶ Secundi sunt ꝓficiētes. Illi debent offerre aurum bone oꝑatōnis. Unde Eccli. xxix. Pone thesaurū tuū in preceptis altissimi. et ꝓderit tibi magis ꝙ aurum. Nam aurū nō liberat in die iudicij Iuxta illud ꝓuerb. vi. Non recipiet ꝓ redemptōe munera. sed cōseruatio ꝑcepti liberabit a damnatōne. Eccl'e. viij. Qui custodierit ꝑceptū non experiet̄ quicꝙ mali. Ideo Eccli. iij. Que ꝑcepit de⁹ cogita sp. Rō Eccli. xxxv. Salutare sacrificiū est attēdere dei mādatis. q2 cū alijs sacrificijs pōt dānari. sed nō cū obediētia mādatoruꝫ dei. Ideo ꝯpatur auro. Nā sicut aurū indulcorat potū. ⁊ sic obꝟuatio ꝑceptoꝝ animū. Ecclesiastici. xxiij. Nil dulci⁹ ꝙ respicere i mādatis dñi. ꝓpter qd̄ dixit Samuel. i. Reg. xv. Nunq̄d vult dñs holocausta ⁊ nō potius vt obediat̄ sibi. Nam obediētia pl⁹ valet ꝙ victima. Gre. In victima aliena caro in obediētia ꝟo ꝓpria offert̄. Item auꝝ cor letificat. ⁊ sic obꝟuantia mandatoꝝ. Aug⁹. Suauem ⁊ iocūdam vitā gustabis si precepta dñi seruabis. ¶ B. Tercij sunt ꝯtēplantes. hij debent offerre thus deuotōnis Nam sicut thus dr̄ a theos grece qd̄ ē de⁹ latine. quia in dei sacrificio offert̄ siue adoletur. Et sic cōtemplantes debent se sacrificare deo ad modū thuris. vbi gratia. Th⁹ primo in igne positum calefit. ⁊ sic cor eorū debet primo calefieri igne deuotōis. q2 dic̄ Richard⁹ d̄ mistico somno. Deuotio ē feruida mentis in deum dilectio. Secūdo th⁹ calefactū dissoluit̄. Et sic mēs ꝯtēplātis ī lacrimis debet dissolui deuotōis ⁊ desiderij post deū. dicendo cum ps. xli. Fuerunt michi lacrime mee ⁊c. Ber. Futura gaudia ñ satis ꝯcupiscis si nō quotidie postulas cū lacrimis. Tercio thus post dissolutōem eleuat̄ sursum in aera. sic mens ꝯtēplantis ad deū dꝫ esse eleuata. ad Col. iij. Que sursuꝫ sunt querite. que sursum sunt sapite nō que sup terram. quia terrena cōcupiscētia impedit contemplatōem. De quo Isido. de summo bono. Oculus alta ꝯspicere nō poterit quem puluis claudit. Ideo anime ꝯtēplatiue ꝑt dici illud Ysa. li. Eleuare eleuare cōsurge ihrl'm. Dicit eñ Aug. in li. i. de trinitate. Quanto magis homo de temꝑalibus ad eterna se extendit. tanto similior deo erit Dicant igit̄ cōtemplatiui cum apostolo ad Philippeñ. iij. Nostra conuersatio in celis est. Quarto thus eleuatum dilatat̄ in templo. et sic mens deuota sursum eleuata

ad celestia dilatat᷑ desup celestibꝫ theoricis
meditãdo bonitatẽ dei ⁊ gl̃iam sctõꝝ ⁊ gau
dia eoꝝ. De hoc apl̃s. ij. Choꝛ. vi. O choꝛi
thij coꝛ nostrũ dilatatũ est. tanq̃ filijs dico
dilatamini ⁊ vos. ut post h̃ tũc efficiami ꝓ/
ni ad queqꝫ bona opa. dicẽdo cũ p̃s. cxviij
Uiã mandatoꝝ tuoꝝ cucurri cuꝫ dilatasti
coꝛ meũ. Quinto dilatatũ acuit᷑ ꝯsus celuꝫ
Et sic mẽs ꝯtẽplãtis in tali deuotiõe acuit᷑
versus celum ꝑ gr̃aꝝ actõem totius boni re
cepti a deo in ipsius effusiõe. sicut fecit apl̃s
q̃ dixit. ij. ad Choꝛ. xij. Pro me aũt nichil
gloꝛiaboꝛ nisi in infirmitatibꝫ meis. grã dei
sum id q̃d suꝫ. Sexto acutum euanescit q̄
nõ amplius apparet. Et sic mẽs ꝯtẽplãtis
sic in deuotiõe accẽsa sic dissoluta eleuata ⁊
dilatata ⁊ acuta euanescit ꝑ suspẽsi⁹ ⁊ omni
um sensibiliũ obliuionẽ. De quo Richar.
Sepe ꝯtẽplãtes sunt ĩ tãta altitudine q̄ ea
q̃ circa ipsos fiũt ignorãt. ut legit᷑ de sctã mo
nica matre sancti Augustini q̃ in ꝯtẽplatiõe
rapta clamauit. Uolemus in celũ volem⁹ ĩ
gelꝰ certe ignorauit. Vn̄ interrogatꝰ a vir
gine. quō fiet istud. Rn̄dit. Sp̄ussanctus

superueniet in te. q. d. Tu experieris. Aug. Fi
de capit̄ rōe cōprehendi nō p̄t. s. quō deitas
hūanitati iungit̄. ⁊ deꝰ ⁊ hō de v̄gine nascit̄
Aug. s̄mōe. i. de annunciatōe di. Est stupē
dū miraculū excellēs omnē intellectū. qui ī
cherubin est terribilis. in oībꝰ angelis est in
cōprehēsibilis. ꝯceptꝰ est ī aluo v̄ginis. Vn̄
virginē ꝯcipe ⁊ parere supat omnē legem
nature. Adhuc tn̄ fortꝰ est ꝙ deus ⁊ hō ab
hoīe nasci voluit. Jō Aug. de ꝯceptu virgi
nali. Quis vltimū primo cōiunget nisi dei
fortitudo. ⁊ ita ꝯglutinauit ꝙ nec morte sol
uit̄. Merito ergo gabriel. i. fortitudo dei mit
tit̄. Sequit̄. a deo. s. sine medio. Ecce p̄ro
gatiuā. q꞉ nō est seruatꝰ cōmunis modꝰ eo
ꝙ nō ꝑ superiorē reuelatōe꞉. ſ꞉ a deo missus
est. Dyoni. c. vij. celest꞉ ierarchie. Alij co
gnouerūt ſ꞉ nō hn̄ ⁊ plene. maxīe latuit eis
modꝰ q̄liter totꝰ in patre. totꝰ ī virgine. In
ciuitatē galilee. H. S꞉. d. cur nō in iude
am. Rn̄det̄. q꞉ in galilea cohabitabāt gēti
les cū iudeis. in signū ꝙ vtrūq̄ꝫ ꝓplm̄ vell꞉
redimere. Joh. xi. Hic ihesus moriturus
erat ꝓ gēte. ⁊ nō tm̄ ꝓ gēte. s. iudaica. ſ꞉ vt
filios dei dispsos ex varijs gentibꝰ in vnū
ꝯgregaret. Eph. ij. Ipse est q̄ facit vtraq̄ꝫ
vnū. Cui nomē nazareth. q̄ꝺ interp̄tat̄ flos
ad significandū ꝙ ip̄e esset ille flos. de quo
Cañ. v. Ego flos cāpi. Dicit flos campi ⁊
non orti. q꞉ flos orti clausus est. ſ꞉ flos cāpi
oībꝰ apertꝰ est. ⁊ sic xp̄s. Math. xi. Venite
ad me omnes. Itē flos gignit̄ ex purissimis
terre humoribꝰ ⁊ calore solis. ⁊ sic xp̄s in
carnatꝰ v̄tute sp̄ussancti ex purissimo san
guine virginis marie. Itē in ꝑtibꝰ trāsma
rinis habet̄ quidā flos q̄ habet stipitē aspe
rū ⁊ quīq̄ꝫ rubea folia. ⁊ significat xp̄m q̄ ha
buit asperitatē cruc꞉. ⁊ quīq̄ꝫ rubea vulne
ra. Itē cū flos ꝯterit̄ lōge spargit odorē. et
sic xp̄s in martariolo crucis ꝯtritꝰ. Iste er
go flos floruit in ꝯceptōe in nazareth. appa
ruit in natiuitate in bethleem. emarcuit ī hie
rusalē. floruit inter duo lilia. s. angelo annū
ciante. virgine consentiēte. Apparuit inter
duo aīalia. Isa. i. Cognouit bos possessore꞉
suū ⁊ asinus p̄sepe dn̄i sui. Emarcuit inter
duos latrōes ī cruce. refloruit ī resurrectōe

Sequit̃ ad mariã virginẽ. Et merito vt ꝓphetia impleret̃ Isa. vij. Ecce virgo ↄcipiet et pariet filiũ. et Hiere. xxxi. Nouũ faciet dñs sup terrã. femina circũdabit virũ. vbi dicit Dyoni. de diuinis noibꝫ. De oibꝫ nouis h̃ est maximũ nouũ. Berñ. Decebat hmõi natiuitas. Et si debebat nasci tũc d̃ virgine. et si virgo debebat parere tũc deũ Sic igit̃ missus est ad virginẽ. Aug. Veniẽs creator mũdi ex mũdis visceribꝫ i mũdo nasci voluit vt immundũ mundũ redimeret. sic di. Berñ. sup missus est. Ad virginẽ carne. ad virginẽ mẽte. ad virginẽ ꝓfessione. ad virginẽ talẽ de q̃. i. Cor. vij. Mente et corpe sanctã nec nouiter nec fortuitu inuentã. sꝫ a seculo electã. ab altissimo ꝓcognitã. a spũsancto ꝑparatã. a patriarchis ꝑsignatã. a ꝓphis ꝓmissaꝫ. Damas. li. iiij. c. viij. Ipa dei genitrix virgo ab eterno dei cõsilio ꝓuisa. ipa est quã vidit Moyses i rubo ardente. Gedeon i vellere. Ezechiel in porta clausa i domo dñi. Daniel in lapide absciso sine manibꝫ. Aaron i virga et flore. Sanct⁹ Tho. pte. iij. q. xxviij. Merito agn⁹ dei sine macula debebat nasci. et sine pctõ d̃ virgine pura. Sequit̃. desponsatã viro. Amb. vt iudeis tolleret scandalũ. vt puer haberet nutriciũ. et vt virgo virginitatꝫ sue testimoniũ. cui. s. viro nomen erat ioseph. d̃ domo .i. de familia David. ¶ J. Tres legimus esse viros in sacra scriptura hui⁹ nois. Primꝰ fuit ꝓcurator egipti q̃ cõmendat̃ ab innocentia. Secund⁹ ioseph ab arimathia. q̃ cõmendat̃ a pietate et mĩ̃icordia. et a deuotione eximia posuit xp̃m de cruce. et in monumentũ suũ collocauit. Terci⁹ fuit vnus ex lxxij. discipul̃. ille cõmendat̃ a iusticia. vt habet̃ Act. i. Omnes hi hũc ioseph figurabãt. oĩm enĩ virtutes ipe ꝑfecte habuit. Et specificat eũ euãgelista q̃ sit de domo dauid. vt ꝑ h̃ designet̃ veritas ꝓmissionis. Ps. cxxxi. De fructu ventrꝫ tui ponã sup sedẽ tuã ℟. Et nomẽ virginis Maria. Isid. Antiq̃ patribꝫ noĩa imponebant̃ secreta futuroꝝ ptinentia. a fortiori ergo virgini dei genitrici q̃ oibꝫ fuit sanctior et in statu sublimior Unde Cbns. in ẽmone de annunciatõne. Nichil erit in gloria respectu beate virginis et oim̃ ꝓcedentiũ memoria. Dicit̃ ergo maria. qḋ hebraice interptat̃ stella marꝫ. q̃ nauigantibus viã indicat. Et sic ipsa misit radium ꝑ quẽ totũ mundũ illuminauit. Greg. Hunc mũdo lumẽ eternũ effudit. Berñ. Sic n⁹ radi⁹ minuit sideris claritatẽ. sic nec filius virginis matrꝫ integritatẽ. Scdõ Maria grece et latine dicit̃ amarũ mare. Et sic ipsa in passiõe. Luc. ij. Tuã ipi⁹ aiaꝫ gladi⁹ doloris ꝑtrãsibit. Tercio Siriace d̃r dña. et sic ipa dña angeloꝝ ꝓtegẽs nos ab infestatione inimicoꝝ. Berñ. Nõ enĩ hostes visibiles timẽt aciẽ ordinatã sic demones dei matrẽ. Amb. Totũ collegiũ ꝑtestatꝫ maligne terret̃ ad inuocatõeꝫ nois marie Ber. Sic cera fluit a facie ignis. sic demões ad inuocatõeꝫ nois marie virginis. Et sic dic̃ Nomẽ virginis marie. nõ a casu h̃ nomen sꝫ speciali instinctu et angelica reuelatõe virgini impositũ est. Et ↄueniẽter h̃ venerabile nomẽ obtinet ex ethymologia. Ipm enĩ habet quinq̃ lr̃as ꝑ q̃s ipsi⁹ quinq̃ priuilegia designant̃ Et q̃libet eaꝝ priuilegiũ vnũ ex his quilq̃ designat q̃ ipa specialiter a deo meruit obtinere. ꝓpter q̃ h̃ nomẽ sibi ↄgrue ↄuenit. ¶ Prima lr̃a hui⁹ sanctissimi nois est m. per quã designat̃ primũ priuilegiũ. q̃ ipa est mater oĩm sanctoꝝ. q̃ oibꝫ sanctitatẽ generauit. Dañ. ix. Veniet sanct⁹ sctõꝝ et vngat̃. Idcirco Berñ. Laudam⁹ tuã virginitatẽ et miramur humilitatẽ. quia nobis oibꝫ genuisti sctitatẽ. Eccl. xxiiij. Ego mater pulcre dilectõis et timoris et agnitõis et sancte spei. modo oĩa illa ad sanctitatẽ ptinent. Et sic ei specialiter dicere possum⁹ illud Judith. viij. Ora ꝑ nobis qm̃ tu mlier sancta es imo et oĩm sanctoꝝ mater. ¶ Secunda lr̃a est a. ꝑ quã significat̃ secundũ priuilegiuꝫ. s. q̃ est aduocata oim pctõꝝ. Sic ecclĩa noiat eã. Eya ergo aduocata nostra ꝛc. Nota dicit Isid. Voles aduocare pro alio debet habere primo iudicis amiciciã. et sic ipa q̃ mater. Berñ. Tu mater exulis. tu mater iudicis. Ipa in m̃re salomonis figurat̃. cui salomõ. iij. Regũ. ij. Pete a me q̃d vis. nõ est phas vt auertã faciẽ meã a te

Bern̄.in ſmone de natiuitate. Cū corā tre
mendo iudice aſſiſtim⁹ q̄ vibrat gladiuz ire
ſue ſup nos. ⁊ q̄s auertat irā ſuā niſi maria
p quā ſuſcepim⁹ in terrꝫ miſericordiā. Hec
exemplū ī diſcipulo ſmone vlti. de iuuene
depaupato. Nō mirꝫ ſi apud deū potēs eſt
Dicit em̄ beat⁹ Anſ. Oīa res oīs creatu
ra a deo creata eſt. de⁹ oīa creauit. ſꝫ maria
eū generauit. Et ſic merito habet amiciciā.
Scđo dꝫ habere pietatꝫ clemētiā. ⁊ ſic ma
ria. Vn̄ Bern̄. in ſmone q̄ īcipit. Magnū
ſignū apparuit ī celo. Quid ad mariā trepi
dat accedere hūana fragilitas. nichil auſterꝫ
nichil terribile ī ea. ſꝫ tota ſuauis ⁊ mitis.
Jdō dicit Aug. in lib. retractationū. Scio
me perire nō poſſe p̄ pietate marie. Sic ergo
poſſum⁹ dicere ei illud. iij. Reg. ij. qđ dixit
Adonias ad matrē regꝫ ſalomōis Pro no
bis loq̄re regi. q2 in te eſt pietas ⁊ miſicor
die clemētia. neqꝫ tibi q̄cq̄ꝫ denegare pote
rit. Tercio dꝫ p̄ponere eci indigentiaꝫ. Et
ſic maria. Vn̄ Bern̄. Apud filiū ſuū indu
cit illud euāgelicuꝫ. Memēto fili verbi tui.
in q̄ peccatoribꝫ ſpem venie tribuiſti. nō eſt
op⁹ valētibꝫ medic⁹ ſꝫ male habētibꝫ. Nō
veni vocare iuſtos ſꝫ pctores. Jpa eſt mulí
er de q̄. ij. Reg. xiiij. q̄ aduocauit p abſalo
ne apud dauid allegās generalē infirmita
tē d. cēs. Oēs morimur ⁊ q̄ſi aq̄ dilabimur
ī terra. Caſſio. in quadā epl̄a. Tu patrona
hūani generꝫ: tu afflictꝫ ꝯſolatio: tu īfirmis
medicina ſingularꝫ. q̄s tuo nō indiget iuua
mine cū peccare cōmune ſit. ergo ſecūdo eſt
aduocata oīm pctorꝫ. Tercia lr̄a eſt e. p
quā ſignificat terciū priuilegiuꝫ ſiue tercia
grā marie collata qꝛ ipa eſt regula oīm mo
rū ⁊ virtutū. Et primo puritatꝫ. q2 di. Anſ
Ea puritate nitebat q̄ maior ſub deo intelli
gi nequit. Q, aūt puritas virt⁹ ſit ⁊ nos ac
ceptos deo reddit. dꝛ puerb. xxij. Qui dili
git mundiciā cordis habebit amicū regē. et
Sap. vi. Jncorruptō, primū facit deo. pſ.
xvij. ſm puritatem manuū mearꝫ retribuet
michi. Jpa etiā ſpēalite eſt regula hūilita
tis. imo ⁊ mgr̄a Lu. i. Ecce ācilla dn̄i. Nō
potuit eā ampli⁹ extollere angel⁹. q2 dei ma
trē futurā eā p̄dixit. Et ipa dixit ſe ancillaꝫ

pſonā ſeruilē ⁊ humilē. O mira humilitas
hec eſt virt⁹ illa quā ipe ſaluator docuit di
ſcipulos dicēs Mat. xi. Diſcite a me q2 mi
tis ſū ⁊ humilis corde. Jpſa etiā eſt regula
charitatꝫ. Vn̄ Amb. Sicut ferꝝ in ignem
miſſū totū fit igneū. ⁊ ſic ipa charitate dei ⁊
ꝓximi tota fuit ignea. i. charitate plēa. Et
ſic excellēter in ſe oēs ꝟtutes habuit. qꝛ ve
rificari poterat de ea illud Judith. xi. Nō
eſt talis mulier ſup terrā. i. decore virtutū.
Bern̄. Jpa dignū dei habitaculū oībꝫ ꝟtu
tibꝫ plenū. Nō mirꝫ ſi fuerit regula morū.
Amb. in li. ð ꝟginitate Talis fuit vita ma
rie vt ei⁹ ſoli⁹ vita eſſet oīm regula ⁊ diſci
plina. Quarta lr̄a huius nōis eſt i. Per
hāc quartā ſignificat priuilegiū. quo ipa di
ci meret interfectrix oīm viciorꝫ Vn̄ bern̄.
ſup miſſus eſt Sicut dyabol⁹ p mulierē hu
manū gen⁹ pdidit. ſic dn̄s p mulierē repa
uit. Sic dicit Maxim⁹ in ſmone Sic eua
nocuit p ſtulticiā. ſic maria ꝓfuit p prudēti
am. Eua dānauit p ſupbiā. maria ſaluauit
p humilitatem. Jpa fuit de q̄ canit eccleſia
Mortē quā femina intulit femina fugauit.
Jpſa fuit illa de q̄ Gen̄. iij. ex pte dyaboli
dicit Jnimiciciā ponā int̄ te ⁊ mulierē. ⁊ ſb
dit. Jpa ꝯteret caput tuū. Quinta lr̄a ⁊
vltima eſt a. Per illā ſignificat quintū pri
uilegiū q̄ ipa ſpēaliter dici meruit armonia
ſcꝫ ſpūſſancti donorꝫ. Aug. tractās illud ꝓ
uerb. ix. Sapiētia edificauit ſibi domū. ex
cidit colūnas ſeptē. dicit. domū edificauit.
i. cor ꝟginale ſpūſſancti donis plenū. Naꝫ
alij ſācti habuerūt grāꝫ cū menſura. ipa fon
tem oīm grāꝝ. ſic qꝛ ī ea impleri potuit illđ
ꝓuer. vlti. Multe filie regū ꝯgregauerūt di
uitias. tu ſola ſuggreſſa es vniuerſas. Ber
nar. Jpa exceſſit fidē patriarchaꝝ. ꝓphetarū
rū ſpem. aplorꝫ charitatē. ꝯſtanciā martirū
caſtitatē virginū. Aug. in ſmone de aſſūpti
one. Quid dign⁹ hac virgine cui null⁹ ſā
ctorꝫ poterit cōparari. Hiero. ſcđs in ſmōe
de aſſumptōe. Sicut in compatōe dei null⁹
bon⁹. ita in compatōe marie nulla eſt pfecti
or virtutibꝫ Merito igit maria dicit mater
oīm ſanctorꝫ. aduocata oīm peccatorꝫ. regu
la morꝫ. interfectrix viciorꝫ. armonia ſpūſ

sancti donoꝝ. Ex sup̄dictis ergo ꝯcludit̃
noua legatio diuine maiestatꝫ. Noua vtiqꝫ
ꝛ inaudita. Nā licet multe legatões fueꝛĩt
ꝑ oracula ꝓphetaꝝ ꝛc̃. illa tñ fuit oībꝫ ex-
cellentioꝛ. Primo ex ꝑte nūcij. q2 fuit nun
cius de supioribꝫ veniēs de his q̄ assiſtant añ
faciē dei. Luc. i. Scḋo ex ꝑte mittentis. q2
imediate missus a deo. a ꝯcilio tot9 sancte
trinitatis. Tercio ex ꝑte ꝑsone ad quā mit
tit̃. hec fuit virgo maria oīni laude dignissi
ma. Quarto ex ꝑte cause. ꝛ hec fuit maria.
q2 nostre salutꝫ redemptio. vt infra clarius
patebit. Et h̄ quantū ad primū. Dixi se
cundo subiungit̃ ꝓmpta executio angelice
dignitatis. de q̄ subdit. Et ingressus ad eaꝫ
angel9 dixit. Aue gr̃a plena dñs tecū. bene-
dicta tu in mulieribꝫ. Postillā q̄re in the-
sauro antiquo circa hodiernā festiuitatem.
vel lati9 circa ſmones Bern̄. sup missus ē.

L Ad ꝓpositū tñ ante legatõis executõeꝫ
angel9 reuerendissimā formauit salutatõeꝫ
in q̄ virginē gloriosā ex q̄ttuor principaliter
cōmendauit. Primo a vite innocētia. et
hoc tangit̃ cū dicit̃ Aue. i. sine ve. s. pudoris
laboris ꝛ doloris. Gene. iij. Multiplicabo
erūnas tuas ꝛ ꝯcept9 tuos. in dolore paries
filios tuos. Bern̄. Ipa sine corruptione fe-
cunda. sine grauamine grauida. ꝛ sine dolo
re puerpa. Sꝫ vñ h̄. q2 dicit Bern̄. Pro-
priū delictū nō habuit. ab alieno lōge inno
cens fuit. Et sic ꝑ ꝯsequens nec talis male
dictio Eue in ea locū habere potuit. Meri
to dixit ei Aue. i. sine ve. Reuera ipa fuit si
ne ve culpe. sine ve miserie. sine ve gehenne.
quere in thesauro antiquo. Secūdo ipaꝫ
cōmendauit a gratie supeffluētia. cū dixit.
gratia plena. Ubi nota duplex est gr̃a. Pri
ma est gratia gratū faciēs q̄ dicit̃ charitas
infusa sine qua nemo est accept9 deo. ꝛ que
inter oīa dona a deo creata est excellentissi
mum donū vt dicit Aug. De illa principa-
liter loquit̃ angel9. Bern̄. Ita copiose est
ei collata gratia q̄ oēm vitā suā custodiuit
ab oīni culpa veniali ꝛ mortali. Ideo Aug.
dicit. Quid dign9 hac virgine q̄ transcen
dit merita oīm mortaliū etiā ꝛ angelorum.
Alie sunt gratie gratis date que licet oībꝫ

hoībꝫ a deo gratis dant̃. nō tñ hoīem ſmlr
gratificāt oēs simul nec aliq̄ eaꝝ sꝫ ad multa
alia ordinant̃. Tūc hmōi gratie possunt di
ci oēs virtutes alie a charitate. Maria ḡ
nō solū habuit donū gr̃e principalis gratuꝫ
facientis. sꝫ etiā plenitudinē gr̃aꝝ gratis da
taꝝ. De q̄ Hiero. in ſmone de assumptõe
sic inquit. Si diligēter attēdis nil est ꝟtu-
tis qḋ nō resplēdeat in virgine maria. Unī
ipa fuit hūilima. Bern̄. Si maria humilis
nō fuisset spūssanct9 sup eā nō quieuisset nec
eā impgnasset. Isa. vlti. Sup quē requie-
scet spūs me9 nisi sup quietū ꝛ humilē. Itē
fuit castissima. Unī Bern̄. Tante fuit puri-
tatis qꝫ nec angelica puritas ausa est ei se cō
parare. Idē. Nec astra mūda sunt in ꝯspe
ctu ei9. Tanta mūdicia o maria de9 carnē
tuā mūdauit. vt etiā sue diuine puritati eā
ꝯglutinare nō despexit. Item fuit mitissima
Bern̄. Nichil austeꝝ nichil terribile i ea to
ta suauis ꝛ mitis. Itē fuit miſicordissima.
Unī Ignaci9. Maria oīm opeꝝ pietatꝫ vni
cuiqꝫ aliquid ministrat miseris ꝛ afflictꝫ est
coafflicta. Et hec miſicordia nō est i beati-
tudine diminuta sꝫ ꝑfecta. Sic igit̃ merito
a gr̃e supeffluētia cōmendat̃. Tercio cō-
mendauit eā angel9 in salutatõe sua a diuia
assistētia. cū dixit. dñs tecū. Bern̄. Licꝫ cū
oībꝫ sanctis sit dñs tñ singulariter ꝛ singu
lari ꝓrogatiua est cū maria. vt licꝫ dr̄ Iob.
xiiij. Si q̄s diligit me ad eū veniem9 ꝛ mā
sionē apud eū faciem9. tñ cū illa excellētissi-
me ꝛ singularissime. Unī exponēs supradi-
cta verba Bern̄. dicit. Dñs tecū. pater te
obumbrās vt tantū splendorē filij tui posses
sustinere. tecū fili9 vt sibi seruet vteꝝ tuū.
ꝛ tibi seruet virginitatꝫ signaculū. Tecum
spūssanct9. cui9 ꝟtute ꝯcipis: sanctificās te
vt sola digna esses filiuꝫ dei portare. Et sic
tota trinitas fuit cū maria. vt corp9 mūda
ret. vitā sctificaret. ꝛ aīam fecūdaret Aug.
Dñs tecū manet. tecū ꝑseuerat. a te nūq̄
recedet Hugo de san. victo. in sermone de
annunciatõe. Dñs tecū in castitatis voto.
tecū in prudēti ꝯsilio. tecū in vtero. tecū in
ꝯsciētie secreto. tecū in ore ope ꝛ corde. te-
cū vbiqꝫ. age secure q̄d vis. Hiero. Iā cū

virgine erat qui ad virginẽ mittebat Dñs vbiqꝫ per essentiã. in celis ꝑ apparentiã. in angelis ꝑ ꝑsidentiã. in sanctis ꝑ grãz. in assumpta hũanitate ꝑ vnionẽ. ꝫ in virgine ꝑ pot⁹ deitatꝫ ꝑsentiã ꝛ corꝑalem existentiaz Merito potuit dicere dñs tecũ. Sꝫ. d. q̃ re nõ pot⁹ dixit. dñs in te. Rñdet ꝙ ñ tm̃ ñ ea fuit ꝑ inhabitatõez. ꝫ etiã ꝑ cooꝑatõne. Hoc ergo significare volẽs dixit. dñs tecũ. Quarto eã cõmendauit a feminea excellẽtia. ibi. benedicta tu in mulieribꝫ. i. sup omnes mulieres. Reuera nõ solũ sup omnes mulieres. ꝫ ꝛ sup omnes viros post xp̃m. nec solũ sup omnes viros: ꝫ ꝛ sup omnes angelos ꝛ vniuersaliter sup omnẽ creaturã aliam a xp̃i humanitate. eo ꝙ a verbo assumpta est. Jõ Ans. O benedicta ꝛ supbenedicta ꝑ te benedicit̃ omnis creatura. Aliq̃ mulieres sũt bñdicte: qꝛ virgines. ꝫ nõ sũt fecũde Aliq̃ vo sũt fecũde ꝫ nõ virgines. Petr⁹ rauẽ. in sermone quodã sꝑ missus est. sic̃ Ber. Maria ꝟgo inter mulieres est bñdicta. qꝛ dec⁹ possidet virginitatꝫ. pudorẽ ꝛ dignitatem ꝑtulit matris. O vere benedicta. q̃ celo fuit maior. terra fortior. orbe latior Deũ eñ quẽ mund⁹ nõ capit sola suscepit. ꝛ portauit eũ q̃ portat orbẽ. suũ genuit genitorez. nutriuit oĩm viuentiũ nutritorẽ. Hiero. in sermone de assumptõe Talibꝫ oꝑpignorare decebat virginẽ muneribꝫ vt esset grã plena. Et ideo dicit̃ dñs tecũ: benedicta tu in mulieribꝫ. que dedisti celis ꝛ angelis terris ꝛ hoĩbꝫ deũ. fidẽ gentibꝫ ꝛ finẽ vicijs. vite ordinẽ. moribꝫ disciplinã. vt omnes homines surgentes in grãꝝ actõne dicere habẽt illõ ꝑs. lxxxiiij. Bñdixisti dñe terrã tuã. auertisti captiuitatẽ Jacob. s. ꝑ singularẽ bñdictionẽ matris. Quintũ volum⁹ addere ꝛ eã cõ Elisabeth cõmendare a dignitatis sue excellentia. qꝛ hodie mater dei effecta meritꝫ sup extollẽda ꝛ sũme cõmendãda. Sed q̃d dicã de ei⁹ excellẽtia. ꝛ q̃uo valeã eã digne cõmẽdare. Erg̃ eñ mater dei est. sicut deũ null⁹ sufficit nec digne laudare ꝑt. sic nec matrẽ. De q̃ Petr⁹ Damiani. Qualiter eã laudari poterit mũdanus hõ ꝑ trãsitoriũ verbũ q̃ de se verbũ ꝑtulit q̃d manet weter nũ. Aug. in quodã sermone de beata ꝟgine. Si oĩm nostꝝ mẽbra verterent̃ in linguas null⁹ eã digne laudare sofficeret. altior est celo de q̃ loq̄mur. ꝑfundior inferno ꝛc. Hec sola est q̃ mater ꝛ spõsa vocari meruit. q̃ enĩ ꝟgo tã sãcta quã dignaret̃ supuenire spũs sanct⁹. que tã speciosa quaz de⁹ eligeret sibi spõsam ꝛ filio suo in matrẽ. O q̃ tã casta ut esset virgo i partu ꝛ post partũ. O q̃d dicaz paup ingenio. o q̃d dicã. quidq̃d dico minor laus est q̃ꝫ tua dignitas req̃rit. O q̃d dicã dei genitrix cũ ñ sufficit lingua carnis tuas enarrare ꝟtutes. Ecci. xliij. Exaltate eam q̃ꝫtũ potestꝫ qꝛ maior est omni laude. Jpsa est de q̃ Bern. q̃ tot⁹ mũdꝰ obtinuit impetrando salutẽ Cui spẽaliter ꝑ toto genere humano dictũ est. Ne timeas maria inuenisti eni grãm apud dñm Quis g̃ o beata mater misericordie valeat inuestigare tuã longitudinẽ. latitudinẽ. altitudinẽ. ꝛ ꝑfunditatẽ. longitudo tua vsqꝫ ad diẽ nouissimũ subuenit vniuersis inuocãtibꝫ te. latitudo tua replet orbẽ terraꝝ. altitudo supne ciuitatis meruit ꝑ te recuꝑationẽ. ꝑfunditas sedentibꝫ in tenebris ꝛ i vmbra mortꝫ obtinuit redẽptionẽ. Hoc ergo q̃ ad angelicã salutatõnẽ Reliqua vt sup̃ dixi quere in thesauro antiquo Recurram⁹ g̃ oẽs ad matrẽ grẽ. ipaz q̃ꝫtũ possum⁹ laudibꝫ ꝛ ꝑconijs extollẽdo. vt ei⁹ inuicto suffragio poss.m⁹ obtinere grãz omnipotentis dei in hꝫ seculo. ꝛ i futuro fieri ꝑticipes eterne glorie Amen.

Sermo LXXI. Adidẽ.

Ingressus angelus ad eaz dixit. Aue grã plena dñs tecũ. Luc. i. Introductio. Videm⁹ gaudiũ oriri dũ tribulatꝫ nunciat̃ liberatio de angustijs. Spũaliter. humanũ gen⁹ añ incarnatõez xp̃i erat i maximis tribulatõibꝫ. sic ꝙ potuit ꝯqueri illõ Dan. xiij. Angustie sũt michi vndiqꝫ. Renera vndiqꝫ. Nã primo erat aridũ ex ꝑte defect⁹ hũoris. i. carẽtie grẽ. ꝑs. cxl. Anima mea sic̃ terra sine aq̃ tibi. Jõ Ysa. xlv. Rorate celi desup ꝛ nubes pluãt iustũ. Jsta ariditas figurat̃. iij. Re. xvij. Tribꝫ annis et

sex mēsibꝫ nō fuit ros neqꝫ pluuia. Et sic tēpore nature culpe ꝛ legis scripte ī his tribꝫ annis nō fuit ros salutis ꝛ pluuia bñdictionis vsqꝫ ad sextū mēsem quarti anni. i. tpe grē. de q̄ p̄s. lxxxiiij. Dñs dabit benignitatē ꝛ terra nostra dabit fructū suū. Scḋo hō erat famelic⁹. Amos. v. Mittā famē sup terrā. nō famē panis. ſꝫ famē audiēdi vbū dei. i. filij dei. vel famē vidēdi. s. faciē dei. q2 nichil satiat hoīem nisi dei visio. Hac erat prim⁹ hō priuat⁹ ꝛ totū genus humanum. Sꝫ hodie venit semē de celo seminatū i terrā benedictā. i. in vteꝝ virginis benedicte. p̄s. lxxxiiij. Bñdixisti dñe terrā tuā. Figuratur Nume. xi. cū descenderet nocte super castra ros. descēdebat pariter ꝛ manna. p̄s. Panē celi dedit eis. Tercio hō erat infirmus. Jsa. i. Omne caput languidū ꝛ omne cor merēs. Hodie venit ille q̄ se medicū corporū ꝛ aiaꝝ ondit. ꝛ q̄ ꝓpter languidos se venisse testat̄. Math. ix. Nō est opus valētibꝫ medic⁹ ſꝫ male habentibꝫ. Nō veni vocare iustos ſꝫ peccatores ad penitētiā. Aug. Sanguis eñi medici fact⁹ est medicina freneticoꝝ. q2 suo sanguine curauit nos a languore anime. Jsa. lxi. Spūs dñi super me eo q̄ vnxerit me: vt mederer ꝯtritos corde Quarto hō erat captiuus. ꝓuer. v. Funibꝫ pc̄toꝝ quisqꝫ ꝯstringit̄. Sap̄. xvij. Una cathena ꝯstringit oēs. Hodie venit q̄ captiuos liberat. ꝛ Jsa. lxi. Misit me vt p̄dicarē captiuis indulgentiā. ꝓpter qḋ ip̄e saluator dixit Joh̄. viij. Si fili⁹ vos liberauerit veri liberi eritis. Quinto hō erat ī aīa mortuus. Gen̄. ij. De ligno sciētie boni ꝛ mali ne comedes. in quacunqꝫ hora comederis morte morieris. Ro. v. Regnauit mors ab adam. Sed hodie nunciata ꝛ missa est vita. i. Coꝝ. xv. Sicut in adam oēs moriuntur. ita ꝛ in christo oēs viuificabunt̄. Figurat̄ Gen̄. ij. Posuit domin⁹ lignū vite ī medio paradisi. i. filium in vtero virginis benedicte. p quem vita ꝛ salus credentibꝫ illuxit. Joh̄. x. Ego veni vt vitā habeāt: et abundanti⁹ habeant. Jdcirco. iiij. Re. vij. Hec est dies boni nuncij. si tacuerim⁹ scelere arguemur. Hec aūt sal⁹ incepit cū angel⁹ ingressus ad virginē venit. de quo thema. Jn verbis p̄missis duo tanguntur. Primo apparitio angelice claritatis. ibi. ingressus angelus. Scḋo salutatio virginee dignitatis. ibi. Aue gratia plena. De p̄mo dicit. Jngressus angel⁹. s. mense sexto post ꝯceptōeꝫ Johānis bap. qui fuit ꝯcept⁹ ī fine septēbris. saluator vero in marcio vicesimaquinta die mēsis eiusdē. Sꝫ q̄re in isto mēse ꝛ nō in alio a ubi repies. R. Jdeo iste mēsis p̄ alijs est priuilegiat⁹. Primo q2 in eo mūdus est creat⁹. Jdcirco iudei habēt eū p primo mēse anni ꝛ incipiūt annū ab eo dē. Exo. xij. Jste mēsis sit vobis principiū mensiū. Scḋo q2 ppl̄s israelitic⁹ in eo est liberat⁹. Exo. xiij. Egredimini mēse nouaꝝ frugū. licet nō sint fruges formate. tñ ī celesti paradiso formate erāt noue fruges. Tercio mēsis ille priuilegiat⁹ est: eo q̄ mund⁹ est in ip̄o redempt⁹. liꝫ hñ ꝯtingit solēnitatē passionis in aprili celebrari. isto ergo mēse. s. marcio die ꝛ hora. vt sup̄ in p̄cedēti sermone. ingressus est angel⁹. Sanct⁹ Tho. pte. iij. q. iij. ar. ij. Assumpto corpe ī forma hoīs. Aug. Facie rutilās: veste choruscans. Bern̄. sup missus est. ꝛ sanct⁹ Tho. Merito in forma hoīs. q2 debebat deū annūciare incarnandū ꝛ hoīes redimendū. Jō ꝛ oēs angelice appaōitōes in veteri testamēto ordinant̄ ad illā. q2 xp̄m in carne nasciturum ostenderūt. ad eā. s. solam. Franeisc⁹ maronis. Uirgo a iuuentute lr̄as didicit. ꝛ legebat illud Jsa. vij. Ecce vgo ꝯcipiet. cepit desiderare si fieri posset q̄ esset illi⁹ vginis ancilla. ꝛ occupauit se cū defectibꝫ humani generis. ꝛ demqꝫ dedit se in orōem: vt cito oīpotens pater vellet ondere ineffabilem miſicordiā suā hūano generi. ꝛ p filiū suuꝫ vnigenitū illud redimere. ꝛ p orōem venit in ꝯtemplationē. Sola ergo deo dedita flexis genibꝫ. eleuatis oculis. maxillis lacrimis ꝓfusis. vt impleret̄ illud Sap̄. xviij. Cum silentiū esset. s. dū virgini omnia creata silerent. velut in nocte in ea cuncta latēta sopita essent. Sic ergo sp̄ualiter deo vnita ingressus est angelus ostio clauso. Bern̄. vt mōstraret se angelū ꝛ ñ hoīeꝫ. ꝛ dic̄ Bern̄.

ꝙ hec apparitio angelica fuit nimis insolita. q₂ in forma hoīs cū ingenti lumine. Vñ dicit. Credendū est ꝙ maria multotiēs vidit angelos. ſ₃ nunꝗ̄ i tanta claritate. ¶ Nota ꝙ quondā angel⁹ maior erat hoīe in trib⁹ principaliter. Primo in dignitate. q₂ spūs. ps. ciij. Qui facis angelos tuos spūs ſ₃ hō terren⁹. Geñ. xviij. Quid loquar ad dñm cū sim puluis ⁊ cinis. Secūdo in familiaritate. Math. xviij. Angeli eoꝝ semꝑ vidēt faciē patris qui in celis est. Tercio ī gratie vbertate. q₂ angelus in splēdore. hō in obscuritate. i. Coꝛ. xiij. Videm⁹ nūc ꝑ speculū ⁊ in enigmate. Maria vero excessit angelos in his trib⁹. Primo in dignitate. q₂ electa mater dei ⁊ dña angeloꝝ. vñ canit eccl̄ia. Aue regina celoꝝ. Scđo in familiaritate. ꝓpter h̄ dixit ei angel⁹. dñs tecū. q. d. aliter ꝙ̄ mecū. Tercio ī grē vbertate. q₂ fontē grāꝝ generare meruit. Idcirco angelus h̄ ꝓcognoscens cū omī reuerētiali honore quo potuit ad eam ingressus est. ⁊ salutauit eam dicens. Aue gratia plena. Dic aue. ¶ Sup quo dicit Petr⁹ grec⁹. Cōtra vocē mulieris prime. q₂ erat causa oīs ve dixit aue. Prima Eua corruit ꝑ stulticia⁊. q₂ credidit serpēti ⁊ sic fuit seducta in ꝓuaricatione. S₃ maria instructa ꝑ sapiētiā prudentissime disserēs cū angelo. Scđo eua cecidit ꝑ supbiā. cū deitatem petijt. sed maria exaltata est ꝑ humilitatē dum ancilla esse voluit dicens Ecce ancilla dñi. Tercō eua ꝓuaricata est ꝑ inobedientiā transgrediens dei mandatū. sed maria ꝑfecta est ꝑ obediētiam ꝓbendo ꝯsensum. Quarto sicut Eua peccauit ꝑ fiduciā credens verbis serpentis. Jtā maria meruit nobis salutē credēs vbis angelicis. Quinto Eua ꝑ fructus ligni comestionē intulit mortē Eccli. xxv. A muliere initiū peccati ⁊ ꝑ illā omēs morimur. sed Maria attulit fructū vite. Joh. xi. Ego sū resurrectio ⁊ vita. Eua duxit nos de ꝑadiso in exiliū. Maria leuat nos de exilio i celum. per euā maledictio. ꝑ mariā oībꝰ nobis venit sal⁹ ⁊ benedictio. Idcirco verbū maledictionis vertit in verbū bñdictōis ⁊ initiū sue salutatōis Aue. Hic tangit secundum principale hui⁹ ſmonis. vbi dixi innuit salutatio virginee dignitatis. dicēdo aue grā plena. ¶ Vbi nota. solēt mlieres ī mūdo affectare principaliter quinꝗ̄. Primo pulcritudinē. secūdo diuitiaꝝ vbertatē. tercio sponsum laudabilē. quarto famā celebrem quinto prolē nobilē. Omia hec angel⁹ cōprehendit in salutatōne. Primo pulcritudinē. Vñ licet corꝑali pulcritudine notabiliter esset adornata. de illa tñ ipa paꝝ curauit. sciēs illud ꝓuerb. xxxi. Fallax grā ⁊ vana est pulcritudo. Pulcritudine vero spūali maxime fulgebat. Vñ pulcritudo corꝑalis mulierꝫ ꝯsistit in h̄ q̄ñ in se est pulcra Et sic beata virgo Canti. iiij. Tota pulcra es amica. Reuera pulcra pulcritudīe spūali Hoc tangēs angel⁹ dixit. Aue. i. sine ve. s. originalis ⁊ actualis peccati. q₂ scriptura illa locū in ea habere ꝓt que scribit Ezech. xxxi. Omē lignū paradisi nō est assimilatū ei Et pulcritudineꝫ ei⁹ mirat. Ans. Ea puritate nitebat ⁊c. Secunda pulcritudo ꝯsistit in cōpositione moꝝ. De qua Sap. iiij. O ꝙ̄ pulcra es casta generatō cū charitate. i. morum venustate. Istā pulcritudinē ipa excellenter habuit. Unde de ipa dicit Cañ. vij. Quā pulcri sunt gressus tui in calciamētis filia principis. Gressus sunt virtutes aīe. calciamenta gressuū sunt oꝑa virtutū. De pulcritudine morum eius dicit Ambrosi⁹ Nil in maria toruū in oculis. nichil in verbis ꝓcax. in actu nichil verecundū. non incessus solutioꝛ. nō vox petulantioꝛ. Hiero. Si Mariaꝫ dei matrē inspicias. nichil virtutis. nichil speciositatis: cādoris glorie qđ in eanō splenderet. Tercia est pulcritudo celestꝫ. de q̄ Isa. xxxij. Sedebit ppl's meus in pulcritudine pacis. Nūc possidet hanc pulcritudinē qua totū mundū illuminauit. Bern̄. Marie ꝓsentia tot⁹ illuminat orbis Et etiā supna ciuitas vginee lāpadis est illustrata fulgoribꝰ. ps. lxxxviij. Thron⁹ ei⁹ sicut sol in ꝯspectu meo ⁊c. Quarta est pulcritudo diuinitatis. Hiere. xxxi. Bñdicat tibi de⁹ pulcritudo pacis. Istā ipa habuit ⁊ hodie concepit. quapropter dicit ps. Concupiuit rex decorem tuum. Ambro. in li. de

virginitate. Quid nobili⁹ matre dei ꝛ splē
didi⁹ illa quā splēdor elegit. Tā splendida
est ꝙ Salomō in spiritu splendorē ei⁹ ad/
mirās dicit Can. vi. Que est ista q̄ pgredi
tur q̄si aurora pulcra vt luna. electa vt sol.
ecce pulcra. Sic nos si volum⁹ eā digne sa
lutare cū angelo videam⁹ primo de pulcri/
tudine spūali. qꝛ dicit̃ Ecci. xv. Nō est spe
ciosa laus ī ore peccatoris. alias dicere pos/
set nobis illud Isa. xxix. Hic pp̄ls labijs me
honorat. Hiere. iiij. Laua a malicia cor tuū
hierl̃m. Nā habes os pulcrū ꝛ cor falsū Se
cundo debem⁹ habere moralē pulcritudinē.
Math. v. Luceat lux vestra corā hominib⁹
Greg. ꝛ habet̃. xi. q. iij. inter cetera di. Int̃
cetera ꝯsciētia nobis necessaria est fama aūt
ꝓximis. Idcirco Ro. xij. Prouidētes bo/
na nō tantū corā deo sꝫ ꝛ corā omib⁹ hoib⁹.
Et tūc p ei⁹ merita dat̃ nobis claritas di/
uina ꝛ celestis. Secūdo optant mulieres
diuitiaꝝ vbertates. Ipa tñ nō curauit d di
uitijs tp̄alibus. sciens illud Ecci. viij. Mul
tos ꝑdidit auꝝ ꝛ argētū. Et vt dicit̃ ꝓuer.
xi. Nō ꝓsunt diuitie in die vltionis. Ideo
optauit diuitias gratie. ꝛ has attulit ange/
lus seu ipsam eas habere demōstrauit. in eo
ꝙ dixit gratia plena. Reuera plena. qꝛ dic̄
Hiero. in sermone de assumpcōe. Ceteris
sanctis ꝑ partes gratia dat̃. sꝫ marie se totā
plenitudo infudit gratie. Et sic verificat̃ in
ea illud Prouerb. vlti. Multe filie regum
ꝯgregauerunt diuitias tu sola supgressa es
vniuersas. Unde cū ceteri sancti habebant
in se aliquā mensurā. ipsa fontē gratiaꝝ ha
buit. i. xp̄m. De quo Bern̄. sup canti. Ori
go omniū fontiū ꝛ fluminū mater est omni
um virtutum ꝛ scientiaꝝ fons ihesus xp̄s.
Ipsa eñi est aqueduct⁹. Merito ei dicere
potuit angelus. gratia plena. Plena vtiq̃
non tantū plenitudine sufficiētie q̄ est oīm
sanctoꝝ. nec etiā abundātie. que fuit aploꝝ
sed vltra hoc habuit plenitudinē supefluē
tie. Ecci. xxiiij. In plenitudine sanctoꝝ de
tentio mea. Sic ergo oēs alios sctōs ī gra
tie vbertate excessit. Reuera excessit. qꝛ cuꝫ
ceteri determinatas mensuras gratiaꝝ ac/
ceperūt. ipa vniuersas mensuras simul ha/
buit. De quib⁹ mēsuris Luc̄. vi. vbi q̄drū/
plex mēsura notat̃. s. bona. ꝯferta. coagitata
ꝛ supefluēs. Mēsura bona est habere ea q̄
requirunt̃ ad sui sanctificatōēꝫ q̄ est in oīb⁹
sanctꝭ. Cōferta q̄ requirit̃ ad alioꝝ erudiciō
nē. ꝛ fuit in aplīs. Coagitata q̄ requirit̃ ad
sui ꝯfirmationē. q̄ fuit in Iohāne baptista q̄
fuit in vtero ꝯfirmatus. Supefluēs q̄ est
ad plenā diffusionē q̄ in xp̄o est. Ioh. i. De
plenitudine ei⁹ oēs accepimus. Istā tñ
mensurā matri cōmunicauit. qꝛ de plenitu/
dine sua nobis īfudit. Habuit ergo quadru
plicem plenitudinē. ita ꝙ scribit̃ de ea Ec
cli. xxiiij. In me omnis gratia vite veritatis
ꝛ virtutis. Transite ad me ꝛc̄. vite quo ad
gratiā sanctificantē. veritatis q̄ ad grāꝫ in/
struentē. ꝛ virtutis quo ad gratiā ꝯfirman
tem. transite ad me oēs. s. quo ad gratiaꝫ
effluentē Heb. iiij. Accedamus cū fiducia
ad thronū gratie ei⁹. Ignaci⁹. Impossibi/
le est aliquē o virgo saluari peccatoreꝫ nisi
per tuū auxiliū ꝛ fauorē. Hugo. Ardor grē
ardebat in corde vt mirabilia faciebat ī cor
pore exteri⁹ illa mēbra radiādo. Unū Hila/
rius sup Math. Ioseph sponsus virginis
ꝯsiderauit sacramentū ꝑ diuini luminis ra
dium. Ideo Bern̄. De plenitudine ei⁹ ac/
cipiunt vniuersi. captiuus redemptionem
eger curationē. peccator veniā. Idcirco ꝯsi/
dera ꝙ hodie possis ꝑticeps fieri ei⁹ gratie
Sꝫ possum ꝯqueri de aliquib⁹ illud Iob.
iiij. Nō habes in quo haurias. Bern̄. Ue/
hementia desiderij feruor deuotōnis ꝛ dile
ctionis ꝛ puritas orationis hauriūt fonteꝫ
misericordie ꝛ pietatis. Porta ergo ydriā
tuā hodie ꝛ munda eaꝫ. qꝛ vt dicit̃ Sap. i.
In maliuolā animā nō introibit spūs sapie
Tercio affectant mulieres sponsū lauda
bilem. Sic ipsa hodie sponso nobilissimo
fuit decorata. Hoc sentiens angelus dixit
dn̄s tecum. q. d. aliter q̄ꝫ mecum. Mecum
tāq̄ꝫ dn̄s cū seruo. ꝛ sicut creator cū sua cre
atura. tecū sicut filius cum sua matre. tecū
sicut aurora cum sole lucente. s. diem gratie
nunciando. tecum sicut flos cū virga floren
te. Isa. xi. Egredietur virga de radice Iesse ꝛ
flos de radice eius ascendet. Tecū sicut ros

cum regina palaciū ingrediēte. Figuratꝰ. ij. Reg. ij. mater Salomonis sedēs iuxta regem. cui rex. Pete a me quicquid vis. nō est phas vt denegē tibi. Tecū dñs. pater per potentiā. tecū filiꝰ p sapientiā. tecū spūs sanctus p clementiā. Idcirco peccator quouismodo peccasti recurre ad eā. Bern. Si es in angustijs pīculis aut in reb dubijs mariam inuoca. mariam cogita. nō recedat ab ore tuo. nō a corde vt impetres eiꝰ oratōis suffragiū Et merito. qz ut dicit Bern. Qz in te. p te. ⁊ de te pia manꝰ omnipotentis quicquid creauit recreauerat ⁊c. Quarto optant mulieres celebrē famā. Hanc ꝯsiderauit in ea angelꝰ. idcirco dixit ei in salutatione. Benedicta tu in mulierib. i. vltra oēs mulieres. O q̄ famosa fuit illa cuius fama de terris vsqz ad celos redoluit. Vñ dicere potuit illud Ruth. iij. Scit oīs populꝰ te esse mulierē virtutis. potius hoc dicere habuit maria. Et licet oīb virtutib abundaret. ⁊ in his famosa essz. tamē eius humilitas tantam famā ei non solum in terra sed ⁊ in celis fecerat. ꝙ etiā filium dei in vterū suū per humilitatē trahere meruit. hoc significatꝰ Luc. i. Respexit humilitatem ancille sue. Ecce enī ex hoc beatā me dicent omnes generatōes. Et b̄ Aug. in quodā sermone attestatꝰ vbi virginē gloriosā quasi admirādo alloquitꝰ dicēs. Obsecro virgo gloriosissima dic michi quid boni egisti. quantū p̄ciū obtulisti vt virtꝰ ⁊ sapiētia dei patris q̄ attingit a fine vsqz ad finē fortiter suauiter qz disponit omnia. totus vbiqz manens. et sine vlla sua mutabilitate in vterū tuū veniens. ita castum castellū tui ventris incoluerat: vt ingrediēs nō lederet. ⁊ egrediēs incolumē custodiret. Et respondēs in ꝑsona virginis dicit. Queris quid obtulerim vt mater domini mei efficerer. oblatio mea est virginitas ⁊ hūilitas mea. Nō respexit ornamēta mea neqz pulcritudinē corporis sed humilitatē mentis. Et hec ei intm̄ placuit vt vnigenitū filiū suum de me nasci voluit. Ecce q̄ famosa fuit non solū in humilitate sed ⁊ in castitate ⁊ in fecūditate vltra oēs mulieres. Ipa potuit abundāter dicere id qđ de Judith dicebatꝰ. vt scribitꝰ eiꝰdē. xv. c. Tu gloria hierusalē. tu leticia isrtꝰ tu honorificentia ꝑpli nostri. Reuera qz tu gloria ī hierusalē. i. dei. tu leticia in isrl. i. angeloꝝ qui vidēt faciē patris. tu honorificentia populi. i. generꝫ humani. qz tu fecisti humiliter ⁊ viriliter. s. ex eo ꝙ p tuā humilitatem deū ad terrā traxisti. Aug. Humilitas marie facta est scala celi. iō merito ei angelꝰ dicere potuit. Benedicta tu in mulieribus

Quinto optant mulieres nobilē prolem Et sic ipsa ꝟgo maria hodie dotata ē. Hoc sensit Elisabeth. ꝓpter qđ dixit ei. Benedictus fructꝰ ventris tui. O nobilis ⁊ generosus fructus ille fuit. qz dicitꝰ Sap. xviij. Ex regalib sedib venit. Rom. i. Ex semine Dauid ſm carnēz. O nimis generosus fructus. in celo habens patrem sine matre. in terra matrem sine patre. O generosus fructus. ipse solus natus ex virgineis visceribꝰ. matrē virginē habuit. vt impleretꝰ illud Isa. vij. Ecce ꝟgo ꝯcipiet ⁊ pariet ⁊c. Hodie lapis abscinditꝰ sine manib. Dan. ij. Hodie rubꝰ ardet ⁊ nō comburitꝰ. Exo. iij. Hodie vellus Gedeonis maduit. Judicū. vi. Hodie virga Aaron floruit. Numeri. xvij. Hodie virgo cepit vnicornū. Aug. Vere virginis nobilitas. parientis in virginitate. nascentis in diuinitate. qui ante luciferum genitus a patre. hodie cōceptus est a matre. Bern. O maria hodie facta es mater cuiꝰ deus est pater. filius paterne charitatis ⁊ corona tue castitatis. O q̄ benedictus fructus. Hodie plantatū est lignū in medio paradisi. Hodie in virgine ꝯceptus est p quē toto orbi salꝰ effluxit. Ansꝰ. Non est salus in mundo nisi quem pepit virgo. Bern. Hodie dñs operatꝰ est salutē ī medio terre. Idcirco nec cōuenit nobis hodie tacere quin plurimū ei gratias referre debemus a qua tāta salus nobis exorta est. Debemus ergo nos exemplo angeli virginem gloriosam deuotis mentib hodie celebrare ⁊ salutare. R Et hoc maxime quinqz ꝫ causis. Primo ꝓpter debitū. Salutatio enī p̄cipue debetꝰ amicis ⁊ benefactorib. et sic ex debito tenemur eaꝫ salutare. qz multa

bñficia dilectõis ⁊ signa nobis exhibuit et hodie exhibet nobis in salutẽ. Magnos enĩ labores habuit filiũ nutriẽdo. in egiptũ fugiẽdo. paupertatẽ sustinẽdo. ⁊ vsq3 ad patibulum ipm sequẽdo. Joh. xix. Stabat iuxta crucem mater ihesu. stabat vt si forte passio xp̄i sufficiẽs nõ fuisset ipa parata ad patiendu3 p nobis fuisset. Sic ab eo tpe q̄ mater dei facta est vsq3 ad nouissimũ diẽ nõ cessat petere p nobis. Bern. Suppliciter ⁊ efficacitee salutis nostre negocia ptractat tanq3 mater misericordie. mater exulis. mater peccatorũ. ⁊ mater indicas. In ipsa locu3 habet illud Ro. vlti. Salutate mariã q̄ multũ laborauit in vobis. i. in oĩm vestr̄ salutẽ. Secundo debem⁹ eã salutare pp̄ter ei⁹ bñplacitũ. Et maxime cum illa salutatõne qua mariã salutauit angel⁹ celestis nunci⁹. ⁊ detulit tanq3 ep̄lam in q̄ recolit̄ exordiũ nostre redemptionis. redemptio captiuorũ. victoria hostium. Hodie potuit angel⁹ dicere illud psal. Immisit in os meũ canticũ nouũ. nouu3 ⁊ multũ suaue. tã suaue q̄ eã mouit in spiritu exultare Luc. i. Magnificat anima mea dñm. S Nõ est salutatio aliqua magis sibi placita q̄3 illa. sicut legit̄ exẽplũ de quadã sancta moniali sanctitate famosissima ⁊ beate virgini specialiter deuota. Hec cuidã viro religioso ⁊ virgini marie similr̄ deuoto sub psona alteri⁹ de se manifestauit dicens. Scitote mi dñe q̄ fuit quedã genitricis dei dilectrix i tali monasterio q̄ sicẽ ⁊ tu valde virginẽ gloriosam dilexit. cui p certo tale nup scias accidisse Quadã nocte cũ i lecto quiesceret vidit ante se mariã stare dicentẽ. dormis ne filia: Cui illa r̄ndit. Non dormio dña charissima. s3 scire desidero cur ad me peccatricẽ venisti. Cui virgo gloriosa. Ne timeas piam matrẽ filia cui deuota reddis seruitia. sed moneo te vt magis pseueres. salutationẽ angelicã sicut incepisti diligenter ptinuando. scias enĩ q̄ maximũ gaudiũ ex eadẽ salutatõne habeo. qd̄ nullus hominũ sufficiẽs est explicare sermone. Na3 cũ dicis dñs tecũ. videt̄ michi q̄ in me sitr̄ sit filius meus sicut in me fuit cum p peccatoribus nasci dignatus fuit. Et sicut tũc mi

chi ineffabile gaudiũ fuit. sic nunc cum easdem verba explicas. Ex hoc ergo patet q̄ multum sibi placet. Tercio debem⁹ eam salutare propter salutationis fructũ. Unde sicut hec salutatio virgini Marie sũme placet. sic ipsam ei dicentibus valde remunerat. sicut patet in pluribo exẽplis. Quarto debem⁹ eã salutare propter cauere ingratitudinis vicium. summa enĩ ingratitudo ẽ multa bona suscipere ⁊ nõ cognoscere et regratiari. Modo dicit Bern. in sermone de natiuitate virginis. Altius intuemini quanto deuotionis affectu eam domin⁹ voluit a nobis honorari qui totius boni plenitudinem posuit in maria. vt si quid spei in nobis si quid grẽ. si quid salutĩ ex ea nouimus redundare. nichil habere nos voluit qd̄ p manꝰ marie man⁹ non transierit. Quinto pp̄ter dyaboli suppliciũ. q2 ipe inuid⁹ tuebat̄ cum vidit ⁊ audit p quid hõ salutẽ est consecutus quam ipe amisit. Unde Eccĩ. xxij. Musica in luctu importuna est narratio. ⁊ sic cũ dyabolo Sic dicit Bern. Celũ ridet. angelus gaudet. mund⁹ exultat. infern⁹ ptremiscit. demones fugiunt cũ dico Aue maria. Non solum dyabolo displicet illa vocalis oratio. sed singula verba que in ea ptinent̄. Displicet sibi Aue cum sit sibi in eternũ ve Et ve eternu3 pcurauit ⁊ hominem salute priuauit qd̄ maria recuperauit. displicet sibi maria. q2 de ea dictũ est Geñ. iij. Ipa cõteret caput tuũ. Idcirco h̄ nomẽ valde exosum habet. Displicet sibi cũ audit grã plena. q2 ipe mulierẽ ⁊ p mulierẽ vir̄ a gratia euacuauit. Displicet sibi dñs tecũ. dolens valde q̄ hãc societatẽ diuinã ipa habet a q̄ ipe ignominiose ẽ detrusus. Displicet sibi bñdicta tu i mlr̄ibo. qm̄ ipe p mulierẽ maledictõe3 dei pcurauit. Displicet sibi vltra modũ. ⁊ bñdict⁹ fruct⁹ ventrĩ tui. q2 ipe p suã suggestionẽ fructũ. i. mlr̄ẽ maledictionẽ pene ⁊ culpe ĩtulit. Idcirco ex debito tenemur marie placere. Uideamus g̃ deinde quẽ nobis fructũ venire pspiem⁹ cũ ingratitudinis viciũ euitare volum⁹ ⁊ dyabolo suppliciũ iferre conamur. tũc v̄ginẽ gl̃osã humiliter ⁊ deuote salutare debemus. imo

quicūq; es ipam salutare nō cesses. q2 si im mund⁹ es. ergo ad mundā ꝛ sanctā dicas Aue. i. sine omni ve culpe ꝛ pene. si tenebrosus es dicas maria. i. illuminata. si peccator es ꝛ grā cares dic grā plena. Si omni bono vacu⁹ es dicas dñs tecū. si pene obligatus es debes accedere ad benedictā ꝑpter qḋ dicas ei. benedicta tu in mulierib⁹. q. d. erue me de maledictōib⁹. Si famelic⁹ es dicas benedict⁹ fruct⁹ ventris tui. Ipse eñi est fructus ille in cui⁹ ꝯspectu est vera ꝛ eterna saturietas. de qua ps̄. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Hiero. Si virgo es lauda eam. quia meruisti habere quā laudas. Si continens es lauda. q2 hoc non aliunde habes q̄3 ex gratia christi que fuit in ea. Si coniugata aut peccatrix: imo cuiuscūq; ꝯditōnis vel sex⁹ es lauda eā. q2 ex ea fluxit gratia ꝛ misericordia. Exultem⁹ ergo oēs ꝛ singuli et excitemur voce pia ꝛ mente sincera ꝛ deuota: exemplo angeli laudantes. q̄ ingressus dixit. Aue grā plena dñs tecū ꝛc̄. Et sic ꝑ ei⁹ intercessionē obtinebim⁹ gratiā omnipotētis dei in hoc seculo ꝛ in futuro efficiemur ꝑticipes eterne glorie. Ad quā me vosq; ꝑducat q̄ hodie in virgine ꝯceptus eternaliter viuit ꝛ regnat Amen.

De sancto Georgio.

Sermo LXXII.

Sine me nichil potestis facere. Iob. xv. Et legit̄ hodierna die ad honorem sancti Georgij ꝑ euangelicali officio. Dicit phs. ij. de aīa. q̄ oculi hoīs nō possunt cognoscere colorē sine lumine. Nā ad ꝑfectā visionē requirit̄ q̄ mediū sit illuminatū. L. Spūaliter. Sic naturalis intellect⁹ nō p̄t habere meritoriā cognitōez ꝛ opatōez sine lumine grē. De q̄ Rich. de ꝯtēplatōe. li. iij. c. viij. dicit. Sine grā nō sufficim⁹ ad cognitōez veritat; nec ad amorē virtut; Et figurat̄ Act. xij. Petr⁹ in carcere existens nesciuit q̄ circa eū agebant̄. Sed postq̄3 angelus eū illuminauit ꝛ eduxit tūc cognouit ꝛ dixit. Nūc scio vere q2 misit de⁹ angelū suū ꝛ eripuit me. Spūaliter. sic homo i carcere peccati existens sine illuminatōne grē nō p̄t quicq̄3 meritorie opari nec cognoscere. De quo Chris̄. Sicut terra nō germinat sine pluuia. sic nec homo sine dei grā. Ideo Greg. ix. moral̄. Spūssancti grā mēti terrene infundit̄ vt ad intellectū sui ꝯditoris erigatur. Dicit nāq; apls. ij. Cor. iij. Nō sumus sufficiētes cogitare aliq̄d a nobis tanq̄3 ex nobis. Si eñi non possum⁹ bonū cogitare. multo min⁹ opari. Propter qḋ dicit ps̄. xciij. Si dicebā mot⁹ est pes me⁹ misericordia tua adiuuabat me. et Isaie. xxvi. Oīa opa nostra opatus es dñe. ꝛ apls. i. ad Cor. xv. Gratia dei sum id qḋ sum De q̄ thema. Sine me ꝛc̄. In sūma euāgelij duo innuunt̄. Primo hortat̄ nos ad fructificandū. secūdo ad in se manendū. Primū patz in principio. secundū ibi. manete i me De primo dicit. In illo tp̄e. s. post cenā dixit ihesus discipulis suis. Ego sum vit; vera. Simō de cassia. Dñs loquit̄ ꝑ similitudinē vt trahat ad veritatē. Ul. Nā xp̄s similitudinarie viti compat̄ multis ō causis. Primo sicut vit; est arbor pua ꝛ despecta sic xp̄s modic⁹ in hūilitate. q2 exinaniuit semetip̄m. Phil. ij. Et despect⁹ in deformitate. de q̄ Isa. liij. Uidim⁹ eū nō habentē speciē neq; decorē. Putauim⁹ eū tanq̄3 leprosum ꝑcussum a deo ꝛ humiliatū. Scd̄o vitis est tortuosa. i. crepfich vel knorricht. Et sic xp̄s liuid⁹ in cruce nō lenis. vt impleat̄ illud Isa. i. A plāta pedis vsq; ad verticē nō est in eo sanitas. Tercio vit; est arbor humida. nā cū scindit̄ manat liquor. Sic ō xp̄o triplex liq̄r emanauit cū scissus in cruce fuit. s. sanguis. aq̄. ꝛ lacrime. sanguis ad redemptōez. aq̄ ad ablutōez. lacrime in iustificationē. Nā si lacrime marie magdalene iustificabāt eā: multo mag; lacrime xp̄i. De q̄b⁹ Heb. v. Orabat cū lacrimis ꝛ exauditus ē ꝑ sua reuerētia. Quarto vitis excedit oīa ligna in dulcedine fruct⁹. Et sic xp̄s oēs sanctos. Vn̄ Cant. ij. Fruct⁹ ei⁹ dulcis gutturi meo. De q̄ fructu dicit Orige. O dñe tolle desideriū meū vt attingā dulcem fructū tuū. Quinto flores vitis bonum dant odorē. ꝛ sic xp̄i exemplū. Eccli.

xxiiij. Ego q̄si vitis fructificaui suauitatē
odoris. i. exēpla bona. Vn̄ Canti. x. Curre
mus in odore vnguentoꝝ tuoꝝ. Hec vitis
figurat Gen̄. xl. Uidebat vitē habentē ꝓpa
gines tres. i. xp̄m habentē tres substātias.
diuinitatē aīaꝫ ⁊ corp⁹. Hāc vitē planta
re debem⁹ in aīaꝫ cordis nostri. De q̄ hiere.
xxxi. Erit aīa eoꝝ q̄si ortus irriguus. Id
circo inuoca hāc vitē dicēdo illud Canti.
v. Ueniet dilect⁹ me⁹ in ortū suū. ¶ Hec
vitis ꝓtulit nobis triplex vinū. s. vinū cō
punctōis. dilectōis. ⁊ sanguinis effusiōis.
¶ Prio vinū cōpunctōis. Vn̄ ps. lix. Po
tasti nos vino cōpunctōis. Vn̄ verā cōpun
ctionē hō a se nō pt hr̄e sꝫ a deo. Vn̄ hiere.
xxi. Postq̄ ꝯuertisti me egi penitentiā. Et
Tren̄. vlti. Cōuerte nos dn̄e ad te ⁊ ꝯuer
temur. Hoc vinū lacrimaꝝ letificat angelo
rū collegiū. de q̄ Bern̄. Lacrime penitētiū
sūt vinū angeloꝝ. ¶ Scōm est vinū dilecti
onis. ps. ciij. Et vinū letificet cor hōis. id ē
charitas. Hoc vinū charitatis figuratū est
Gen̄. ix. Noe bibit de vino ⁊ inebriat⁹ est
⁊ denudat⁹. Sic xp̄s bibit de vino charita
tis i cruce. Et inebriat⁹ charitate denudat⁹
est a cham. i. a militib⁹ pilati. ⁊ obdormiuit
i cruce. Ad h̄ vinū hortamur ꝓuer. ix. Ue
nite bibite vinū qd̄ miscui vob. s. vinū cha
ritatꝫ. Hoc dat nobis mixtū. q2 ita pure nō
possum⁹ eū diligere sicut ipe nos dilexit. q2
maiorē charitatē nēo hꝫ ⁊c. Joh. xv. De
h̄ vino bibit apl's Paul⁹: ⁊ ita erat inebri
atus ꝙ dixit ad Ro. viij. Scio ⁊ cert⁹ suꝫ
ꝙ neq̄ mors neq̄ vita neq̄ gladi⁹ neq̄ fa
mes poterit me separe a charitate xp̄i. De
h̄ vino bibit beat⁹ Georgi⁹. ¶ Tercio hec
vitis ꝓtulit nobis vinū rubeū sanguinis ef
fusionis. Joh. vi. Sāguis me⁹ vē est pot⁹
Hoc vinū exp̄ssuꝫ est de torculari crucis ⁊
cōsolat tristes. ꝓuer. vlti. Date vinū his q̄
amaro sūt corde. dicit notāter. ego sū vitis
vera. Aug. vt discernat se a vite corrumpi
ta ꝑplo iudeoꝝ. Vn̄ Hiere. ij. Quō ꝯuer
sa es in amaritudinē vitis aliena. Reuera
amara. Vn̄ Deut. xxxij. Uua coꝝ vua fel
lis botr⁹ amarissim⁹. fel draconū vinū coꝝ
⁊c. Quis ꝓpinauerūt xp̄o fel ⁊ acetum tpe
passiōis. Hec vitis circūcisa est octauo die
Et subdit. Pater me⁹ agricola ē. Ex q̄ ha
bet ꝙ xp̄s s̄m humanitatē est vitꝫ. q2 caput
eccl'ie. ⁊ nō s̄m diuinitatē. q2 sic pater etiā
esset vitꝫ ex eo ꝙ s̄m diuinitatē vnū sūt. Et
pater dr̄ agricola. q2 plātauit ⁊ rigauit grē
plenitudinē in vite. i. in xp̄o hōie. Vn̄ ps. i.
Erit tanq̄ lignū qd̄ plātatū ē sec⁹ decursus
aq̄ꝝ qd̄ nō pt arescere Et sic xp̄s in nl'lo de
ficere. q2 de plenitudine ei⁹ oēs accepimus
grāꝫ. Et subdit. omnē palmitē in me nō fe
rentē fructū tollet eū. i. omnē fidelē nō faci
entē opa bona sepabit a xp̄o vite Ex q̄ patꝫ
ꝙ nō solū q̄ mala agūt: sꝫ etiā q̄ bona facere
negligūt sepant a xp̄o. Figurat Lu. xiij. ꝙ
xp̄s abscidi fecit ficū sterilē. Et sic infructu
osi fideles. Vn̄ Mat. xiij. Sepabit malos
de medio iustoꝝ ⁊ mittet eos in caminū ig
nis. Et iste loc⁹ infernalis cōpetit eis. s. mū
dus q̄ est loc⁹ laboris. Job. v. Nascit hō ad
laborem. Nō celū. q2 ibi dat merces labo
rantib⁹. Math. xx. Uoca oparios ⁊ redde
illis mercedē. Nec cōpetit eis esse i purga
torio. q2 in h̄ mūdo nō laborauerūt. Unde
ps. lxxij. In labore hoim nō sūt. ⁊ cū hoib⁹
nō flagellabunt. s. in purgatorio. Nec cōpe
tit eis terrestrꝫ ꝑadisus. q2 posuit de⁹ hoīeꝫ
in ꝑadisū voluptatꝫ vt opare. Cōcludit er
go ꝙ loc⁹ coꝝ erit in infimo. i. in inferno. q2
ille loc⁹ nō est ad opandū sꝫ ad puniendum
Eccl's. ix. Quodcūq̄ pt man⁹ tua opari in
stanter fac. q2 nec ratio nec sciētia nec opus
est apud inferos. Jō hortatur nos apl's ad
Col. i. Fructificātes in omni ope bono. ¶ Ter
tiū sciendū ꝙ tria sunt q̄ fructū impedi
unt boni opis: q̄ sunt figurata ꝑ tria q̄ deso
labant fruct⁹ in egipto. s. locusta. brucus. ⁊
erugo. ¶ Primū fuit locusta. de quo Exo.
x. Mane facto ventus surgens leuauit lo
custas. ⁊ ascenderūt super vniuersam terrā
⁊ deuorata est oīs herba terre i egipto Spi
ritualiter. ꝑ locustaꝫ intelligit supbia. quia
locusta saltando vadit. ⁊ sic superbus se ele
uat. Unde psal. lxxiij. Superbia eoꝝ qui
te oderunt ascendit semper. et destruit fru
ctum bonorum operū. de quo Grego. Per
it omne qd̄ agit nisi in hūilitate custodiat

Nā suꝑbia in ꝯsciētia habet se sicut negatio in logica. quidqd post se inuenit ħ totū destruit ⁊ oppositū ei⁹ inducit. Et sic de superbia. Ideo Judith. ix. Supbi nō placuerunt tibi ab initio. Ideo Bern. sup canti. sermone. iiij. Nolite cōparari maioribꝫ. nolite minoribꝫ. nolite alicui nec vni. sed dico ꝙ nulli. Sꝫ tene dictū saluatoris Lu. xvij Cū feceritꝫ oīa que ꝑcepta sunt vobis dicite inutiles serui sum⁹ fecim⁹ qđ debuim⁹ et nil amplius. Nā tales locustas. i. superbos tollet de ꝯsortio sanctoꝝ. ps. c. Nō habitabit in medio dom⁹ mee qui facit superbiam

Secundū qđ ꝯsumpsit terre fruct⁹ īegipto fuit brucus. Vñ ps. ciiij. Venit locusta ⁊ brucus cui⁹ nō erat numer⁹. ħ Per brucū intelligit᷑ luxuria. q̄ꝛ brucus nutritur in fimo ⁊ in immūdicia. Et sic luxuria impedit fructū boni opis. de q̄ Greg. Luxuria cū semel mentē possederit vix bona cogitare ꝑmittit. Jō apl's Ro. viij. Qui ī carne sunt deo placere nequeūt. nā de⁹ spirit⁹ est. Et dicit Hiero. Sicut ignis ⁊ aq̄ simul stare nō possunt. sic corꝑales ⁊ spūales delicie Ideo apl's. i. Coꝝ. vi. Fugite fornicationē Nā ḿm Chris. ꝑ vsum fornicatōis efficit᷑ hō aīalibꝫ similis. Et aīalis hō nō ꝑcipit ea q̄ spūs dei sunt. Sic nec luxuriosus. Ideo Aug. ꝯ ꝯflictu vicioꝝ ⁊ virtutū. O q̄ꝫ parua est ꝯcubitus hora ꝑ quā ꝑdit᷑ vita eterna. q̄ꝛ vt dicit Bern. Qui carnalibꝫ delicijs pascit᷑ eternis indign⁹ habet᷑. Ideo Johā. in Apoc. c. vlti. excludit tales a regno celorū dicens. Fures canes venefici ⁊ impudici. Nā nil coinquinatū intrabit. Apoc. xxi.

Terciū qđ deuorauit fruct⁹ terre egipti fuit erugo. de quo ps. lxxvij. Dedit erugini fructus eoꝝ. ℭ Spūaliter. ꝑ eruginē intelligit᷑ auaricia. q̄ꝛ cadit succinctum in splendore solis. Sic auaricia accrescit in ꝓsperitate. nunc optans hoc nūc illud. ꝯ quo phs in. iij. ethicoꝝ. Appetitus diuitiaꝝ crescit in infinitum. Et talis erugo. i. auaricia oēs fructus aīe destruit. Vñ Ecc̄i. x. Nichil iniqui⁹ q̄ꝫ amare pecuniā. Nā auarus animā suā venalē habet. Ideo Luc. xij. Cauete ab oī auaricia. Math. xvi. Quā commutationē dabit hō ꝓ anima sua. q. d. nullam. Nā ꝓpter illa terrena hō ꝑdit celestia. iuxta illud Greg. Nō possunt sperare ī celis qui maiorē spem ⁊ amorē ponūt in terrenis Ideo hortamur ꝑ psal. ps. lxi. Diuitie si affluāt nolite cor apponere. Ratō Eccl'iastici. viij. Multos ꝑdidit auꝝ ⁊ argentum. Ideo Aug. O damnosa lucra: accipis pecuniā perdis animā Hec tria sunt q̄ fructū bonoꝝ opeꝝ destruūt. de quibꝫ Isid. de summo bono dicit. Luxuriosis supbis ⁊ auaris demones plus fautores existunt. ħ At tamē posito ꝙ nec sis superbꝫ luxuriosus nec auarus. tñ nō sufficit ad vitā eternā nisi in bono te exerceas. q̄ꝛ dicit Aug. in li. de vita xp̄iana. Non solū a xp̄iano querit᷑ vt malo careat: sꝫ etiā vt in bono se exerceat. Nā si nichil mali fecerit aut boni. tñ ad eterne vite ꝑmium nō admittit᷑: sꝫ gehēne ignibꝫ mancipat᷑. vt habet᷑ Math. xxv. de seruo inutili habente vnū talentū ⁊ nō negociāte fuit dictū. Seruū inutilē ꝓijcite in tenebras exteriores. q̄ꝛ dicit Greg. Nō satis est malum nō agere nisi quisq̄ꝫ discat bonis opibꝫ insudare. Sꝫ quomodo habet se agricola circa bonos palmites. subdit. Et omnē palmitē q̄ fert fructū purgabit eū vt fructū pl⁹ afferat Sicut in vite materiali aliqui palmites abscindunt᷑ ne humor nimis dispgatur Et sic virt⁹ vnita fortior est ⁊ magis fructificat. Sic fideles purgant᷑ ꝑ tribulatōes vt iocūditas ꝑsentis vite ab eis abscindat᷑. Greg. Deus electis iter aspeꝝ ꝑbet in via vt ñ obliuiscant᷑ eorum que sunt in patria. Bern. Qđ flagellum grano. fornax auro. lima ferro. hoc facit tribulatio iusti. Et sic corda eorum retrahunt᷑ ab amore mūdi ⁊ faciūt maiorē fructū bonorū operū. psal. xxxiij. de tali purgatione. Multe tribulatōnes iustorum Apoc. vlti. Qui iustus est iustificet᷑ adhuc Aug⁹. in ome. Quis est in hac vita ita mūdus vt nō fiat magis mund⁹. Subdit quomodo palmites mundant᷑ ꝑ sermones eius dicens. Jam vos mundi estis ꝓpter sermonem meū quē locut⁹ sum vobis. ℭ Ubi nota ꝙ verbum christi mundat. Primo domum a sordibus peccatorum. sicut aqua

mundat vas. medicina corpus. Uas enim cui frequēter aqua infundiť licet nō retineat. est tñ mundi⁹ q̄ȝ si nō infundereť. sic ille q̄ frequēter audit verbū dei mūdior erit q̄ȝ ille q̄ nō audit. Exemplū in vitaspatꝝ legiť ꝙ cuidā patri monacho dixit vn⁹ ꝙ verbū dei sibi nichil ꝓdesset. qꝛ statī obliuisceret̃ Hoc audiens pater tradidit illi cophinū .i. kopff fumo denigratū dicēs ei vt cū plenum aqua afferret. cū facere nō possꝫ ecciđit tristis. Cui ait pater. Et si aquā nō attulisti tñ colatū hunc mundasti. Sic aliqui circa verbū dei audiendū sunt ita negligētes ꝙ possunt assimilari cribro. qđ cū in aqua poniť statim impleť. sꝫ cū extrahiť nil remanꝫ Sic multi sunt qui cū dei audiūt verbū pleni sunt aqua cōpunctionis ⁊ deuotōis. sed cuꝫ recesserint vacui remanent. Eccli. xxi. Cor fatui q̄si vasculū fractū. omnē sapiētiā nō retinet. Greg. Quid facit vent⁹ igni. h' verbū dei audienti. qꝛ cuꝫ inflāmat. ⁊ facit per ventū igne accendit. ⁊ sic verbū dei cor audientis. Hiere. xxiij. Nōne verba mea quasi ignis ardens Luc. vlti. Nōne cor nostrum ardens erat. ps. cxviij. Ignitū eloquium tuū vehemēter. Secūdo verbuꝫ dei mundat ab errorib⁹ tenebrarꝫ. ps. xviij Lex dñi immaculata conuertens animas. Et idē. ps. cxviij. Lucerna pedib⁹ meis verbum tuū: ⁊ lumen semitis meis. Naꝫ sicut lumen est formarū ⁊ figurarꝫ manifestatiuū sic verbum dei manifestat nobis formas viciorū ⁊ virtutū. Unñ apls ad Eph. v. Oia que aguntˀ a lumine manifestanť. Dixi secundo hortať nos ad l se manendū. ibi. manete in me ⁊ ego in vobis. Et subiūgit i textu dicens. Sicut palmes nō potest ferre fructū a seipso nisi manserit in vite. sic nec vos nisi in me manseritis. Nā palmes cū separať a vite perdit humorē stipitis ⁊ eius pinguedinē. sic hō separatus a xp̄o perdit dei gratiā. ⁊ subdit. Ego suꝫ vitis ⁊ vos palmites. Aug. Sicut vnius nature sunt vitis et palmes. sic xp̄s ƒm humanitatē nobiscum. Unde ps. lxxix. Extēdit palmites suas vsq̄ȝ ad mare. Tunc ostendit ꝙ mānsio xp̄i sit necessaria homini vt fructificet. dicēs. Qui manet in me ⁊ ego in eo hic fert fructū multū. ¶ Nota manere in xp̄o debemus tripliciter. Primo ꝑ fidei integritatē. secundo per spei securitatē. tercio ꝑ charitatis puritatē. ¶ Primo manere debem⁹ in xp̄o ꝑ fidei integritatē. i. Joh. iiij. Si quis ꝯfess⁹ fuerit ꝙ xp̄s est filius dei in deo manet. Et hoc ꝑ fidē: qua carent iudei ⁊ pagani. quia raro est heresis quin aliquē articulum fidei credat. Athanasi⁹ Hec ē fides catholica ⁊c. Hanc fidem bene habem⁹ si ipsam opere implemus. quia fides sine operib⁹ mortua est Jacobi. ij. Si estis in fide vos ꝓbate. ij. ad Cor. vlti. s. per opa. quia aliqui confitentur se nosse deum ore: factis aūt negant. ad Titum. i. Unde Hiero. Quotiēscunq̄ȝ quis mortaliter peccat totiens deū negat. Talibus enī diciť. Eccli. xxix. Confirma verbū ⁊ fideliter age cū illo ⁊ in omī tempore inuenies qđ tibi necessariū est. De hac fide dicit Greg. Liquet quia fides illarū rerū argumentū est que apparere non possunt. que enī apparent fidem nō habent sed argumentum. ¶ Secūdo per spei securitatē. Unde Judith. viij. Nos aliū deum nescimus preter te deum in quo speramus. Hec est que non confunditur. Apostol⁹ ad Rom. v. Et hoc propter sui securitatē. Glosa. Confunditur qui qđ sperat non inuenit. Sic sperauit Golias in fortitudine sua. ideo cōfusus est. quia in funda deiectus. Sic ⁊ Lucifer sperauit in sapientia ⁊ in fortitudine ⁊ pulcritudine sua ⁊ confusus est. quia proiectus est ad profundū laci. Aug. Putabant se esse excelsos cum siderib⁹ ⁊ fulgidos: et ecce ruerunt in terrā. vnde perierūt ⁊ difformes facti sunt. Sic diues ille qui spem posuit in diuitijs: in horreis ampliatis ⁊ annis pluribus: ꝯfusus est. qꝛ more diuitijs ⁊ vita priuatus est Aug. Quid in reb⁹ humanis certius morte. qđ hora mortis incerti⁹ inueniť nō misereť inopi. nō vereť diuitijs. iuuenibus nō ꝑcit. nō deniq̄ȝ ipsa ꝑcit etati nisi ꝙ senib⁹ est ī annis: iuuenib⁹ ī insidijs. Sꝫ ps. xxi. dicit. Dñe in te sperauerūt pr̄es nostri. ⁊ nō sunt ꝯfusi. ¶ Tercio in deo debemus manere ꝑ charitatis puritatē. i. Johā. iiij.

Deus charitas est et qui manet in charita
te ꝛc. O nobilis charitas. quā qui habet de
um habet. De hac Aug⁹. Et eius affectibꝫ
fac me cognoscere ꝑ amorē. sequit̄. quia per
cognitiōem fame amoris languet aīa mea.
refocilla eam. satiat eā dilectio tua. imple
at eam amor tuus. Hic amor purus esse de
bet. ut scꝫ deus amet̄ ꝓpter se. nō ꝓpter tē
poralia vel spiritualia. Qui autē aliter ama
uerit audiat qd̄ dicit Aug. Ve anime te de
um nō querēti. te nō amanti. que si te nō di
ligit peccat⁊ seruit. nunq̄ȝ quieta: nunq̄ȝ se
cura. nil queso sine te dulcescat mihi. nil pla
ceat ꝑciosum. vilescat omne ꝑter te. qd̄ tibi
est aduersum mihi sit molestū. tedet gaude
re sine te. delectat gaudere: flere tecū. contri
stari ꝓpter te. sit nomē tuū mihi refocillatio
memoria: cōsolatio. si peccata mea ꝓhiberꝫ
si delicta mea excludat. tamē natura cōmu
nis nō repellit. Multa enim sunt mouentia
ad dilectiōnem dei. sicut eius bn̄ficia spiritu
alia: corꝑalia: tēporalia. Aug. Celum ⁊ ter
ra ⁊ omnia que in eis sunt dicūt mihi vt a
mem te deus meus. Sed ista sunt tanq̄ȝ in
citamenta ad purū amorē. Unde Ber. su
per Canti. Causa diligendi deus est. Tul
lius. Eos tanq̄ȝ pecora diligim⁹ quos non
ꝓpter se sed ꝓpter vsum diligimus. Talis
amor est carnis. q2 eos ꝓpter carnē diligūt
Nota sup isto ꝟbo. hic fert fructū multū
Non sufficit pluralitas fructuū nisi etiā as
sit bonitas. G Ideo sciendū. ad boni
tatem fructus requirunt̄ multe cōditiōnes
Primū est maturitas. nam fructus dꝫ esse
tēpestiuus: ꝛcyug. et sic fructus boni oꝑis
debet fieri tpe cōgruo. Eccli. iiij. Fili obser
ua tēpus. Et aplūs ad Gala. vi. Dum tē
pus habemus operemur bonū. et hoc est pre
sens tēpus. Unde. ij. ad Chorin. vi. Ecce
nunc tpus acceptabile. Non enī spectandū
est ad tēpus senectutis. Bern. Infelix hō
qui offert florē iuuentutis diabolo ⁊ fecem
senectutis deo. Dic igit̄ cum ꝑs. lviij. For
titudinē meam a te custodiā. Sed heu de
multis cōqueritur Hiere. viij. ca. Miluꝰ in
celo cognouit tēpus suū. hyrundo et cico
nia custodierūt aduentū tēporis sui. popu
lus autem meus nō cognouit iudiciū dn̄i.
Secūdo requirit̄ integritas. scꝫ intus et
extra. nō interius putridus exteri⁹ pulcer
vt hypocrite qui sunt ut sepulcra dealbata.
Math. xxiij. De quibus. ij. ad Thimoth.
iij. Speciē pietatis habētes: pietatē abne
gantes. Habet̄ nanq̄ȝ in canōe. lxxxiij. di.
nihil. Nihil in ecclesia sancta amplius no
cet. nomen sanctitatis habens ⁊ ꝑuersle a
gens. Terciū est odoris suauitas. Eccl.
xxiiij. Ego quasi vitis fructificaui suauita
tem odoris. id ē bone fame. Licet enī ꝓpter
se sufficiat puritas cōscientie. tamē ad pro
ximū requiritur odor bone fame. quia dicit
Aug⁹. Cōscientia est nobis necessaria: fa
ma ꝓximis. xij. q. i. ca. Nolo. Qui cōfidit
cōscientie et negligit famā crudelis est. ad
Roma. xij. Prouidētes bona nō tantū co
ram deo. sed etiā corā oīb̄us hominibus
Ideo dicit̄ Apocal'. vltimo. Qui sanct⁹ est
sanctificet̄ adhuc. qui est interius exercet
exterius. Quartū est saporis bonitas. id
est dulcedo in animo. ad Hebre. xij. Cōtē
plantes ne radix amaritudinis sursum ger
minās impediat. vt aliqui i seip̄is sunt ama
ri alios turbātes. Cōtra quos apl's Ephe.
iiij. Omnis amaritudo ⁊ indignatio tollat̄
a vobis. Quintū est vtilitas vt nō sit oci
osa. Ezech. xxvij. Et erunt fructus eius in
cibum. ⁊ folia eius in medicinā. i. Thimo.
iiij. Exemplar esto fideliū in omni cōuersati
one. Seneca. Sermo tuus nō sit inanis.
Math. v. Sic luceat lux vr̄a coram homi
nibus ꝛc. Sextum est durabilitas. ⁊ sic
nos. Luce. i. In sanctitate et iusticia serui
amus dn̄o. Chris. Tolle ꝑseuerantiā nul
lum obsequiū habet mercedē. Sed timeo
aliqui sunt mittētes manū ad aratrū sancti
tatis incipientes colere viam dn̄i ⁊ respi
ciunt retro. ⁊ sic putrescunt in futuro. Exē
plum. quedā anima apparuit vni sancto vi
ro qui hic a deo obtinuit ut ei appareret. in
terrogauit sanctū virū dicens. viuit ne ali
quis in mūdo. At ille. cur interrogas. Re
spondit. Tantā vidi multitudinē descēden
tem in infernū vt aliquē in mundo esse du
bitaui. Gre. Incassum bonū agitur si ante

vite terminū deserat̄ Ideo Mat. x. r. xxiiij. Qui pseuerauerit vsq₃ in finē hic saluus erit. et Apoca. ij. Esto fidelis vsq₃ ad mortem ꝛ dabo tibi coronā vite. s. eterne. Ad quam pducat nos ꝛc.

De sancto Marco
Sermo LXXIII.

Iustus quasi leo confidens absq₃ terrore erit. puer. xxviij. Nota vita iustorū cōpatur ꝓprietatibꝰ leonis. Primo leo habet generositatē q₂ est rex animaliū. ꝛ sic iustiores sunt generosiores. Ideo Chris. ꝛ hr̄. xl. dist. quicunq₃. Unusquisq₃ festinat quō appareat maior. nō qui maior iustior: sed qui iustior maior est et dignior. Sene. Generosissimus est q̄ optimus est. Jō gre. Summū bonū est in rebus est iusticiā colere et q̄d equū est custodire. Secūdo leo habet pietatē. quia cibū suū nō solitarie comedit sed alijs aialibꝰ diuidit. ꝛ sic iusti. Gre. Uera iusticia cōpassionē habet. Chris. Justicia sine misericordia crudelitas est. Tullꝰ. Si iustus es nō solū nō noceas sed etiā innocentibꝰ cōdoleas. Tercio leo habet aiositatem. et sic iustus habet cōfidentiā ut a deo nō derelinquet̄ in vita: in morte ꝛ post mortē. In vita. ps. xxxvi. Nō vidi iustū derelictū. In morte Sap. iij. Justoꝝ aīe in manu dei sunt. Ambro. Nunq̄ iustus solꝰ est sed deus cū eo. Augꝰ. Si iustus essem non timerē. puer. x. Expectatio iustorū leticia. Glo. Rupti holgot. Fides in ꝓtectōne dei nō tanget tormenta malicie. Sap. iiij. Justus si morte ꝓoccupatus fuerit aīa eius in refrigerio erit. quia iusticia eruit a morte. iuxta illud puer. xi. Diuitie n̄ ꝓderit ī die vltōis. sed iusticia liberabit a morte. Etiam post mortē q₂ ducit ad regnū. De quo ps. xiiij. Dn̄e quis habitabit in tabernacl'o tuo Rn̄det. qui opatur iusticiā. Ideo psal. cv. Beati qui custodiūt iudiciū ꝛ faciūt iusticiam in omni tp̄e. Nam iusticia pducit hominē ad viā vite. iuxta illud Sap. x. Justū deduxit dn̄s p vias rectas ꝛ ostēdit illi reg. dei. Quarto leo habet timorositatē. s. cū videt catulū verberari coram se. Sic vere iustus habet dei timorē. q₂ scribitur Eccl. i. Qui sine timore est nō poterit iustificari. Nā talis nō habet pseuerātiā iusticie. De q̄ Chrisost. Facile diuertit a iusticia qui nō timet deum sed hoīem. quia timor hoīm defert. s₃ nō aufert voluntatē male faciēdi. Ideo in iustis vbi de eis scribit̄ semꝑ timor dn̄i adiungitur. ut patet de Job. c. i. Erat vir iustꝰ ac timēs deū. Similiter Lu. ij. Symeō erat vir iustus ac timoratus. Quinto q̄uis leo sit animal forte tamē patit̄ infirmitatē ut dicit Plinꝰ. q₂ febres quartanas rōe caliditatis. et etiā ut ferocitas edomet̄. Et sic vir iustus opꝫ ut habeat tribulatōnes. iuxta illud psal. xxxiij. Multe tribulatōes iustorū. vt dicit Gre. in mora. Legimus Job ī sterquilinio. Johannē decollatū gladio. petrū in patibulo. hec omnia permittit deus suꝑ iustos ut ꝓbent̄. De quo Thobie. xij. Q₂ acceptus eras deo necesse fuit ut tēptatio ꝓbarette. Et sic leo patitur ut sua ferocitas edomet̄. sicut dicit Cassiodo. suꝑ ps. Deꝰ iustos flagellat ne de iusticia supbiāt. Sic flagellatus est aplus. ij ad Chorī. xij. Ne magnitudo reuelationū extollat me datꝰ est mihi stimulus carnis mee angelꝰ sathane. Nam tribulatio generalis est omnibꝰ iustꝪ vt dicit Hiero. Quis sanctoꝝ sine tribulatōne coronatus est. q. d. nullus. Et sic beatus Marcus licet fortis fuit. similiter ꝛ Georgius ut leo passus est tamē infirmitatem tribulatōis et mortis. ut patet in legēda.

Sermo LXXIIII. Ad idem

Similis factus ē leoni in opibus suis. i. Machabe. iij. Gre. dicit. Quia natura vniuscuiusq₃ ex diuersis componit̄. ideo ꝑ ipsam aliq̄n diuersa designant̄. ut exemplificat de leone qui habet virtutē. habet et seuiciam. ex virtute significat xp̄m et hoīem iustum.

Primo significat xp̄m deum qui habet virtutē ex natura. Scd̄o siḡficat hoīem iustū qui habet virtutē ex gratia Tercio diabolū ex seuicia. De primo q xp̄z significat legit̄ Apoca. v. Ecce vicit leo de tribu iuda

Nam xp̄us in resurrectiōe habet se ut leo.
vt dicit Jsido. Nam sicut leo ē animal po/
tens ⁊ forte. ⁊ sic xp̄us in resurrectōne ma
gnam exhibuit fortitudinē ⁊ potentiā De q̄
Johā. x. Potestatē habeo sumēdi aīaz me
am et iterū ponendi eam. Et Math. vltīo.
Data est mihi omnis potestas in celo et in
terra. Secūdo xp̄us habuit se ut leo in re/
surrectōne ꝓpter tp̄us et modū. quia dicit
Jsido. Leo natus dormit trib⁹ diebus ⁊ ex
citatur rugitu. ⁊ sic xp̄us tercia die a morte
resuscitatus. Unde Geñ. xlix. Requiescēs
accubuisti ut leo. s. in sepulchro. Scd̄o leo
significat hoīez iustū ut patet in p̄cedenti s̄/
mone. Justus quasi leo ꝯfidens. ꝓuer. xx/
viij. Tercio leo ex seuicia significat diabo/
lū. i. Petri. v. Uigilate fratres q2 aduersa
rius vr̄ diabolus tanq̄ꝫ leo rugiēs circuīt q̄
rens quem deuoret. R. Et quarto leo
significat beatū Marcū. et h̄ i multꝫ. Pri/
mo rōe descriptōis euāgelice. Scd̄o rōe di
gnitatis et excellētie. Tercio rōe fortitudīs
⁊ ꝯstātie. Dixi p̄rio p leonē intelligit' beat⁹
Marcus ratōe descriptōis euāgelice. q2 si/
cut leo in deserto nascit' et pascit'. sic beatus
Marcus in principio descriptōis euāgelice
seu euāgelij sui mox deducit Johannē in d̄
serto rugientē. cū dicit. Uox clamātis i de/
serto. et fuit Johannes in deserto p̄dicans
baptismū penitētie. Et post hec statim sub
iungit xp̄m dimicantē ꝯtra diabolū in des̄
to. Similiter Marcus in medio Mar. viij
describit quō xp̄s pauit q̄tuor milia homi/
num septem panib⁹ ⁊ paucis piscib⁹. Jtez
in fine euāgelij introducit patrē filiū suscī/
tantē. sicut leo ad sui clamorē excitat leūcu
los. sic pater tercia die suscitauit filiū. Se
cūdo btūs Marcus compat' leoni rōe forti
tudinis ⁊ ꝯstantie. q2 leo est animal forte in
aggrediendo. Et sic btūs Marcus fortiter
tormētis se exposuit. Nam habuit fortitu/
dinem veritatis. de qua. ij. Esdre. viij. Su
per omnia vincit v̄itas. ut de eo potuit v̄ifi
cari illud p̄s. xc. Scuto circūdabit te v̄itas
eius. et nō timebis a timore nocturno. Jtē
habuit fortitudinē charitatis. De q̄ Ber.
Fortis v̄mus charitas. de qua apl's. i. Cho.
xiij. Charitas omnia suffert. ita ut scribit'
Canti. viij. Aque multe nō potuerūt extin
guere charitatē meam. i. multe tribulatio/
nes. q2 fortis est ut mors dilectio. Ter/
cio btūs marcus ꝯpatur leoni ratōe digni/
tatis et excellētie. naz leo grece dicit' rex la
tine. Sic ip̄e tanq̄ꝫ rex fuit excellētis digni
tatis. quia de tribu leui que dignior fuit tri
bubus. Fuit enī patriarcha euāgelista ⁊ ꝓ
pheta. Nam ex corruptiōe calciamenti sui
intellexit et ꝓphetisauit corruptōez sui cor
poris. Etiam fuit martir. dicit nāq̄ꝫ Aug⁹.
Non pena sed causa facit martirē. L.
Proquo nota circa causam que facit marti
rem p̄t esse multiplex. Prima cū quis pati
tur ꝓ defensione fidei catholice. ⁊ sic beatus
marcus et apl'i et alij martires. De apl'is
Hebre. xi. Tēptati sunt. lapidati sunt occi
si sunt ꝓ xp̄o. Et subdit causam. Testimo/
nio fidei ꝓbati sunt. Tales omnes vere di
ci merent' martires ⁊ digni sunt celesti pre
mio. ut habet' in canone. xxxiij. q. viij. omi ti
more. vbi dicit Leo papa. Omni timore d̄
posito qui cōtra inimicos sancte fidei agit
⁊ aduersarios oīm religionū agere viriliť
studeat. si quis moriet' celeste p̄miū ꝯseq̄t'.
qualis fuit btūs Marcus. Scd̄a cā marti
rij est quādo quis patit' ꝓ defensiōe verita/
tis vite et iusticie ut scūs Johānes bapti
sta. q̄ arguebat herodem de incestu. Jō im/
pletum est in eo illud Eccl'i. xlix. Male tra/
ctauerunt eū qui de vtero matris ꝯsecratus
est ꝓpheta. Et sic nos pati debemus ꝓ veri/
tate vite ⁊ iusticie. Quod cōmendat Aug.
⁊ habet'. xi. q. iij. c. nemo. Melius est ꝓ veri
tate pati suppliciū q̄ꝫ ꝓ adulatōe ꝯsequi bn̄fi
ciuz. Tercia causa martirij quādo quis pa
titur ꝓ defensione libertatis ecclesie. sic bea/
tus Thomas cātuariēsis passus est. q̄ potu
it dicere hoc p̄s. lxviij. Zelus dom⁹ tue co/
medit me. Quarta causa que facit martirē
quādo quis patit' ꝓ obediētia matris eccle
sie. ut btūs Laurentius ex iussu sixti pape di
stribuit thesauros ecclesie. ⁊ hūiliter obedi
uit. et fidem negare noluit. Et sic duplici d̄
causa fuit martir. Nam beat⁹ Tho. dicit i
ij. ij. q. cxxiij. ar. v. q̄ꝓ omnia oꝑa virtutum

ſm q̄ referunt̄ in deū ſunt q̄dam ꝓteſtatio nes fidei .⁊ ſic poſſunt eſſe cauſa martirij. Et ſic quicunq̄ patitur ꝓ bono ope faciēdo bona vel mala vitādo eſt martir ꝓpter deum M. Item ſciendū q̄ dicit Ciprian⁹. Ad ꝑfectū martiriū requirunt̄ quattuor. Primo fiducia in corde. q2 corde credit̄ ad iuſti ciam. ad Ro. x. Secūdo requirit̄ ꝯſtantia in ſmone et queſtione. q2 ore fit ꝯfeſſio ad ſalutē. ibidem. Tercio requiritur ꝑſeuetan tia in ope. ut cūcta p̄ſentia ꝯtemnere: ꝯſan guineos: bona tēporalia. et honores p̄ſentes paruipendere. Iuxta illud Job. ij. Pellem ꝓ pelle: et omnia que habet hō dabit ꝓ aīa ſua. Quarto requirit̄ patiētia in morte. vn̄ ſanctus Thomas in ſcd̄a ſcd̄e. q. cxxiiij. ar. iiij. Ad ꝑfectū martiriū non ſolū requiritur tolerātia carceris vel exilij. aut rapina bo norū tp̄alium. niſi forte ex hijs ſequit̄ mors Sed heu ſunt aliqui cōfitentes deum ⁊ ve ritatē fidei. ſed poſtq̄ venerint ad paſſionē exilij vel rapine tūc reſiliunt. De quibꝫ veri ficatur illud apl̄i ad Titū. i. Cōfitent̄ ſe noſ ſe deum vbis. factis autē negant. Qualis nō fuit ſctūs Marcus: ſed fortiter ꝑſeuera uit. ſic ⁊ nos. Math. x. Qui ꝑſeuerauerit vſq̄ in finē hic ſalu⁹ erit. Nam dicit Au. Maior honor deo ⁊ ſanctis eius nō poteſt exhiberi q̄ vt ſtudeam⁹ eos imitari. q2 dic̄ Chriſ. ſup Mat. Que iuſticia eſt ſctōs co lere et ſanctitatē ſpernere. q. d. nulla. Idcir co qualiter ſanctitas eius eſt imitāda patz in eius legenda.

De ſanctis Philippo et Jacobo.

Sermo LXXV.

NOn turbetur cor veſtrū neq̄ formidet. Iohā. xiiij. et legit̄ hodierno die ꝓ euāgelica li officio N Dicit phūs in de aīalibꝫ. Aīalia q̄ hn̄tia mag̃ corda naturalit̄ ſūt timida. ſicut lepores ⁊ mures. Rō q2 calor naturalis nō p̄t implere tā magnū cor. ſicut videmus de igne q̄ citius calefacit clibanū paruū q̄ magnū. ⁊ ſic magnū cor eſt frigi dius ⁊ ꝑ ꝯſequens timoroſius. Spūaliter ſic homo habens magnū affectū ad tēpora lia et terrena eſt timoroſus ꝯtra vicia: ⁊ ad ſpiritualia exercēda. p̄s. lij. Trepidauerūt timore vbi nō erat timor. Sed habēs ꝑuū affectū ad terrena eſt fortis ad celeſtia ⁊ ad ſpiritualia exercenda. De quo Greg. xx. moral. Omnes hui⁹ ſeculi amatores in ter renis rebus ſunt fortes. in celeſtibꝫ vero de biles. Nam ꝓ terrena glīa vſq̄ ad mortez deſudare appetūt. ſꝫ ꝓ ſpūali nihil pati poſ ſunt. timētes ꝑdere tp̄alia ⁊ nō eterna. De talibꝫ ſcribit̄ Job. vi. Qui timet pruinam cadet ſup eum nix. qui timet paruam penā tp̄alem cadet in eternam. Ideo Math. x. Nolite timere eos qui occidunt corp⁹. q̄d etiam vult dn̄s in vbis p̄miſſis dicēs. Nō turbetur cor veſtrū ⁊c̄. In ſumma euāge lij duo innuunt̄. Primo timoroſa remotio directe turbatōis. ibi. Nō turbet̄. Secūdo ſubiungit̄ diuerſa manſio celice habitatōis ibi. In domo p̄ris mei manſiōes multe ſūt De primo dicit. In illo tp̄e. ſ. poſt cenā cū dixit xp̄us diſcipulis de eius traditōe ⁊ pe tri negatōe ⁊ de eorū fuga. tūc diſcipuli fue runt turbati. Ideo ſaluator ꝯſolabatur eos dicens. Non turbet̄ ⁊c̄. D. Pro quo ſciendū. turbatio eſt triplex. prima laudabi lis. ſecūda tolerabilis. tercia vituꝑabilis. Prima eſt laudabilis. ſcꝫ cum homo turba tur de peccatis. De qua p̄s. xlvij. Ipſi vidē tes. ſ. peccata turbati ſunt. cōmoti ſunt. tre mor apprehendit eos. Illa eſt bona turbatō quia ſignū ſalutis. De qua aplus. ij. Chori. vij. Gaudeo ꝓpter vos. q2 ꝯtriſtati eſtꝪ ad penitentiā. Nam hec turbatio ⁊ triſticia de let vicia. Unde Hiero. Nulla culpa delet̄ niſi triſticia anxiet̄. Hoc ꝯſiderans dauid dicit in p̄s. Cōturbata ſunt omnia oſſa mea a facie peccatoꝝ meoꝝ. Nā ſicut turbat̄ o culus collirio ut clarius videat. ſic turbatō de peccatis ⁊ de offenſiōe dei ꝑducit hoīem ad claritatem viſionis diuine. Unde apl̄s ij. Chori. vij. Que ſm deum eſt triſticia pe nitentiā in ſalutē ſtabilē opatur. Secun da turbatio eſt tolerabilis. ſ. de morte. q̄ dū fit ſm imperiū rōis et nō contra imperium tunc eſt tolerabilis. ut dic̄ Damaſ. Si vero ꝓgreditur vſq̄ ad ꝑturbatōem rōis ⁊ a ſua

rectitudine. tūc pt fieri vituperabilis vt dicit poeta. Qui mortē metuit amittit gaudia vite. qꝛ est signū φ diligit nimiū pn̄tē vitā. qḋ phibet̄. i. Johā. ij. Nolite diligere mundū. Nam licet naturale ē timere mortē. debet tn̄ fieri ſm imperiū rōis ꝛ nō ꝯtra rōem. Et sic de morte et recessu magistri turbatio erat in discipulis. Unde Simon ḋ cassia. Que causa maior turbatōis ꝛ tristicie φ separi a dilecto q̄ nō pōtest falli nec fallere.

¶ Tercia turbatio est vituperabilis. s. p amissione rei tpalis in sollicitudine auaricie. Un̄ ps. cvi. Turbati sunt et moti sunt sicͭ ebri⁹ ꝛ omnis sapiētia eoꝝ deuorata est. Nā tales sunt quasi attoniti in rōe. Unde puer. xv. Cōturbat domū suam qui sectat̄ auariciam. nam tales nō quiescūt in mentibꝫ eoꝝ. Un̄ Hiere. xlviij. Turbati sunt in mari p̄ sollicitudine qescere nō potuerunt. Nā ut dicit Tullius. Tota vita auari hoīs ē plena miserie ꝛ doloris. Nam sicut fons turbatur pede ut nō resplēdeat imago. sic turbatio auaricie obfuscat claritatē rōis. Talem turbatōem habuit ille iuuenis cui dixit dn̄s Math. xix. Si vis pfectus esse vende oīa que habes ꝛ da paupibꝫ ꝛ veni seqre me. Ille aūt tristis abijt. erat eñ multas habens diuitias. Ideo apl's. ij. Cho. vij. Seculi tristicia mortē opatur. Nā est signū φ tales plus diligūt tpalia φ̄ eterna. ꝓpt̄ qḋ dicit ihūs filius syrach Ecci. xxx. Tristiciam longe repelle a te. multos occidit tristicia ꝛ nō est vtilitas in illa. Itē turbatio vituperabilis nō solū orit̄ ex auaricia ꝛ sollicitudine. sꝫ etiā orit̄ ex indiscreto p̄cepto platoꝝ. Unde de saul dixit Jonathas. i. Re. xiiij. Pr̄ meus turbauit terrā qꝛ p̄cepit φ nemo gustaret cibū vsqꝫ ad vespas. Et sic erāt attenuati φ nō poterāt psequi inimicos. Saul interp̄tat̄ abutēs. sic q̄ ptāte abutit̄ mala multa in cōmunitate opat̄. ꝛ sic fecit Dauid. ij. Reg. xxiiij. q̄ iussit numerare populū. ꝓpter qḋ dn̄s misit pestilentiā in isrl̄ de mane vsqꝫ ad tpus ꝯstitutū. mortui sūt ex ꝑplo a Dan vsqꝫ ad Bersabee septuaginta milia viroꝝ. Nam dicit apl's. ij. Chorin. vlti. de p̄latis. Dedi eis ptātem in edificationem ꝛ nō in turbatiōem ꝛ in destructionē. Qualem turbatōem in cōmunitate fec̄ achab. ut dixit Helyas regi achab. iij. Regum xviij. Nō ego turbaui israel. sed tu ꝛ dom⁹ p̄tris tui q̄ dereliquisti viam dn̄i. ¶ Terciō turbatio vituperabilis etiā causat̄ ex inobediētia subditoꝝ. ꝛ sic totus exercitus turbatus est ꝓpter furtū achior Josue. vij. cui dictuꝫ est. Quia turbasti nos cōturbet te dn̄s. Et sic hodie ꝓpter inobedientiā mandatoꝝ dei turbat̄ cōmunitas. vn̄ Eccli. xxviij. Uir peccator turbat amicos. ¶ Quarto talis turbatio oritur ex v̄bis bilinguis. multos perturbat pacē habētes bilinguū ꝛ susurriū. vn̄ Eccli. xxviij. Susurriū et bilinguium multos ꝯturbāt pacē hn̄tes. Ciuitates muratas diuitū destruxit. Et subdit. Beatus qui rectus est a lingua neqꝫ. ¶ Quinto talis turbatio orit̄ ex ꝑtinacia. i. kriegsheit. iō Eccli. xi. Attende tibi a pestifero. fabricat enī mala. i. ꝑuū sensum habet. Ideo ibidē dr̄ De ea re que te nō molestat ne certaueris. Nam sicut a scintilla vna egredit̄ ignis. sic ab vno dolo auget̄ sanguis. Tūc subdit̄. neqꝫ formidet. s. amissionē terrenā. ps. xlviij. Ne timueris cuꝫ hō factus fuerit diues. et cum multiplicata fuerit glīa domus ei⁹. qm̄ cum interierit nō sumet oīa. nec descendet cū eo gloria eius. Aīa eius in vita bn̄dicet̄ sed in futuro nō. Neqꝫ formidet. s. psecutionem. ij. Thimo. iij. Oēs qui pie volūt viuere in xp̄o psecutōem patiunt̄. Dicit nāqꝫ Gre. Cū cognosco Job penā pati in sterquilinio. Johannē esurientē in heremo. petrū extensum in patibulo. iacobū decollatuꝫ gladio. cogito qualiter deus in iudicio cruciabit reprobos qui ita affligit suos electos. Tūc subdit. Creditis in deū ꝛ i me credite. q̄si d. ſm Chris. Si turbemini ꝓpter formam serui. i. humanitatē quā timetis per mortem pire. nō turbemini ꝓpter meā deitatem. qꝛ etsi moriar ut homo: resurgā qꝛ de⁹ sum. qui etiā post tribulatōnem ꝛ mortē remunerare ꝛ letificare possum. Nota ponit fidem remediū contra turbatōem. qꝛ fides purgat oculū cordis. Act. xv. Fide purificans corda eoꝝ. Dicit Hiero. Fides clari

ficat et serenat ut appareant picula q̄ in tri-
bulatōe latebāt. P. Nota ſm Augus.
sup Johānē. et sup h̄ v̄bo Creditis in deū
dicit. aliud est credere deū. aliud ī deū. ⁊ ali-
ud deo. Credere deo est credere ea esse v̄a
que de⁹ loquit̄. h̄ nō saluat. q̄z h̄ faciūt ma-
li. Sed credere deū est credere q̄ deus est.
Et h̄ credit diabol⁹. Jaco. ij. Diabol⁹ cre-
dit ⁊ ꝯtremiscit. Sed in deū credere ē cre-
dendo deū diligere ⁊ in eū ire: ⁊ ei firmiter
adherere ⁊ eius mēbris. Et h̄ est ꝓpriū bo-
noꝝ: nō illoꝝ q̄ hac nocte agūt multa male
ficia. ut de subtractōe lactis ⁊c. quoꝝ fides
est corrupta ⁊ mortua. Vñ Jaco. ij. Fides
sine opibus mortua est. Jdeo Jhō. Bñs
est qui recte credit. recte credēdo bñ viuit.
bñ viuendo rectā fidē custodit. Hec fides
est remediū ꝯtra omne turbatōis piculū.
vt dicit Aug. sup Joh. Virtus fidei q̄ cre-
ditur ī p̄rem ⁊ filiū est potētior oīb⁹ piculis
q̄ fidelib⁹ accidere pñt. Jō. i. Joh. v. Hec
est victoria que vincit mundū fides vestra
vt fecerūt sancti ap̄li ⁊ martires. de q̄ He-
bre. xi. Sancti ꝑ fidem vicerūt regna. Jd-
circo hortat̄ eos ad fidem dicens. Creditis
in deum ⁊ in me credite. q. d. ſm Aug. id ē
ꝯseq̄ns est q̄ in me credere debeatis. q̄z ego
sum creator ⁊ redemptor vt̄ ⁊ remunerator
Nam nullus p̄t v̄e in deū p̄rem credere ni-
si etiā credat in filiū. q̄z filius est eiusdē na-
ture ⁊ eiusdez essentie cū p̄re. Jō dic̄ Joh.
v. Qui nō honorificat filiū nō honorificat
p̄rem qui misit illū. Jdeo Athanasi⁹. Ne-
cessariū est homi ad eternam salutē vt incar-
natōem quoq̄z dñi nr̄i ihū xp̄i fideliter cre-
dat. nam sine hac fide nō est salus. Vñ ha-
betur in canōe. xxiij. q. i. quia. Quia nisi so-
liditatē fidei quis tenuerit diuinā p̄ñtiam
nō cognoscit. Jdeo Aug. d̄ v̄bis dñi. Am-
bula ꝑ fidem ⁊ ꝑuenies ad speciē. s. visiōis
diuine. De quo Joh. xi. Qui credit in me
etiā si mortuus fuerit viuet. Dyn secūdo
subiungit̄ diuersa māsio celestis inhabita-
tōis. ibi. Jn domo p̄ris mei māsiōes mlte
sunt. Q. Nota duplex est domus dei.
Prima est ecclesia militās. i. ad Thimoth.
iij. Scias quō in domo dei te opteat ambu-
lare. Jn hac domo multe māsiones sunt. i.
multi hoīes in quib⁹ deus manet ꝑ fidem.
Hiere. xiiij. Tu aūt in nobis es dñe. s. ꝑ fi-
dem. Ephe. iij. Dico xp̄m habitare ꝑ fidez
in cordib⁹ vestris. Scđa est ecclesia trium-
phās. ij. ad Chori. v. Habem⁹ domū nō ma-
nu factā in celis. p̄s. xxxv. Replebunt̄ ab
vbertate domus tue. Jn hac domo māsio-
nes multe sunt ſm diuersitatē meritorum.
Aug⁹. Vnaqueq̄z anima ꝑ meritis suis il-
lic honorat̄. et ſm q̄ ampli⁹ in merito se di-
latauit. i. ad Chori. xv. Stella differt a stel-
la in claritate ⁊c. Licet eñi obiectū beatitu-
dinis est vnū. s. deus. ⁊ idem denari⁹ diur-
nus q̄ datur omnib⁹ in vinea dñi laborāti-
bus. attamē vnus excedit aliū in dignitate
⁊ claritate eterna. R. Primo ꝑ cogni-
tōem. q̄nto ampli⁹ q̄s cognouit deū ꝑ v̄itā-
tem fidei: tāto intēsius cognoscet ꝑ visiōez
Scđo q̄nto quis deo feruens fuerit ꝑ amorē
tāto ampli⁹ ꝑfruet̄ illo ꝑ claritatē. Exēplū
de fonte. qui maius vas habet magis reci-
pit. Et nō erit inuidia. Bern. Qđ meū per
laborē tuū ꝑ amorē. Aug. Vnusquisq̄z q̄d i
se nō possidz in alio se possidere gaudz. Gre-
go. Vnicuiq̄z sufficit q̄ntū recipit. De hac
domo p̄s. dicit. psal. xxvi. Vnā petij a dño
hanc requiram ut inhabitem in domo dñi.
Et quid ibi acturi sumus dicit p̄s. lxxxiij.
Beati qui habitāt in domo tua dñe in secu-
la seculorū laudabūt te. Subdit. Si q̄mi-
nus. i. si esset aliquis defectus dixissem vo-
bis. q̄z vado vobis parare locū. Sz dice-
res. tamen d̄r Mat. xxv. Venite possidete
regnū quod vobis paratū est ab origīe mū-
di. Respondet Simon de cassia. Parauit
ab eterno p̄r p̄destinādo. filius in humani-
tate patiendo. ⁊ impedimentū. s. culpe ⁊ pe-
ne remouendo ⁊ in celū ascēdendo. Nā li-
cet essent ab eterno p̄destinati: tñ beatitudi-
nem nō ꝯsequerent̄ nisi ꝑ grām que datur
tēpaliter ī p̄senti. Et si abiero ⁊ p̄parauero vo-
bis locū. Nicolaus de lyra. Non q̄ ī gloria
celesti q̄d p̄parauit sed post ascensiōez dñi spi-
ritum sanctū misit. ꝑ quem p̄paramur ad cō-
secutōem beatitudinis. Jterū veniam ad vos
⁊ accipiaz vos ad meip̄m. vbi aliq̄ heretici

dixerũt q electi nõ assumenĩ vsqz ad diem iudicij. Hoc est ptra aplm Phil.i. Cupio dissolui et esse cum xp̃o. et ij. Chorin.v. Si domus nr̃a terrestris destructa est. habem⁹ domũ nõ manu factã in celis. Sed sic est intelligendũ. ut ꝑ.s. in morte accipio vos ad beatitudinẽ anime. in iudicio vo ad beatitudinez corpis et aĩe. vt vbi ego sum. q ante suam passionem iam erat beatus q̃ntum ad animã. et vos sitis. Simõ de cassia. O ineffabilis dilectio. nõ ptentus psortio angeloꝝ. sed homines intantũ pensauit ut in terram descẽderet et peuntes quereret. vt i domo paterna secũ habitarent: nobis particpans in humanitate ut secum essem⁹ participes in diuinitate. Et quo ego vado. s. ad patrem. et viaz scitis. s. morte et passionẽ. Simon de cassia. Intelligit quo ad debituz. i. scire debetis. ip̃e em̃ sciuit coꝝ desideria. ideo dedit eis occasionẽ interrogãdi. Dic ei thomas. Dñe nescimus quo vadis. s. in speciali licet in generali. quõ possum⁹ viam scire. Dicit Simon de cassia. Laudabile est cõfiteri ignorantiã ꝓpter acquirere scientiã

¶ S. Respondit ihũs. Ego sum via vita et vita. via inobliquabilis. ein weg der da keyn krum hat. De qua Hiere. vi. Interrogate que sit via recta et ãbulate i ea. Hec via est xp̃us et eius vita in humanitate. vñ Aug. Xp̃us in humanitate fact⁹ est nobis via ad diuinitatẽ. Hec est via de q̃ Deut. v. Non declinabitis neqz ad dexterã neqz ad sinistrã. sed p viã ibitis quam p̃cepit dominus deus vr̃. Ille declinat ad dexterã q̃ dicit xp̃m esse deũ. Ille ad sinistrã qui negat humanitatẽ. Sed ille tenet mediuz qui fatet vtrũqz. s. xp̃m deum et hominẽ. Hec est via de qua p̃s. cxviij. Beati immaculati qui ambulãt in via. i. in xp̃o. Nam omes alie vie ducũt ad inferos. hec sola est via recta que ducit ad celos. Unde puerb. iiij. Uiam sapientie mõstrabo tibi. quam cum ingressus fueris nõ habebis offendiculum. Scdo xp̃us est veritas infallibilis. q nec fallitur nec fallere p̃t. Unde Simõ de cassia. Ip̃e est a quo verũ est omne quod veruz est. q̃si d. ego sum veritas omnia vincẽs et nullo deuicta. Ip̃e em̃ dicit Lu. xxi. Celum et terra trãsibunt vba autẽ mea non transibunt. quia ip̃e est de quo p̃s. cxliiij. Fidelis dñs in omnibus vbis suis. ¶ Tercio xp̃us est vita imptubabilis. vita desiderabilis. vita sine morte. cõsolatio sine merore. De qua p̃s. xxxiij. Quis est homo qui vult vitam. desiderat dies videre bonos. p quã vitam deuenimus ad vitã eternam. De quo subdit in textu. Nemo venit ad patrẽ nisi p me. q̃si d. Missus sum in mundũ a patre si vultis eum cognoscere tũc p me cognoscere debetis. Et subdit. Si cognouissetis me scz pfecte quo ad diuinitatẽ. et patrẽ meum vtiqz cognouissetis. quasi d. Si fili⁹ crederetur etern⁹ tũc et pater. Ammodo cognoscetis eum. et vidistis. s. a tpe passionis. q aperuit eis sensum ut intelligerent scripturas. Luce vlti. Et tũc habuerũt pleniorem noticiã de misterio diuinitatis. vl' sic. Ammodo cognoscetis eũ. s. p spiritũsanctũ. q ille vos docebit oĩa. Johan. xvi. Et vidistis eum. i. aliqui vestrũ iam viderũt eum. i. itellexerunt. Nam qui recte cognoscit filiũ per fidem. in ip̃o cognoscit patrẽ. q dicit Joh. x. Ego et pater vnum sumus. nã sicut splẽdor facit ꝯgnoscere lucem a qua ꝓcedit. ita xp̃us facit cognoscere patrẽ. q est splẽdor glorie. ad Hebre. i. Sed quia de hac noticia nõ omnes erãt informati. sicut Philippus. q̃ estimabat patrẽ in substantia sine psona filij videri oculis corpalib. ideo ait. Domine ostende nobis patrẽ. Chrif. q corporalibus oculis voluit videre recepit ex ysaia eiusdem. c. vi. Uidi dñm facie ad faciẽ &c. sed illa visio nõ fuit in diuina substantia: sz in subiecta creatura. vt dicit Aug⁹. in. ij. et iiij. de trinitate. et Johã. i. Deum nemo vidit vnqz. Ideo dicit Simon de cassia. Multum errabat a veritate. si p̃tris ostensionem poscebat ad oculũ. cum nõ solum corporalis ocul⁹ sed etiã glorificatus nõ sit credẽdus posse intueri diuinitatẽ. nam aĩa sola quãdo glorificata fuerit intuitiuã visionẽ atqz fruitõem diuinitatis habebit. non impedit glorificato corpe in quo erit. Si aũt philippus poscebat ad intellectũ videre diuinitatẽ cẽ

errabat. si querebat aliter q̈ p̱ fidem qꝛ nõ viator et cõphensor poterat simul esse. Si in futuro erat petitio. s. in patria ut ostenderetur tũc nõ incõgrue p̄cabatur. qꝛ dic̃ Augustinus lib. i. de trini. Nam vos implebit cũ vultu suo vt nihil amplius requiret. Et ergo s̃m hunc sensum bñ dixit Philippus Dñe ostende nobis patrẽ et sufficit nobis qꝛ ibi erit omnis sufficientia sine omni defectu ut dicit Berñ. i meditatõibꝫ. Amabimus sine modo. videbim⁹ sine termino. cohabitabimus sine medio. videbim⁹ ad voluptatem. fruemur ad iocunditatẽ. habebimus ad voluntatem. In ratõe erit plenitudo lucis. in voluntate multitudo pacis. in memoria ꝯtinuatio eternitatis. O q̈ multe mansiões erũt in domo eternitatis. Primo ibi erit iocũditas sine merore. ibi vita sine morte. ibi leticia sine tribulatõne. ibi eternitas sine fine Ad quã eternitatẽ p̱ducat. ꝛc̃

Sermo LXXVI. Ad idem.

Dicit ei philippus domine ostende nobis patrẽ ꝛ sufficit nobis. Johan. xiiij. In summa ꝯ borũ duo tangũtur. Primo philippi pia petitio. Scd̃o xp̄i benigna respõsio. De primo dicit. Domine ostende nobis patrem. Simon de cassia. Multum errabat a vero si patris ostensionẽ petebat ad oculũ corporis qui puro mentis intuitu conspicit̃. Johannis. i. Deum nemo vidit vnq̈. Exodi xxxiij. Non videbit me hõmo et viuet.

Nota q̱ inter aplo̅s quidã petierunt secularẽ potentiã. Math. xx. Dic vt vnus sedeat a dextris ꝛc̃. quidã futuroꝝ scientiã Math. xxiiij. Quãdo hec erunt dic nobis quod erit signũ aduentus tui. Quidã inimicorum vindictã. Luce. ix. Dic ut ignis descendat de celo. Philippus nõ petijt secularẽ potentiã. qꝛ breuis. Eccli. x. Omnis potentatus breuis. Nec mundanã scientiã quia curiosa est. i. ad Chori. viij. Sciẽtia inflat. nec inimicoꝝ vindictã quia ꝓhibita ẽ. Mat. v. Diligite inimicos. Sed petijt visionem paternã que est eterna beatitudo. quia ibi summa iocũditas. p̄s. xv. Adimplebis me leticia cum vultu tuo. Itẽ plena sacietas. p̄s. xvi. Satiabor cũ apparuerit gl̃ia tua. Item eterna felicitas. Johã. xvij. Hec est vita eterna ut cognoscant te ꝛc̃. Jd̃o subdit. et sufficit nobis. Aug⁹. in li. de libero arbitrio. Tanta est felicitas iocunditatis eterne. vt si non liceret in ea amplius q̈ vnius diei horam viuere homo posset om̃es delicias huius mũdi ꝯtemnere. p̄s. lxxxiij. Melior est dies vna ꝛc̃. Aug. in li. de ciuitate dei Quid est q̱ p̱ ꝓphetam dñs dicit. Ero illorum deus. nisi ego ero vnde satiant̃. Ego ero quecunq̈ ab hoĩbꝫ desiderant̃. ꝛ vita et salus et virtus: ꝛ copiosa gloria: pax ꝛ honor ꝛ omnia bona.

Primus igitur fructus beatitudinis est vita. ꝓuerbio. viij. Qui me inuenerit inueniet vitã. Secũd⁹ est sanitas. Parũ ꝓdesset habere vitã si sp̱ infirmitas haberet̃. qꝛ vita cum morbo nõ est vita sed pena ꝛ miseria. Eccl̃i. xxx. Melior est mors q̈ vita amara. Sed ibi erit sanitas. Apoca. xxi. Neq̈ clamor neq̈ luctus neq̈ dolor. qꝛ habebunt medicũ p̄sentẽ De quo Eccl̃i. xxxviij. Altissimus de terra creauit medicinã.

Tercius fructus est vict⁹ siue ꝯmestio. parũ esset habere sanitatẽ si ñ haberet quid comederet. vt Lu. xxij. Edatis et bibatis sup̱ mensam meã in reg̃ meo. Sed quia multe sunt ꝯmestiones que p̄ nimia tenuitate non satiãt. sed ibi nõ sic. p̄s. xvi. Satiabor cuꝫ apparuerit gl̃ia tua. Et vero multi sunt qui vno cibo nõ satiant̃. iõ comestio habebit ferculoꝝ varietatẽ. Unũ ferculũ ex contemplatiõe diuinitatis. aliud humanitatis. Jsa. vij. Butirũ et mel ꝯmedet. Butirũ qd̃ causat̃ ex carne. i. humanitas. Sed qꝛ multi in ꝯmestione solent habere fastidiũ. ibi non. sed plena dulcedine. Eccli. xxiiij. Qui edũt me adhuc esurient. Sed sepe delicata comestio soꝫ cito finiri. ꝫ illa hẽbit ꝑpetuitatẽ. Apoca. vij. Nõ esurient neq̈ sitiẽt ampli⁹. Quart⁹ fruct⁹ diuitie. paꝝ esset si ꝯmestionẽ hr̃et sine diuitijs. puer. viij. Mecũ diuitie et gl̃ia. p̄s. cxi Gl̃ia et diuitie in domo eius. Prouerb. i. Abundantia p̱fruet̃ maloꝝ timore sublato Math. vi. Thesaurisate vobis ꝛc̃. Iste nõ

faciūt iter secur⁊ s3 timoribꝫ plenū. Job.xv Sonitus terroris semꝑ in auribus meis. ⁊ cum pax sit semꝑ insidias suspicat̃. Quītus fructus pulcritudo. Par⁊ esset si q̃s haberet diuitias ⁊ aliqua deformitate federet̃ Erit igitur pulcritudo triplex. Prima a diuinitate.iij. Regū.viij. Impleuerat gloria domini domum dn̄i.i.sanctos. Sicut sol suo splendore omnia illuminat.sic diuinitas omnia clarificat. Secūda a corꝑe fulgenti. Math.xiij. Fulgebūt iusti sicut sol. Tercia ab anima influente. Cantic.iiij. O q̄ꝫ pulcra es amica mea.absq3 eo qd̄ intrinsecus latet. Eccli.xlij. Gl'ia dn̄i plenum est opus eius. Sextus fructus honor. parum esset habere pulcritudinē nisi haberet honorem. Primo honorabilē habitū. ps.xliiij. Astitit regina in vestitu deaurato.id ē. corpore glorificato. ⁊ circūdata varietate.i.in mēte ps.xliiij. Omnis gloria eius filia reg3. Secundo quantū ad dominiū collatū. ps. viij Omnia subiecisti sub pedibꝫ eius. Tercio quantū ad honorabilē familiaritatem. ps. cxxxviij. Nimis honorati sunt amici tui deus. Johan.xv. Iam nō dicam vos seruos. quia seruus nescit qd̄ facit dn̄s suus.s3 amicos.q2 omnia que audiui a prē meo nota feci vobis.i. Johan.iij. Iam filij dei sumus. nondū apparuit qd̄ erimus. Septim⁹ fructus pax. Si quis haberet omnia supradicta et semꝑ guerrā: qd̄ ꝓdesset. ps.cxlvij. Posuit fines tuos pacē. Leui.xxvi. Dabo pacem in finibꝫ vr̄is. Unus finis est deus alius corpus.tercius est q̄libet ꝓxim⁹. Isaie.xxxij. Sedebit ꝑplus meus in pulcritudine pacis. Ultimus fructus est omne bonū. Unde Aug. Nullū latebit bonū. nullum aderit malū. Primo omne bonū in cōgregatōne. Sap.vij. Venerūt mihi oīa bona pariter cum illa. Boeci⁹. B'titudo ē status oīm bonoꝝ aggregatōe ꝑfectus. Secūdo in possessoꝝ fruitōe. Parū esset si q̃s multa bona possideret nisi eis vti liceret. Eccle v. Quid ꝓdest possessori nisi ꝙ cernit diuitias oculis suis. Hiere.xiij. Requiescet ⁊ cunctis affluet bonis. Tercio in fruitionum continuatōne. quia illa fruitio bonorū nunq̄ꝫ finietur. neq3 interpellabit̃. Vñ ps cxxvij. Videas bona ihrl'm omnibꝫ diebus vite tue. Ecclīastici.xxxi. Stabilita sunt bona illius in domino. Idcirco libenter deberemus sustinere mortē ꝓ xp̄o ⁊ mori mūdo vt ibi viueremus cū deo. Ad quod hortatur Augustin⁹. Illuc festinate vbi semꝑ viuatis.si enim hic amatis miserā ⁊ fluidā vitam vbi homo nascit̃ cu3 dolore. viuit cū labore.et finitur cum luctu ⁊ merore. quāto magis amare debetis vitā eternā. vbi semꝑ summa securitas. summa felicitas. Jō Augustinus. Si diuitie appetant̃ ibi querātur vbi perire nō possunt et seruant̃. Aug⁹.i li. confessionū. Domine fecisti nos ad te. inq̄etum est cor nostrum donec requiescat in te Quia in te est omnis sufficientia sine omni indigentia. Et sic dixit philippus. Dn̄e ostē de nobis patrē ⁊ sufficit nobis ⁊c̄.

De sctā Cruce | Sermo.LXXVII

QUi me inuenerit inueniet vitam. Prouerbi. viij.

Scribit Isidorus de q̄dam arbore que est in India.et habet fructus dulcissimos. Ad hanc volant columbe ⁊ de fructibus eius comedunt mane et sero Draco autē qui est naturalis inimicus columbarū insidias ponit eis vt transglutiat et occidat. Sed tamen draco intantū timet arborem predictam ꝙ nec audet attingere: nec in ea latitare. Si vmbra ꝑtendit̃ ad occidentem draco ad orientem declinat. vñ naturaliter ꝑpendens columba semꝑ ī vmbra arboris manet. et tunc a dracone est secura. Sed qñ columba arborē dimittit et vmbram eius tunc ꝓtinus a dracone deglutitur. Spiritualiter. ꝑ arborē nobilem intelligitur sancta crux. De qua Amb. Crux fidelis inter oēs arbor vna nobilis. Hec est arbor figurata quam vidit Nabuchodonosor Dañ.iiij. Vidi ⁊ ecce arborē ī medio terre.cui⁹ altitudo ad celū ꝑtigebat ⁊ aspect⁹ eius vsq3 ad vniuersos fines terre.folia eius pulcerrima.fructus ei⁹ nimis dulcis.et esca vniuersoꝝ erat ī ea. subter eā habitabāt bestie.in ramis eius volucres ce

li. Spūaliter. Hec arbor sancte crucis in medio terre est sita. ps. lxxiij. Operat⁹ est salutem in medio terre. Longitudo crucis ptingebat ad celū. quia est scala quam xp̄us erexit sibi et suis sequacib⁹. Unde canit ecclesia. Hec est scala peccatorū p quam xp̄us rex celorū ad se traxit omnia. In hac arbore est esca omniū animaliū. i. peccator. qr xp̄i caro que vere est cibus. Johan. vi. Ad hāc arborem p̄ciosam volare debent colūbe. id ē deuote anime si volūt habere vitā et sedere in vmbra. id ē in ꝓtectōe illius. dicēdo Cāticor. ij. Sub vmbra illius quem desideraui sedi. et fructus eius dulcis gutturi meo. Nam sub vmbra illius est secura. qr draco id ē diabolus multū timet arborem crucis. quia in ea est victus. Gre. Qui ī ligno vincebat in ligno quoqȝ vincereť p xp̄m dn̄m nostrū. imo etiā in ligno crucis diabol⁹ ē crucifixus in sua ptāte. De quo Adamantinus. sup li. Judicū. In cruce visibiliter crucifixus est xp̄s. inuisibiliter vo diabolus. Col. ij. Expolians principatus et ptātes. et ideo timet. Isa. xxx. Pauebit assur virga pcussus. Et sic hec est virga de qua ps. psal. xxij Virga tua et baculus tu⁹ ꝛc. Ideo ꝯfugere debem⁹ ad vmbrā ꝓtectōis scē crucis dicēdo cū ps. xvi. Sub vmbra alarū t. ꝓtege me. Nā i ea est vita colūbarū. id ē aīaꝝ fideliū. De quo introitus. Nos autē gloriari optz in cruce dn̄i nostri ihū xp̄i in quo est sal⁹ vita ꝛ resurrectio nostra. De quo Eusebius. Tota salus mētis et corpis ꝓueīt ex lig crucis Ideo thema. Qui me inuenerit. In quib⁹ verbis duo innuunť. Primo salutifera crucis inuentio gloriosa. ibi. qui me inuenerit. Secundo subiungiť eius vtilitas operosa. ibi. inueniet vitā. De primo dicit. q me inuenerit. Homini viatori est magnū solacium ꝛ magna securitas si iuxta ꝓfundum fluuiū inueniť nauem. Et sic de fluuio p̄sentis fluxibilis vite ad portū salutis homo puenire nō potuit. Et venit xp̄us in nauicula crucis. De quo Sapiētie. xiiij. Exiguo ligno credunt homines saluare aīas suas. ꝛ trāseuntes mare p ratē liberati sunt. Augustin⁹. Nemo poterit trāsire p mare huius seculi nisi portatus a cruce xp̄i. Ideo Isi. de summo bono. Quotiēs in fluctib⁹ et procellis es lignū ascēde crucis et liberaberis. Et Bern. sup Cant. Crux xp̄i fuit vite lignum. quod solū fuit dignū ferre salutem et vite fructū. ideo dicit. qui me inuenerit.

A Nota inuētio sancte crucis post ānos ducentos a resurrectōe dn̄i facta est. de qua hodie ecclesia solēnisat. Attamē hoc lignū longe ante in immersione est inuentū. Primo a seth filio Ade: vt habeť in euāgelio nicodemi. cum Adam infirmareť seth fili⁹ e⁹ portas paradisi adijt. ꝛ oleū misericordie q corpus patris pungeret postulauit. Cui apparens angelus Michael ait. Noli laborare et flere p oleo misericordie. quia nequaqȝ illud cōsequi poteris nisi cōpleti fuerint quinqȝ milia annorū. Attamē legitur alibi. q dedit sibi ramusculū vt illum in mōte libani plātaret. Sed in quadā historia grecorum legiť q tradidit ei de ligno in q adā peccauit dicens. qn̄ fructū fecerit tūc pater saluabitur. Rediens igiť et patrē mortuum inueniens. hunc ramū super tumulū patris plātauit qui creuit in arborē magnam. ꝛ vsqȝ ad tempora salomonis pdurauit. Secundo a Salomōe est inuenta. Nam salomon dum domū saltus edificaret vidit arborem tam pulcrā: fecit eam succidere. ꝛ in p̄dictam domū collocare. nusqȝ tn̄ ut dicit Johānes beleth locari poterat. nec alicubi aptari voluit. modo nimis lōgū. mō nimis breue. Ideo indignati artifices ip̄m reprobauerunt. et supra quendā locū ut esset pons transeuntib⁹ ꝓiecerunt. Tercio inuenta est a regina Sabba. Ista s̄m Josephū dicta fuit Nicaula. et venit in hierusalem vt habeť. iij. Regū. x. vt audiret sapientiā salomonis. Et cum p̄dictū lignū ptransire debebat iuxta scolasticā historiā vidit in spiritu q saluator in illo ligno suspendendus erat. ideo sup illo ligno ire noluit. ꝛ Salomon intimauit q ī illo ligno q̄dā suspendendus erat p cuius mortē regnū iudeorū deleri debebat. Ideo Salomon lignū illud inde sustulit. et in ꝓfundissimis terre visceribus submergi fecit. Quarto inuenta est

est a iudeis in ꝓbatica piscina vbi hostias abluebant. Hec inquã piscina habuit virtutem sanãdi infirmos. s. ꝓsertim qui prior descendebat. Job. v. Et hoc nõ solum fuit ex descensu angeli sed etiaꝫ ipsius ligni. Appropinquante igitur passione ꝑdictũ lignum supnatauit. qđ iudei videntes ipm acceperunt ⁊ crucez dñi parauerũt ⁊ ipm in eo crucifixerunt. Mortuo aũt xp̃o et sepulto crucez in terra absconderũt. vbi p̱ ducentos annos ⁊ vltra latuit. ¶ Quinto inuenta fuit ab helena. ⁊ hec ab ecclesia celebrat᷑. qꝛ alie quattuor inuentões eiusdeꝫ ligni nondũ sanguine xp̃i erãt cõsecrate. Et ipsa inuenit p̱ Judam sacerdotẽ fodientẽ vt habet᷑ in legenda tres cruces. ad designãdũ ꝙ homines vtriusqꝫ sexus triplices inueniunt᷑ qui in eis gerunt crucẽ. Aliqui crucẽ mali latronis. aliqui boni latronis. aliqui crucem xp̃i. ¶ B Primi sunt qui inueniuntur in cruce mali latronis. et sunt peccatores in mortali. Nã tales habent cruciatũ ꝯm Aug. Unaquequꝫ culpa sibiipsi pena ẽ. De quo Eccli. xij. Nõ est bene ei qui est assidue in malis. Nã conscientia ad minus die noctuqꝫ vrget eum. Bern. Sunt qui labores sustinent. non tñ est eis pars in dño. vt raptores: adulteri. iõ de portantibꝫ crucem sed nõ xp̃i. Sunt eñ cornua quattuor crucis huiꝰ. Licet latronũ crux nõ habuit q̃ttuor sed tria. tñ ꝯm modũ crucis disposita. ¶ Primũ cornu est pena añ peccatũ. vt iracũdi. supbi fures. ⁊ sic de aliis. Primo meditant᷑ punientes se cogitationibꝫ in seipsis quõ ꝑueniant ad peccatum. ita vt impleat᷑ illud p̃s. psal. xxxi. Multa flagella peccatorꝫ. Sicut enim aranea se inuoluit vt capiat muscas multis laboribꝫ. Jsaie lix. Telas aranee texerũt. veniet paruꝰ ventus mortis ⁊ destruit telam. vt diues Lu. xij. misit horreũ dilatare. ⁊ dictũ est ei Hac nocte animã repetam a te. p̃s. lxxv. Dormierunt somnũ suũ ⁊ nil inuenerunt viri diuitiarum ⁊c. ¶ Secundũ cornu est pena post peccatũ. De quo Sapie. xvij. Subitaneꝰ timor superuenit illis pessima redarguẽte cõscientia. velit peccator vel nolit nõ erit ei requies. Unde Jsa. lvij. Cor impij quasi mare feruẽs qđ quiescere nõ potest. Gre. Nã est maior pena ꝙ̃ remordens ꝯscientia. ¶ Terciũ cornu est confusio corã hominibus Unde Sap. xvij. Semp ꝓsumit seua conturbata cõscientia. Unde Catho. Conscius ipse reus de se putat oĩa dici. Job. xv. Cum pax sit: ille sp̱ insidias suspicat᷑. et Hiere. x. Malicia tua amara Sed nõ melioraꝫ qꝛ ñ timet deum. Chris. Timor hominũ differt peccatũ. Bern. Quid trepidas ad carnis penas. ⁊ gladium districti iudicis ꝯtemnis Quartum cornu est eternũ tormentũ. Sapiente. xvij. Timida nequicia dat testimonium cõdemnatõi. p̃s. xli. Abyssus abyssuꝫ inuocat. quia abyssus criminis inuocat abissum cõdemnatõis. quia dicitur Roma. vi. Stipendia peccati mors. Quia de hac cruce culpe descendit᷑ in ꝯdemnatiõem eterne pene. ⁊ sic latro malus in infernũ. Secũda crux inuenta fuit boni latronis. ⁊ est crux pñie. Hanc crucem hodie debet nobis inuenire Helena regina. i. ratio que dꝫ regere omnia. ⁊ debet cõpellere iudã. i. sensualitatẽ ⁊ igne minari eterno ei. Et dꝫ habere quattuor cornua. ¶ C Primũ cornu est ꝯtritio et dolor ꝓ peccatis. quam habuit dauid p̃s. v. Dolor meus i ꝯspectu meo sp̱. Et ad hanc hortamur Hieremie. xxxi. Pone tibi speculũ: statue amaritudies. Hec amaritudo facit pacẽ ꝯscientie. Jsa. xxxviij. Ecce ĩ pace amaritudo mea amarissima Et ille dolor ꝯm sanctũ Tho. in. iiij. nõ p̃t esse minor in volũtate sicut nec dilectio. sed bene ĩ sensualitate. Et debet esse continuus. Jõ p̃s. Dolor meus ⁊c. Augꝰ. Ubi dolor finit᷑ de pena nihil relinquit᷑. ¶ Secundũ cornu infernus vbi pedes affixi fuerũt vno clauo: significat affectões anime q̃ debet affigi vno clauo. s. timore dei et timore peccati ne deuꝫ amplius offendat. p̃s. cxviij. Cõfige timore tuo carnes meas. sed cum timore peccati peccatũ ne reincidat. i. Chori. x. Qui se existimat stare videat ne cadat. Eccli. xxvij. Nisi in timore dei te tenueris cito subuertetur domus tua. ¶ Terciũ cornu ad parteꝫ sinistrã ẽ ꝓmptitudo ad ignoscendũ. qꝛ dicit Chris. Hec est virtꝰ q̃ hoĩeꝫ assimilat deo

qui nō solū inimicis indulsit sed etiā ꝓ eis intercessit. Luce. xxiij. Pater dimitte illis Eccli. xxviij. Relinque ꝓximo nocenti tibi Sed clauꝰ est timor de ꝓpiciato peccato. d' quo Eccl. v. De ꝓpiciato peccato noli esse sine metu. Exq̄ dicit aplus. i. Chorin. iiij. Nihil mihi ꝯsciꝰ sum sed in h' nō iustificatus sum. Videmꝰ ꝙ canis offendēs dn̄m vocatꝰ cū timore accedit. ¶ Quartū cornu a dextris est satisfactio quā docet Johānes baptista Lu. iij. Facite dignos fructꝰ pn̄ie sicut dicit apl's Ro. vi. Sicut exhibuistis mēbra vr̄a servire iniquitati ad iniquitatem. ita nūc iusticie in sctificatōnem. Deut. iiij. Scd̄m mensurā peccati plagarū erit modꝰ qꝛ f'm Augꝰ. Nullū malū impunitū. si non hic tn̄ ibi. Et ergo dicit Chris. Nō sufficit crux sua sine tua. Ideo hortat' Math. xvi. Qui vult venire post me abneget semetipz ⁊ tollat crucem suā et sequat' me. Sed clavus affigens est timor iudicij. ps. cxviij. A iudicijs tuis timui. qꝛ nihil ibi occultū. Eccles. xij. Cuncta q̄ fiunt adducet dn̄s in iudiciū ꝓ omni errato sive bonū sive maluz sit. ¶ Tercia crux inuēta fuit crux xp̄i. ⁊ significat crucē iusticie quā portāt iusti. dicendo cū aplo ad Gal. ij. Xp̄o ꝯfixꝰ sum cruci. et Gal. v. Qui xp̄i sunt carnē suam crucifixerūt cū vicijs ⁊ ꝯcupiscētijs. Qd' v'bū pertractat Aug. in glo. dicēs. Cōgruit vr̄e devotōi vt q̄ dn̄i crucifixi passionē celebramꝰ reprimendaꝝ carnaliū voluptatū crucē nobis faciamus. O si vis meritorie te crucifigere debes hodie habere q̄ttuor cornua crucis. i. q̄ttuor v'tutes quas xp̄s in cruce ostēdit. de quib' Bern. sup Cāti. Xp̄us virtutū gēmis q̄ttuor decorauit cornua crucis. Supeminēs charitas quā ꝑfecita dextris crucis. O benigna obediētia quā adimpleuit a sinistris. O sancta patiētia quā exhibuit in ꝓfundo. O summa humilitas q̄ā sp̄ retinuit. ¶ Primū cornu supiꝰ ē charitas Unde ex charitate fit dolor crucis de subtractōe sp̄ualis ꝯsolatōis. ps. ciij. Auferes spiritū eoꝝ et deficient. i. sp̄ualem ꝯsolatōez O quāta est illa crux. Bern. Anima que semel didicit ad seip̄am intrare ⁊ intimis suspirijs suspirare. nescio an ip̄i gehēnā ad tēpus experiri penalius horribiliusq̄ extat: q̄z ꝯsolatōe sp̄uali carere. Ideo glo sup Trenoꝝ. i. Frustra q̄rit ꝯsolatōem exteriꝰ q̄ spiritualē ꝑdidit intrinsecꝰ. ¶ Secundū cornu a dextris est obedientia in difficilib' ⁊ arduoꝝ opatōne: ut diris laborib' exhauriat sanguinē ⁊ offeret xp̄o deo in recōpensam. qui sanguinē ꝓ nobis effudit. iij. Regū. ij. Effundunt sanguinez belli in pace. s' est in corpali afflictōe sanguinē attenuare. Bern. Uerum genus martirij est quotidiana afflictio corpis. ¶ Terciū cornu a sinistrꝭ ē patientia in aduersitatis oppressiōe. s. paupertatis: infirmitatis. Greg. Crux xp̄i tollit' cum aduersitas patiēter tolerat'. ¶ Quartū ⁊ infimuz est humilitas ꝓfunda xp̄i. Et sic nos si vilipendimur. ⁊ licet sit crux humiliter debemus pati. ut David. ij. Regū. xvi. cui maledixit semey. quod audiens Abisay filius sarvie ait. vt quid canis iste moriturꝰ nostro maledicit regi. Cui david. Dimitte eum ut benedictio det' mihi ꝓ maledictōne Eccli. vij. Humilia valde sp̄intū tuū Hiero. Quantūcunq; te humiliaueris xp̄o humilior nō eris. Et sic hec est crux xp̄i ꝑ quā venitur ad gloriā ⁊ exaltatōem eius: vt scribitur ad Philip. ij. Propter qd' exaltauit eum ⁊c. ¶ E ¶ Dixi scd'o subiūgit' crucis xp̄i vtilitas. Primo diabolus fugat'. Aug. Ubi signū crucis cum fide crucifixi ꝓcesserit ibi inimicus nihil nocebit. non solū fidelib' sed et infidelib'. ut patz exēplū de iudeo in templo deserto. Nam sicut david a saul ꝑ citharam sp̄intū malū effugauit. i. Regū xvi. sic crux xp̄i repellit hostem malignū ab hominibus. Augꝰ. Crux xp̄i pellit a nobis exterminatorē. si tamē cor nostrū habeat deū inhabitatorē. Ideo Innocen. In inchoatione cuiuslibet operis oportet muniri pectus crucis signaculo. ꝓpter qd' dicit Bern. in meditatōibus. Si pulsat turpis cogitatio si p̄mit te caro. si demō ꝑauit insidias. fuge ad signū crucis xp̄i et liberaberis. ¶ Secūdo paradisum vite celestis aperit. Damasce. Crux xp̄i clauis ꝑadisi. Isa. xxij. Dabo clauē domꝰ david sup humeꝝ eꝰ. Hec ē clauis

que latroni paradisum aperuit. q̃ p quinq̃ mi
lia et ducentos annos clausa fuerat. Cui do
minus ait. Hodie mecū eris paradiso. Luce
xxiij. Amb. Hoc signo celū apit. et hoīes a
malo fuant. Qd signū hodie honorem⁹ et
nos muniemur semp.

Sermo LXXVIII. Ad idem.

Peccata nostra ip
se ptulit ĩ corpe suo sup lignū. ut
pcītj mortui iustīcie viuam⁹. i. pe.
ij. F. Rabbi salomō sup Exo. dic. Mo
dus est aqle quādo portat pullos suos de lo
co ad locū q portat eos supra dorsum. eo si
pjiciat sagitta ab inferius recipiat sagittaz
et non pulli. Spūaliter. sic xp̄us qñ voluit
nos de obligatōe eterne damnatōis porta
re ad spem celesti glificatōnis accepit nos
id ē penas peccatoꝝ nr̃oꝝ sup dorsum suuz
De q̃ Deut. xxxij. Sic aquila puocans ad
volandū pullos suos ꝛc. Expādit alas ꝛ as
sumpsit atq̃ portauit pcta nr̃a in humeris
suis qñ crucē baiulauit. ps. Redemit nos ĩ
brachio extēto. Dicit cm̄ mgr in. iij. di. xv.
Prio accepit de nr̃o vt nobis daret de suo.
suscepit penā ut nobis daret pene absoluti
onem. Ideo Eusebius. Tota nostra salus
mentj ꝛ corpis puenit ex ligno crucis.

In quibꝰ vbis duo innuunt. Primo ma
gna acerbitas xp̄i passiōis. ibi. peccata nr̃a
Scdo subdit mira vtilitas nr̃e saluatōnis.
ibi. ut peccatis mortui. ꝛc. De primo dicit.
Pctā nr̃a ptulit. i. penā pctoꝝ nr̃oꝝ pfecte
tulit. Aug. Si eque pensat culpa hoīs ꝛ p
ciū redēptōis: nō tm̄ distat ortus ab occidē
te: ꝛ centrū terre a summo celi cardine. In
hoc tm̄ valet. i. plus soluit q̃ debuit. ps. cxx
ix. Copiosa apud eum redēptio. Subdit. ĩ
corpe suo sup lignū. Ecce penalitas ꝛ acer
bitas xp̄i passiōis. qz eius penalitas tanta
fuit q nō pt bn̄ explicari ab hoīe. ps. lxxxv
ij. Oēs fluct⁹ tuos induxisti sup me. glo.
id ē. oīa que de passione ei⁹ pphetata sūt e
uenerunt. Nā sic eius natura q̃ntū ad tene
ritatem oīm hoīm naturā incōpabiliter ex
cessit. sic eius passio alioꝝ passionē. Tren. i.
Uidete si est dolor similis. ꝛc. Ideo dicit

Aug. Caput nostrū intueamur. multi mar
tires talia passi sunt sed nihil hoꝝ relucet q̃
modo caput nostrū. qz xp̄us nullā ɔsolatio
nem recepit in sua passione. ꝛ noluit sibi h̄
miraculose in passiōe subtrahere. qd ex ei⁹
gratia dignatus est suis martiribꝰ tpe passi
onis clargiri. Nam quāto eis durior fuit
tribulatio tanto martirij maior interior cō
solatio. Unde sctūs Laurentius sup crate
re assatus dixit. Carbones tui refrigeriū mi
hi pbent. Et sctūs Tiburcius dum nudis
plātis sup carbōes ignitos duceret ait. Ui
det mihi sup flores roseos incedere. Sed ĩ
xp̄o nulla talis ɔsolatio. id dixit. De⁹ deus
meus q̃re me dereliquisti. Et sic ptz acerbi
tas passiōis ĩ ligno. G. Hoc lignū cru
cis figuratū est multipliciter in veteri lege.
Prio Geñ. xxij. Abraā colligauit ysaac: et
posuit eū sup struē lignoꝝ. ꝛ p⁹ h̄ semīs mul
tiplicatio ei pmittit. ꝛ sic multiplicatio xp̄i
anoꝝ facta est. Joh. xij. Si mortuuz fuerit
fructū multū affert. sicut stelle ꝛ arene ma
ris. boni xp̄iani p stellas. mali p arenā. qz isti
erūt ĩ celo vt stelle. mali ĩ inferno vt arena
in pfūdo maris. Scdo figurat Exod. xv
Ondit ei lignū. qd cū misisset in aq̃s ĩ dul
cedinē vse sunt aque. i. tribulatōes. ps. lx
viij. Saluū me fac de⁹ qm̄ intrauerūt aque
id ē tribulatōes. Sz ad dulcoratōez tribu
latōis est efficax lignū sctē crucis. et ɔsidera
tio dñice passiōis. Gre. Quicqd tribulati
onis terrena ppinat aduersitas leue erit si
inspiciat qd biberit in crucis patibulo q̃ inui
tat nos ad celū. Tercio figurat Nu. xxi.
in palo in q̃ spens ꝛc. Cassio. Crux victoria
xp̄i. pditō diaboli. infernoꝝ destructio. cele
stiū ɔformatio. mors ĩfideliū. vita iustorum
Amb. Fugat tiōr corpal vbi ptegit dulcor
dñice passiōis. Nā h̄ ɔ lignū nullū stat picu
lū. Quarto figurat. i. Reg. xvij. Dauid
tulit baculū ĩ manibꝰ: ꝛ collegit sibi q̃nq̃ la
pides lipidissimos d torrēte. misit i perā pa
storalē. ꝛ sigficat baculū crucis ꝛ q̃nq̃ vlnera
Geñ. xxij In baculo meo trāsiui iordanē istū
Jacob paup venit ĩ mesopotamiā. sz cū dua
b⁹ turmis redijt. sic cū turma gētiū ꝛ iudeoꝝ redijt
xp̄s d victoria ĩ cruce hita. Quīto lignū

crucis figuratur Hester. v. Aman parauerat lignum mardocheo et per se in eo interijt. sic diabolus nobis dampnationem parauit in ligno transgressionis. sed victus est per lignum crucis. de quo Gre. Qui in ligno vincebat in ligno quoque vinceretur. Unde et Aug. Domuit orbem vicit diabolum non ferro sed ligno. ¶ Sexto figuratur lignum crucis Dan. iiij. Ecce arbor in medio terre. cuius longitudo pertingebat ad celum. et latitudo ad terminos terre. esca vniuersorum in ea erat. Per arborem in medio terre intelligitur crux xpi in medio terre sita. De quo Ps. lxxiij. Operatus es salutem in medio terre. Hec arbor attingebat celum. quia per crucem xpi omnes nos oportet ascendere. Mat. x. Qui non accipit crucem suam et sequitur me non est me dignus. In hac arbore pendebat esca omnium animalium. i. omnium fidelium. quia xpi corpus nobis datur in cibum. Et omnes volucres celi id est fideles nidificent in ea. Bern. in meditationibus. Cum premit caro. cum pulsat turpis cogitatio recordor crucis et vulnerum xpi et resurgo et resipisco. Non inuenimus in omnibus temporibus tam efficax remedium: sicut ad vulnerum xpi refugium. ¶ Septimo figuratur Cantic. iij. Ferculum fecit sibi rex salomon. et dicitur a fero fers. quia fertur de loco ad locum. et figurat xpi crucem que fuit lectus in quo requieuit xpus. Isa. xxviij. Coangustatum est stratum. Reuera angustum quia posuit pedem super pedem: et non habuit vbi caput suum reclinaret Math. viij. Uulpes foueas habent. filius autem etc. quod figuratum est Genes. xlix. Jacob finitis mandatis quibus filios israel instruebat collegit pedes super lectulum et obijt. Spiritualiter per Jacob qui interpretatur supplantator intelligitur xpus. qui supplantauit hostem nostrum diabolum. hic collegit pedes in lectulo crucis et obdormiuit moriendo. Nam sicut quando magni domini in meridie se reclinant ad dormiendum solent fenestre claudi ut quietius dormiant. sic xpus dormiens in lectulo crucis fenestra mundi videbatur clausa quando tenebre facte sunt per vniuersam terram. ab hora sexta vsque ad horam nonam. Hic est lectus de quo Mat. xxiiij. Erunt duo in lecto vno. scilicet diuinitas et humanitas. vna sumebatur ad penam. scilicet humanitas. et alia relinquebatur libera scilicet diuinitas. Hoc est lignum preciosum inter omnia ligna siluarum. ut canit ecclesia. in quo salus nostra pependit. ut dicit Eusebius. Tota salus nostra mentis et corporis pependit in ligno crucis. Hoc est lignum cum quo fit defensio contra diabolum. ut dicit Isido. de sum. bo. Si procellis mundi et diaboli inuolueris lignum ascende crucis et liberaberis. ut legitur exemplum de iudeo signans se signo sancte crucis. et diabolus non preualuit contra eum ¶ H ¶ Dixi secundo subiungitur mira vtilitas nostre saluationis. ibi. ut peccatis mortui iusticie viuamus. Aug. in li. de salutaribus documentis. Quid est peccato mori nisi opera maligna in nobis dampnare. et hoc miserabile seculum fugere. et diabolum cum omnibus pompis debellare. Nam sicut homo mortuus nulli detrahit. nemini molestus existit. non inuidet. non superbit. et sicut in mortuo non est sensus neque motus. sic in eo qui est mortuus mundo et peccato non est interior affectus criminis nec exterior. Non tamen possumus esse sine peccatis de lege communi ut motus penitus non assurgant. quia dicit Amb. Nulla mens nulla anima est que non recipiat agrestes motus cogitationum malarum Jo. Bern. sermone. lix. super Can. Quamuis in hoc corpore manens perfeceris: erras si vicia putas emortua et non compressa magis velis nolis inter fines tuos habitat iebuseus. Subiugari potest exterminari non potest. Attamen de lege speciali est possibile vt aliquis attingat ad statum tante perfectionis vt habeat corpus emortuum: et ab omnibus motibus illicitis alienum. ut dicit Johannes cassianus in collationibus patrum. coll. ij. Subdit. vt iusticie viuamus. i. virtutibus insistemus. Nam dicit Hiero. Omnes virtutum species nomine iusticie continentur. Et hec est crux spiritualis. scilicet peccatis mori et iusticie viuere. habens quattuor cornua De quibus Bern. super Canti. Quattuor sunt cornua crucis spiritualis. superius obedientia. inferius humilitas. a dextris charitas. in sinistris paciencia et sic perficitur crux tua. De qua Mat. xvi. Qui vult venire post me abneget semetipsum et tollat crucem suam. Dicit glo. super apostolum ad Gala. v. Congruit nostre deuotioni ut domini crucifixi passionem celebremus. reprimendarum carnalium voluptatum nobis crucem faciamus. In hac cruce semper pendere debet xpianus vt sit fixus clauis. i.

p̄ceptis iusticie. Nam dicit Maximꝰ in ser-
mone de martiribꝰ. Uita oīs xp̄iani qui
ſm euangeliū viuerit crux est atq; martiri-
um. Et ab hac cruce sp̄ualr nō debemꝰ de-
scēdere sed vsq; in finē pseuerare. De quo
Bern̄. Neminē audiamus nec carnē neq;
sanguinē a cruce descēdere suadentē sed p-
seueremus quousq; deponamur. Qd̄ nob̄
ꝯcedat pater et filius et sp̄ūssanctus.

Sermo LXXIX. Ad idem.

Benedictū lignū
p qd̄ fit iusticia. scribit Sap. xiiij.
Pro quo sciendū in v̄bis p̄missis
duo tangunt. Prīo lignū crucis bn̄dicitur
ibi. Bn̄dictū lignū. scd̄o v̄o bn̄dictōis red
ditur. ibi. p qd̄ fit iusticia. Dixi pri
mo lignū crucis bn̄dicit' vbi dr̄. bn̄dictū li-
gnum. ⁊ merito bn̄dicit'. Prīo q2 in eo dia
bolus supat' et hō de ptāte eius liberat'. ut
dicit Adamātinus sup Judicū. Uisibilit'
xp̄us crucifixus est. sed inuisibilit' diabolus
supatus est. pp̄ter qd̄ demōes valde timēt
crucē. ut dicit Chris'. Ubicūq; demōes si
gnū crucis dn̄icum viderint fugiūt. timen
tes baculū quo plagā pceperūt. Jd̄ volens
esse tutus a diaboli temptatōe ꝯsignz se cru
cis signo. Nam p Aug. reddit' ratio dicēs.
Ubi signū crucifixi cū fide ⁊ deuotōe p̄ces-
serit ibi inimicꝰ nō nocebit. Dico notanter
cū deuotōe. nā fures raptores ⁊c̄. se signāt
⁊ eis non pficit. Quia dicit Chris'. Crux
xp̄i nō patrocinat' crimini. sed deuotio cū fi
de et dilectōe debet p̄cedere. iuxta illd̄ Eze
chiel. ix. Sup quē videris signū thau non
nocebis. Et sic canit ecclesia. Contra h̄ si-
gnum nullū stet piculū. Unde legit' exem-
plū de dono timoris. Cū quidā vir bonꝰ cū
vxore sua diu in pace ⁊ sanctitate ꝯmoratꝰ
esset. h̄ inuidēs diabolus immisit eis tēpta
tiones ut se suspenderēt. ⁊ sic p̄ūtem miseri
am euaderent. Cū vterq; in hac temptati-
one improba tristis efficeret' ⁊ in importuna
cogitatōe vt nō somnū capent nec ꝯmede-
re possent. quesiuit alter ab altera tristicias
suas. Rn̄dit vir q haberet voluntatē se su-
spendendi. Rn̄dit mulier ꝯsl'e fore desider-
rium suū. ꝯsentiētes ambo laqos aptant ut
se suspendāt. Tūc mlier dixit viro. O dn̄e
ꝯsulerē ut priꝰ biberemus de illo bono vino
qd̄ habemꝰ in cellario de vinea n̄ra qd̄ non
dū gustauimus. ⁊ sic potati letius ⁊ suauiꝰ
moriemur. Placuit viro. que afferēs vinū
obtulit viro. qd̄ cū vellet bibere sic ꝯsueue-
rat signauit illud crucis signo ⁊ bibit ⁊ de-
dit vxori sue. Cū aūt bibissent vinū signatū
sancte crucis signo statim fugit diabolus et
tēptatio q p toto mūdo h̄ qd̄ cogitauerūt
facere noluissent. sed ꝯfusi ad ꝯfessionē ve-
nerunt et penituerūt de malo pposito. Et id̄
docuit btūs Benedictus ꝯtra malas cogi-
tatiōes adhibere signū crucis. Cū quidam
monachus filius cuiusdā potētis in cena sua
teneret ei lucernā cogitauit in corde suo di
cens. Quis est hic cui ego seruio. et qs sum
ego q tali seruire debeo. Clamauit sanctus
benedictus. Signa cor tuū frater. qd̄ cum
fecisset temptatio recessit. et qd̄ cogitauit ali-
is reuelauit. Nam signū crucis est flagellū
quo abyciēde sunt musce moriētes a suaui-
tate vngenti. Nā dicit Aug. sup Johānē.
Signum crucis a nobis expellit extermina
torē si tamē cor nostrū habeat deū inhabi-
tatorē. Scd̄o benedictū est cruc3 lignū3
quia p illud meritū nostrū auget'. Figurat'
Gen̄. xxij. Cū Abraam colligasset ysaac su-
per struē lignoꝝ multiplicatio semīs ⁊ gene
ris sui pmitti'. cum dicit' Multiplicabo se
men tuū sicut stellas celi. Et sic p crucis li-
gnū aucta est multitudo fideliū. ut habetur
Johan. xij. Si granū frumēti mortuū fue-
rit multū fructū affert. Reuera multū. q2
hoībꝰ venit ꝯsolatio. angelis vo gaudioru3
augmentatio. De prīo dicit Rich. de scō
victo. Sicut p diaboli temptatōem ī ligno
surrexit hoīm oīs tribulatio. sic p passione3
xp̄i in ligno oīs ꝯsolatio. De scd̄o vo dicit
idem. In te crux sancta angeli augmētant
sua gaudia. Tercio bn̄dictū est lignū san
cte crucis. q2 in eo omnia sustentant'. vn̄ p̄s.
xxij. Uirga tua ⁊ baculꝰ tuus. s. crucis. ipa
me ꝯsolata sunt. Nā dicit Damas. li. iiij.
Crux xp̄i est baculus infirmoꝝ. datrix bo-
norū. auersio oīm maloꝝ. Hic est baculus

de quo .i. Regū. xvij. David tulit bacculū in manibꝰ cōtra philisteū. ⁊ sic nos crucis signū ad sustentādū ɔtra dyabolū. De quo Chris. Crux xpi est xpianoꝝ spes et victoria. mortuoꝝ resurrectio. dux cecoꝝ. via cōuersoꝝ. baccul⁹ claudoꝝ. cōsolatio pauperū vite eterne lignū. ¶ Quarto bñdictū ē crucis lignū. q2 in eo homo reconciliatᷓ. Unde ad Col. i. Pacificans ꝑ sanguinē crucis q̄ in celis et in terris sunt. Ideo ambas man⁹ extendit in cruce ad recōciliandū ambas ꝑtes. De quo Ro. v. Cum inimici essemus recōciliati sumus ꝑ sanguinē filij eius. Rabanus de laude crucis. Tu crux sancta es. egrotos curas. mestos letificas. tribulatos consolas. tu status credentium. tu firmitas operantiū. tu beatitudo in te sperantium.

¶ Quinto benedictū est lignū crucis. quia i eo adversitas dulcoratᷓ. Figuratᷓ Exodi. xv. Moyses clamavit ad dñm ꝓ aquis marath id ē amaris. et ostēdit ei lignū. qđ aquis impositū dulcorabantᷓ. Spūaliter. aque amare sunt tribulatōes ꝑsentis vite. que dulcorantᷓ ꝑ crucis memoriā. Unde Gre. Quid qđ afflictionis pateris in terris leve erit si inspiciatᷓ qđ biberit xps in ligno crucis. Nam sm Ber. Bon⁹ miles nō sentit sua vulnera dum vulnera regis intuetᷓ. Gre. Dum passio xpi intuetur nil tam grave quod non equo animo sustinetᷓ ¶ Sexto xps in eo honoratᷓ. ad Phil. ij. Factus est obediens usq3 ad mortē: mortē autē crucis. ꝓpter qđ exaltavit eū deus. s. ꝓpter obedientiā. Dicit mgr̄ in. iij. sententiaꝝ. di. xviij. Ut xps clarificaretᷓ in sua resurrectōe humiliat⁹ est in crucis passione. Nā humilitas crucis ē meritū claritatis. et claritas resurrectōis est p̄ciū et p̄miū humilitatis sue passiōis.

¶ Septimo benedictū est lignū crucis. Naz ꝑ illud omnis benedictio datᷓ. ut habetᷓ i canone de ɔse. di. v. nunq̄3. ubi dicitᷓ. Sacerdotalis gradus aliaq3 sacramēta ligno crucis ꝑficiuntᷓ. Ideo Aug⁹. in s̄mone de passione dñi. Crux xpi nobis est causa toti⁹ beatitudinis. hec de cecitate liberavit erroris. hec de tenebris reduxit ad lucē. hec debellatos quieti sociavit. hec alienatos deo coniunxit. longe ɔstitutos ꝓximos reputavit. hec ꝑegrinātes cives effecit. hec discordias amputavit. hec est pacis firmamentū. hec est abundans largitio oīm bonoꝝ. ¶ Octavo benedictū est lignū crucis. Nam ꝑ illud celum reseratᷓ De quo Damasce. Crux xpi est clavis ꝑadisi. De qua clave Isaie. xxij. Dabo clavē domus David sup humeꝝ ei⁹ Ideo Gre. in ome. dicit. Crux xpi ꝑadisū patefecit qđ ꝑ quinq3 milia annoꝝ ⁊ amplius clausū fuit. De qua aptōe dixit salvator Hodie mecū eris in ꝑadiso. Lu. xxiij. Ideo Rabanus sup Gene. Dñs in meridie crucē ascendit. Et ꝓmissa latroni habitatōne ꝑadisi post meridiē hora nona spiritū tradidit. ut vicz hora eadem q̄ primus hō lignū ꝑvaricatōis tetigerat. secūdus homo lignuz redemptōis ascēderet. Ex qua hora diei p̄varicatorē Adam ď ꝑadiso expulerit. ea hora latronē cū ɔfitentē in ꝑadisuz induceret. ¶ Dixi scđo ratio bñdictōnis redditur. cuz dicitᷓ. ꝑ qđ fit iusticia. Nota multiplex facta fuit iusticia ꝑ lignū crucis. Pria. naz ꝑ illud hō rependit qđ abstulerat. Iustū est eī q2 sm formā et q̄ntitatē delicti fiat emēdatio cum restitutōe ablati. hō aūt fructum vetitū recepit ab arbore. ꝓpter qđ mortalitatem incurrebat. ⁊ sic homo xp̄us fructuz vite restituit arbori cū pependit in ea. Homo delectatus est in omni sensu suo illicite in ligno. Et sic xp̄us punitus est in omi sensu suo iniuste. Penā eī habuit quoad tactum in flagellatōe: crucifixione ⁊ coronatione. Penā habuit quoad visum. ɔsiderando matrē lacrimantē et discipulū. audivit opprobria ⁊ blasphemias. Alios salvos fec̄ ⁊c. Gustavit acetū cū felle mirtū. Odoratus est sputi fetorē. iuxta illud Isa. l. Faciē meam nō averti ab increpātibꝰ et ɔspuentibus in me. Idcirco impletū est illud aplī ad Roma. v. Sicut ꝑ unius delictū in oēs hoīes mors in ɔdemnatōem trāsijt. ita per unius iusticiā in omnes hoīes vita in iustificatōem. De quo Ambro. in s̄mone ď passione. Quod adā in arbore ꝑdidit. hoc xp̄s in cruce invenit. Secundo iustū fuit sicut diabol⁹ hominē in ligno deceperat ⁊ vicerat

vt p lignũ viceuersa falleret et deciperet. De quo Greg. Qui in ligno vincebat ꝛc. Ideo ps. cxliiij. Justus dñs in omĩbꝫ vijs suis. De hac iusticia loquit mgr in. iij. dis. xx. reddens rõem quare xp̃s potentia nõ voluit nos liberare. sed iusticia: dicẽs. Potẽtia vincere noluit. quia dyabolus vicio peruersitatis sue amator est potentie ꝛ desertor oppugnatorq̃ iusticie. in quo euꝫ homines magis imitant qui neglecta vel postposita iusticia magis student. eiusq̃ adeptõe letãtur vel cupiditate inflãmant. Ideo placuit deo vt nõ potentia sed iusticia vincẽs hominem liberaret in quo hominẽ imitari disceret ꝛc.

De ascensione dñi.
Sermo LXXX.

Ascẽdit deus in iubilatõne: et dñs in voce tube. ps. xlvi. In verbis premissis duo innuunt. Pmo iocũda xp̃i ascẽsio. Secundo eius tremebũda reuersio. Pmo dicitur ascendit deus in iubilatõe. 2. Nota xp̃us multipliciter ascẽdit. Primo potenter q2 ppriis viribꝫ. Job. iij. Nemo ascendit in celũ nisi qui descẽdit. Glo. virtute propria. Si tu debes ascẽdere oportet q fiat virtute sua. Unde phũs in libro de generatõe. Omne leue sursum graue deorsum. Nos vo grauati sumus peccatis. ps. xiij. Omnes declinauerũt simul inutiles facti sunt. nõ est qui faciat bonũ nõ est vsq̃ ad vnũ. i. xp̃m. Ipse eñ leuis sine omni peccato. Ita potenter ascẽdit ut mirarent angeli dicẽtes illud Jsa. lxiij. Quis est iste q venit de Edom. i. sanguineus. q viderũt cicatrices vulneruꝫ. tinctis vestibꝫ d bosra. i. tribulatõe. Iste formosus in stola sua. i. claritate: in multitudine virtutis sue gradiẽs. Respondit. Ego sũ qui iusticiã loquor ꝛ ppugnator sum ad saluandum. i. p homine pugnaui ↄtra diabolũ quẽ vici: et hoiem quem saluaui. Nõ sic potenter ascẽdit Enoch. de quo dicit. Tulit eum dñs et nõ apparuit. Geñ. v. Nõ sic raptus est paulus. nec in curru sublimatus igneo vt helyas solũ in celũ aereũ. sed ipsemet ppria virtute ascẽdit. Dicit eñ sanctus Tho. pte. iij. q. lxxiij. In xp̃o erat duplex natura. s. diuina et humana. Uñ fm vnãquãq̃ naturã pt accipi ppria virtus. Pmo fm naturã diuinã. q2 in potẽtia diuinitatis fm quã est vbiq̃ ↄpetit sibi id qd est ex potentia diuinitatis facta est corpalis ascẽsio. Unde Gre. Ille p humanitatẽ ascendit i celum qui p diuitatẽ ↄtinet terrã et celum. Sed fm humanã naturã pt accipi duplex virtus. Una naturalis q pcedit ex pncipijs nature. ꝛ tali virtute manifestũ est q xp̃us nõ ascendit in celũ. Alia virtus in humana natura est virtus glie ex parte aĩe glorificate. ex cuius redũdantia glorificat corpus. q2 fm Aug. Tãta est obediẽtia glorificati corpis ad aĩam q vbi vult spiritus ibi ptinus erit et corpus pter dotẽ agilitatis. Et sic illi termini: assumpt9 ꝛ eleuat9 ferebat in epl'a ꝛ euãgelio: licet vident signficare quid alteri9 ãminiculi: pprie tñ xp̃m ascendisse importãt. q2 virtute aĩe volentis corpus xp̃i ascendit in celũ. Nã sic corpus efficit gloriosum ex pticipatõe aĩe. ita ex pticipatõe dei efficit beatũ. Et sic prima radix ascensiõis xp̃i fuit virtus diuina. Ideo xp̃us potenter ascẽdit et ppria virtute: nõ que est humane nature naturalis. sed que ẽ virtutis diuine ꝛ anime sue beate. Sꝫ diceres. tñ dicit in epl'a. nubes suscepit eũ. Respondet. nõ fecit hoc quasi nubis ministerio indigeret. sed p hoc ostẽdit q omnis creatura parata est obsequi creatori suo.

Secundo xp̃us ascendit patẽter. Actuũ. i. Uidentibꝫ illis assumpt9 est. s. aplis. De q Johan. xvi. Uado ad eum q me misit ꝛ nemo ex vobis interroget me q vadis. Glo. Palam ascendã ut nemo interroget qd vi su corpali cernet. Ideo illis videntibꝫ ascẽdere voluit vt ipi ascensiõis testes existerẽt ꝛ naturã humanã ferri in celũ gauderent. Tercio velociter. vnde dicit volasse tanq̃ venti vel angeli. Uñ ps. xvij. Ascendit sup cherubin ꝛ volauit sup pennas ventorum. Potuit sup cherubin ascendere et volare q2 mouebat non virtute nature sicut venti. sed virtute glorie: p quã corpus suum hẽbat

dotem agitatõnis. nõ tamẽ motus iste fuit ita velox ꝙ in instanti ascẽdisset. B ẽm repugnat motõi corporis locali ꝗ oportet ꝙ commẽsuratur spacio. Scdm huiõi dimensionem diuidit͛ tpus. vi. phisicoꝝ. Unde mouebatur ea velocitate qua deus disposuerat ꝛ ꝑut expediebat vt discipuli eius videre possent. Uel alia glo. ascendit sup cherubin. i. super angelos mĩstrantes qui designant͛ in ventis ꝓpter mobilitatẽ ꝛ velocitatẽ ministerioꝝ. Reuera velociter ascẽdit. refert eñ rabbi Moyses maximus astronom⁹. ꝙ dic a terra vsq; ad celum supmum tantum esse spaciũ ꝗntum de via plana vnus iret in septem milib⁹ septingentis annis si intantũ viueret. ita tamẽ ꝙ iter cuiuslibet diei quadraginta miliaria iret. et ꝙ miliare sit duorum miliũ passuũ. hec rabbi moyses. Hãc mensuratõem nouit ille qui fecit oĩa in numero pondere ꝛ mẽsura. Quarto ascendit letãter. quia cũ magno tripudio ꝛ iubilo. De quo ps. xlvi. Ascendit de⁹ in iubilatõe. Reuera xp̄i ascẽsio erat iubilosa. Primo sibipĩ ꝓpter op̄is sui ↄsummatõez. homines multũ solent gaudere qñ magna opera laudabili fine ꝑegerunt. sic xp̄us op⁹ suũ sibi a patre celesti cõmissum laudabiliter expleuerat. De quo Johan. xvij. Opus consummaui qđ dedisti mihi. Et moriẽs dixit Johan. xix. Cõsummatũ est. s. quicqđ sibi erat cõmissum a pr̃e. Nam vicerat mũduz ꝑ paupertatem. Joh. xvi. Confidite qm̃ ego vici mundũ. Item diabolũ expulerat. Joh xvi. Princeps hui⁹ mũdi iã iudicatus est. Itẽ hoiem ꝑditum reppererat. ideo letãter ascẽdit. De q̃ Lu. xv. dixit ad angelos. Cõgratulamini mihi qꝛ inueni ouem ꝑditam. Secũdo ascensio xp̄i fuit iocũda angelis ꝓpter ruine repatõnem. De q̃ ad Eph. iiij. Xp̄s qui descẽdit ip̄e est q̃ ascendit sup oẽs celos vt adimpleret oĩa. i. omnẽ ruinã angeloꝝ. Nam ex omnib⁹ choris angeli ceciderũt ↄsentiẽtes Lucifero ꝛ pctõ eius. Hanc ruinam xp̄us hodie reparare incepit. iuxta illud ps. cix. Judicabit in natõib⁹ implebit ruinas. O quantũ gaudiũ fuit angelis i xp̄i ascensione. qñ viderũt tantã multitudinez aĩaꝝ ad choꝝ coꝝ trãseuntẽ. Nã dr̃ Lu. xv. Gaudiũ est angelis dei sup vno peccatore pñiam agente. quantũ putas gaudiũ cũ tot milia animaꝝ cum xp̄o ascenderũt. potuerũt dicere illud Apoca. xix. Gaudeam⁹ ꝛ exultem⁹ ꝛ demus gloriã deo qꝛ venerũt nuptie agni. Tercio fuit iocũda patrib⁹ de limbo venientib⁹. s. ꝓpter carceris liberatõnez. et ꝓpter regni celestis adeptõem ꝛ angelorum associatõem. De hijs trib⁹ dr̃ Isa. lij. Eleuauerũt vocem suã deũ laudãtes. s. de liberatõe. et simul laudantes de regni adeptione. quia oculo ad oculũ viderũt faciẽ dñi. ꝛ delectabilẽ societatẽ angeloꝝ. Item gaudebant patres ꝓpter humane nature sublimatõez vltra angelos in xp̄o ihũ. Ambro. sup illo vbo. Nusq; angelos apphendit: dicit. O q; magnũ ꝛ mirabile gaudiũ omni stupore plenũ. carnem nr̃am sursum sedere ꝛ ab angelis et archangelis adorari. nõ in veteri testamento permiserũt se adorare angeli. ut patet Gene. xviij. Abraam tres vidit vnũ adorauit. In nouo testamẽto p⁹ ascensionẽ xp̄i dixit angelus Johãni volẽti eũ adorare. Ne feceris: ↄseruus tu⁹ ego sum. Apoca. xix. Iõ Gre. in omẽ. ascẽsionis. Nascente dño videbat͛ humiliata deitas. ascendente xp̄o dño exaltata est humanitas ꝛ hoc fuit gaudiũ patrib⁹. Quarto eius ascensio est iocũda hominib⁹. qꝛ ascendit ut pr̃em ꝓ nobis exoraret. vñ ad Hebre. vij. Accedens ꝑ semetipm̃ ad pr̃em vt ꝓ nobis interpellet. O si duo fratres essent i exilio ꝛ vnus reuocaret͛ ad patriã ꝛ alter derelinqueret͛ in exilio. vtiq; frater exul rogaretz vt frater reuocatus exoraret ꝓ eo. Et sic xp̄us nobiscũ fuit in exilio. ps. cxix. Habitaui cũ habitantib⁹ cedar. i. in tribulatõe. sed hodie reuocat⁹ ad patriã. De quo Joh. xx. Ascẽdo ad pr̃em meũ ꝛ ad pr̃em vestrũ. Gre. in ome. Maria stabat. dicit. ascendo ad pr̃em meum ꝑ naturã. vestrum ꝑ grãm. i. Johã. ij. Aduocatum habem⁹ apud deũ patrẽ q̃ est ꝓpiciatio ꝓ peccatis nr̃is. Ideo cicatrices reseruauit vt patri ostẽderet. Jõ d. herũ Securũ o peccator habes accessum ad deũ Ideo ps. xcvij. Jubilate in cõspectu regis.

Hec iubilatõ figurat̃.ij.Regũ.vi. David reduxit archam cũ iubilo.⁊ hic fili⁹ dei cor pus qđ assumpsit cũ tripudio. Quinto ascẽdit vtiliter.Joh.xvi.Expedit vobis vt ego vadam.Reuera vtilis est xpi ascensio de q̃ nobis debet fore iubilatio. Primo vt di abolũ cõfunderet.Naũ.i.Celebra iuda fe stiuitates tuas et redde vota.q2 nõ adijciet vltra vt p te trãseat belial. Per iudam in telligit̃ cõfitens.et significat quẽlibet fidelẽ cui hec v̾ba dicunt̃. vt reddat ꝓmissa diabo lo vt diabolo renũciet et pompis eius.q2 di abolus vltra nõ habet tantã ptãtem.interij t enim.i.perijt eius ptãs.q2 nõ p̃t vincere nisi volentẽ. vt dicit Hiero.Debilis ẽ ho stis ⁊c.Ergo iocũda.Jsa.xxix.Pauperes homines in sancto israel habitabũt qm̃ defi cit qui ꝓualebat.Perpẽde quantũ hodie cõfundebatur cum videbat suos captiuos ita ascẽdere ⁊ suũ locũ de quo eiectus ẽ pos sidere. Secũdo vt viam p̃pararet.Mi chee.ij.Ascendit iter padẽs ante eos.Duo erant loca. vnus vbi tristicia ⁊ mors.vt in fernus.alter in quo vita et consolatio. Via primi loci erat notissima.Jsa.v.Infernus dilatauit aiam suã et aperuit os suũ absq̧ vllo termino.et descẽderũt fortes sublimes ⁊ gloriosi ad eũ. Sed viã in celo nullus sci uit sed hodie ostendit.p̃s.xv. Notas mihi fecisti vias vite.adimplebis me leticia cuz vultu tuo.Reuera oñdit nobis in sua ꝯuer satõe.Joh.xiiij.Ego sũ via ⁊c.Aug. Xp̃s in humanitate est nobis via ad suã diuita tem.Ideo.i.Joh.ij.Qui dic̃ se in xp̃o ma nere dz sicut ip̃e ambulauit ⁊ ille ambulare M Primo xp̃s descẽdit. ad Ephe.iiij. Qui descẽdit ip̃e est q̃ ascendit.Reuera de scendit p gradus hũilitatis.Philip.ij.Ex inaniuit seip̃m formã serui accipiẽs. et sic nos p humilitatẽ.Aug.in li.ꝯfessionũ.De scendite vt ascẽdatis.Luce.xviij.Qui se humiliat exaltabit̃.Aug⁹.de ciui. dei.Hu militas est via in celũ nõ leuãs se ꝯtra deũ. Berñ.Si ascendere desideras necesse ẽ vt descendas.Si vis habere celsitudinẽ dei cape prius humilitatẽ dei.ꝓuer.xxix.Hũi lem spiritũ sustinet glia.Berñ.sup verbo. Ascendo ad p̃rem meũ: dicit.Xp̃us descen dit quo inferi⁹ nõ debuit.vicz vsq̧ ad car nem: vsq̧ ad crucẽ.vsq̧ ad mortẽ.vsq̧ ad limbũ.Ideo ascẽdit quo celsius nõ potuit. q2 sup oẽs celos.Marci.vl.Sedz ad dexte rã p̃ris.Dextera dei ẽ equalitas s̃m diuita tem.Sed s̃m hũanitatẽ dicit scĩus thomas est frui optimis bonis ⁊ potioribꝰ in diuita te.Sed heu in sup̱bia aliq̃ volũt ascendere qđ ẽ impossibile.ascẽdunt vsq̧ ad celos. de scẽdũt vsq̧ ad abissos sic diabol⁹.Jsa.xiiij In celũ ascendã sup astra dei exaltabo soliũ meum.Audi subdit. Quõ cecidisti lucifer qui mane oriebaris .Vñ Fulgẽtius.Sup be mẽtes quãto altius ascẽdunt tãto ꝓfundi orem casum faciũt.Ber. Quẽ sequimĩ mi seri quem sequimĩ.nõne ille est mõs in quẽ angelus ascẽdit ⁊ factus est diabol⁹.Isido. Si quis in valle nõ ambulauerit ad mõtẽ ascẽdere nequit. Scđo innocenter vixit postq̧ descendit.i.Pe.ij.Peccatũ ñ fecit Et sic nos.q2 corp̱a de quanto puriora de tanto leuiora. ⁊ sic puri a peccato apti sunt ad ascendendũ.p̃s.xxiij.Quis ascendit in mõtẽ dñi.Rñdet.Innocẽs manibꝰ ⁊ mũ do corde. Tercio postq̧ passus est ascẽ dit.Luc.vlti.Nõne optuit xp̃m pati. ⁊ sic intrare in gliam.sic ⁊ nos p passionẽ. Act. xiiij.Per multas tribulatões ⁊c.Hortat̃ nos Mat.xvi.Qui vult venire p⁹ me ab neget semetip̃m ⁊ tollat crucẽ suã et sequat̃ me. N Crux xp̃i duobꝰ modis tollit̃ cũ p abstinentiã corpus macerat̃ ⁊ p ꝯpassi onem anim⁹.Geñ.iiij.Subter te erit appe titus tuus.Figurat̃ xp̃i passio in ꝓcessiõe Nos trãsiuimus vt discipuli post crucifi xum.sic licet xp̃us nõ reintrauit cum illis. tamẽ nos crucẽ reportam⁹.q2 s̱p est nobiscũ spũali p̄ñtia.Math.vlti.Vobiscũ sum ⁊c. In primitiua ecclesia ꝓcessio fiebat quintis ferijs.nũc die dñica ꝓpter plura festa. Eti am die dñico ad designandũ ei⁹ resurrectio nem.Sed heu multi volũt p diuitias ascẽ dere qđ est impossibile.Gre.Nemo valet ascendere ad id qđ sup ip̃m est nisi sciat ma ctare qđ est.Eccĩ.xviij.Ne p̃stes ꝯcupiscẽ tias aĩe tue. Quarto prius surrexit.et sic

nos. Ephe. v. Surge q̄ dormis ꝛ exurge a mortuis ꝛ illuminabit te xp̄us. Ifi. Nō ꝓdest xp̄i resurrectio nisi surgam⁹ cum xp̄o ¶ Quinto reprobrauit incredulitatē cor. ꝛsic tu vitā criminalē ꝑ displicētiā. Aug. de ꝟbis dn̄i. Displiceat tibi qđ es si vis ꝑuenire ad illud qđ nō es. ¶ Sexto trāsiuit ad montē oliueti de q̄ ascēdit. ad designādū ꝙ ꝑ opa misericordie ascēdere debem⁹. Eccl. xvi. Omnis misericordia faciet vnicuiq̄ locū sm̄ merita operū suorū. Figurat. i. Mach. ij. Dauid in sua misericordia ꝯsecutus est regni sedem in secula. i. Thimo. iiij. Pietas ad omnia vtilis est maxime ad ꝓmissionē vite eterne. ¶ Septimo eleuatis manib⁹: ad designandū ꝙ omnia nr̄a bona in deū debemus trāsfundere. i. Chori. x. Oia quecūq̄ facitis ad gl̄iam dei facite. ¶ Secūdo vtiliter. qr ad fidei ꝯfirmatōem. Aug⁹. in sermone de ascensiōe dicit. Xp̄i ascēsio est fidei catholice ꝯfirmatio. ¶ Tercio vtiliter qr ad erectōez spei. Aug. Naturā nr̄am sublimauit ad sidera ut credentib⁹ post se viā patere demōstraret. ¶ Quarto vtiliter ad charitatis inflāmatōem. Christ⁹ hodie ascēdit in celū vt cū illo ascēderet cor nostrū. Greg. Illic sequamur corde vbi credim⁹ eū corpore. Aug. in sermone hodierno. Si deuote ascensiōem celebram⁹. tūc sursum corda habeamus. Reuera debemus inflāmari charitate. Leo papa in sermone hodierno. Hodie firmati in ꝑadisum ꝑ passionē eius ampliora sumus accepturi ꝑ suā gl̄iam q̄ ꝑdidimus ꝑ diaboli inuidiā. ad Col. iij. Que sursum sunt querite. Mat. vi. Ubi ē thesaurus tuus ibi ꝛ cor tuū. Heb. xiij. Nō habemus ꝑmanentē hic ciuitatē sed futurā inq̄rim⁹. Johan. xiiij. Uado pare vobis locū vt vbi ego sum ꝛ vos sitis. ¶ Sexto ascēdit honorabiliter. ps̄. lxvij. Ascēdit in altū captiuā duxit captiuitatē. i. eos q̄ fuerūt a diabolo captiuati. prouer. xx. Honor regis multitudo populi. O q̄ cū magno honore suscept⁹ ē hodie. Hiero. Oēs ꝟtutes angelice xp̄o venerūt obuiā. Ps. lxxij. dictū impletū est In voluntate deduxisti me ꝛ cū gl̄ia suscepisti me Ideo ps̄. lxvij. Psallite deo q̄ ascēdit super celos. Ideo canit eccl̄ia. O rex dn̄e ꝟtutū q̄ triūphator hodie ꝛc. ¶ Secundo sequitur tremebunda reuersio in voce tube. i. Thes. iiij. Canet enim tuba. ps. xlix. Deus nr̄ manifeste veniet et nō silebit. Zach. ix. Dn̄s in tuba canet ꝛ exibit ut fulgur gladius ei⁹ in iudiciū scindens ex vtraq̄ pte. ¶ O Sciendū tamē ꝙ audiet triplex vox in aduentu xp̄i ad iudiciū. s. vox citatōis. vox disceptatōis. vox diffinitiōis. ¶ Prima vox citatōnis. Math. xxiiij. Mittet angelos suos cum tuba ꝛ voce magna. ꝛ ꝯgregabunt electos eius a quattuor ventis celi. Chris. O q̄ magna erit illa vox ꝛ terribil. cui omnia obediunt elemēta. que petras scindit. inferos frangit. monumenta aperit. vincula mortis dissoluit. et vniuersos ad iudiciū surgere compellit. Adeo terribilis erit reprobis sicut dicit Aug. ꝙ mallēt reprobi oē tormētū sustinere q̄ ipsam audire. Tūc reprobi dicēt mōtib⁹ Apoc. vi. Cadite sup nos De hac voce dixit Hiero. Siue ꝯmedā siue bibā sp̄ sonat illa vox i aurib⁹ meis. surgite mortui ¶ Scd̄a vox disceptatōnis erit terribilior. Johel. iij. Cōgregabo oēs gētes in vallē iosaphat ꝛ disceptabo cū eis. Primo obijciēdo malis bn̄ficiū passiōis. ꝓpter qđ reseruauit cicatrices ut dic Aug. Deinde opera misericordie que nō fecerūt. Math. xxv. Esuriui ꝛc. Deinde mala q̄ ꝑpetrauerūt. Eccl̄s vlti. Cūcta q̄ fiūt adducet dn̄s ad iudiciū. O q̄d rn̄debit miser pc̄tor. Isa. xxxviij Quid rn̄debo cū ipse fecerim. ps. cvi. Ois iniq̄tas opilabit os suū. muta fiūt labia dolosa. q̄s sapiēs ꝛ intelliget misericordias dn̄i ¶ Tercia vox diffinitōis. ꝛ ē terribilissima. q̄n vltimā sn̄iaz dabit ꝯ malos. De q̄ voce dr̄ Zach. ix. Dn̄s i tuba canet ꝛ exibit vt fulgur gladi⁹ ei⁹ i vltima sn̄ia. O q̄ acutus gladi⁹ scindēs ex vtraq̄ pte. s. corp⁹ ꝛ aiaz q̄n dicet reprobis. Ite maledicti in ignem eternū q̄ vob paratus ē ꝛc. Iō canit eccl̄ia. Ue cū flāmiuoma nube reuerteris ꝛc.

Sermo LXXXI. Ad idem

Dominus quidē ih̄ūs postq̄ locutus ē eis ascēdit

in celū. Marci vlti. ¶ Dicūt naturales q̄ aqua in aqueductu talē hz ɔditōem q̄ quā tum descēdit tantū ascēdit dū fistula sit ite gra. ¶ P. ¶ Spūaliter. p aquā intelligit̄ pp̄ls xp̄ianus. Vn̄ Apocal. xvij. Aq̄s quas vidisti sunt ppl̄i. Hec aqua ducit̄ in fistula idē in tore fidei et grē diuine. Et cū hec fistula sit integra hec aqua .i. pp̄ls fidelis tm̄ ascendit sursum in celū q̄ntū descēdit inter ris. i. se humiliauit. Lu. xviij. Qui se hūiliat exaltabit̄. Et sic xp̄s humiliauit se descē dendo in vter virginis ꝛ induit habitū ho mis. Scd̄o hūiliauit se vsq̄ ad p̄sepe. et ad crucē. ad tumulū ꝛ ad infernū. ꝑpter qd̄ me rito ascēdit. Ideo Bern̄. tractās illd̄ Ascē do ad p̄rem meū dicit. Xp̄us descēdit q̄ in ferius nō decuit. is ascēdit q̄ alti⁹ nō potu it. Quapropter dicit Gre. i omē. de ascēsiōe Sicut nascēte dn̄o diuinitas est hūiliata. sic eo ascēdente humanitas eius est exaltata. Dicit eciā mgr̄ in. iij. di. xviij. Decuit vt p pter peccatū hō nō intromitteret̄ in padisū idē in celū. nisi in hoīe vno tāta esset hūilitas q̄ oībo pficere posset. sicut in hoīe tāta fuit sup̄bia q̄ oībo nocuit. ꝛ illa repata fuit solū p xp̄m. Jō Apoca. iij. Vidit Johes ostiū apertum illi q̄ modicā ꝟtutē habuit. i. xp̄o q̄ habuit hūilitatē. ꝑpter qd̄ Joh. iij. Nemo ascēdit nisi q̄ descēdit. i. pmaxime se hūilia uerit. Aug. Portā quā nobis clausit super bia nr̄a apiat hūilitas. Sim⁹ g̃ xp̄m sectan tes in ei⁹ hūilitate. De q̄ Judith. viij. Hu miliem⁹ illi aīas nr̄as. expectem⁹ hūiles cō serusiōem ꝛ ɔsolatiōem ei⁹. Ber. Si vis cape celsitudinē dei cape pri⁹ hūilitatē xp̄i q̄ prius p̄dicauit et se hūiliauit. de q̄ thema Dn̄s q̄dem ihūs ꝛc. ¶ In summa euāge lij duo innuunt̄. Prīo amicabilis xp̄i appa ritio. Scd̄o subiungit̄ mirabil' ei⁹ ascensio De prīo dicit. In illo tp̄e. s. in die ascēsiōis recūbentibo vndecim discipul'. scz ī cenaclo in q̄ mādncauit xp̄s cū discipul' an̄ passiōē. tūc apparuit illis ihūs in die ascēsiōis. bis enim apparuit. s. in cenaculo ꝛ ī mōte oliue ti de q̄ ascēdit. ¶ Q. ¶ Diceres. qm̄ ecclia canit. dn̄s de sinay ascendit. R̄ndz roilbel mus in rōnali. Hoc intelligit̄ q̄ntū ad inter p̄tatōēz. q2 sinay interp̄tat̄ mandatū. Ascē dit ergo de sancto mandato. Eūtes docete omnes gētes. Aug⁹. Omnis xp̄i actio est nr̄a instructio. Et xp̄s hodie octo fecit nob in exēplū. vn̄ Greg. Optet fratres vt illuc seq̄mur corde vbi xp̄m credimus ascēdisse carne. ¶ Prīo xp̄us apparuit discipul' in cenaculo. ꝛ sic optet q̄ xp̄us nobis pri⁹ ap parebit p grām in corde. Nam s̄m Rich. li. iij. de ɔtēplatōe. Sine grā nec sufficim⁹ ad veritatē ɔgnitōem nec ad ꝟtutis amorē q2 dic̄ Aug. Grā est lumē aīe faciēs deum sup oīa diligere ꝛ ei firmiter adherere. Jō Gre. Tua nos grā sp p̄ueniat et sequatur p̄ueniat inspirādo. et sequat̄ adiuuādo. Dicit eciā Gre. in. xvij. mora. Si lumē grē in nobis nō appareret mēs nr̄a in pctōꝝ tene bris remaneret. ¶ R. ¶ Scd̄m est allocu tio. Dicit Aug. de triplici hītaculo dei. Al locutio ē eius debita ꝛ occulta inspiratio. q̄ mediāte suā ꝟitatē ꝛ voluntatē inuisibilit̄ ostēdit. de q̄ p̄s. lxxxiiij. Audiā quid loquat̄ i me dn̄s de⁹ meus. Gre. Vox dn̄i audit̄ cū inspiratio mente ɔcipit̄. ¶ Terciū est ex probratio peccatoꝝ. Nam dic̄ Aug. Hoc ē ꝓpriū grē ut faciat hoīez peccatū suū ɔgno scere. ꝛ Gre. Quāto maioris grē lumē q̄s recepit: tāto mag̃ rep̄hensibilē se ɔgscit. p̄s. xlix. Arguā te ꝛ statuā ɔ̄ te faciē tuā. q. d. qd̄ posuisti post tergū tuū De quo i textu Exprobrauit incredulitatē eoꝝ. s. ad p̄sens habitā. q2 hijs qui viderāt eū resurrexisse nō crediderūt. i. Marie magdalene ꝛ disci pulis venientibo de emaus. ad designanduz q̄ licet oīē peccatū est redarguendū. signā ter tñ infidelitatis. q2 dicit Aug. Illa ma nente cetera deneant̄. q2 sine fide falsa ē oīs religio. etiā in bonis moribo. Jō Aug. de ꝟ bis apl̄i. Hō infidelis nō p̄t videre splēdo rem veritatis. sz ī tenebris manet cecitatis. ꝛ lumē eternū nō lucet ei. De q̄ in ca. xxiiij. q. i. q2. Nisi q̄s soliditatē fidei tenuerit deū cognoscere nō poterit. q2 scribit̄ Abacuc. ij Justus ex fide viuit. Idcirco merito argu itur hō in seip̄o q2 fidem opibo nō impleuit ꝛ ꝑpter h̄ ingemiscit. q2 dicit Hugo de scō victore. Tunc peccatoꝝ salus incipit q̄ndo

pera citer de peccatis ingemiscit. Quartum est mādatū et eiusdē ꝓpositio ut a hierusalem nō discederēt. sed expectarēt ꝓmissionem patris. Spiritualiter. hierosolima id ē pacifica. Et sic si volumus cum eo ascēdere a pace nō debemus recedere. Unde ad Hebre. xij. Pacem et sanctimoniā sequamini sine quibus nemo videbit deū. Ideo bernē. Compone mores ut sis pacificus et eris verus dei filius. Math. v. Beati pacifici qm ipsi filij dei vocabunt. Et loquit de pace mētis. De quo Gregori⁹. xxiiij. mora. Sanctorum mens tanta pace vtit ut nec ꝓsperitate extinguitur. sed p̄miū eternitatis expectat. et vires ex aduersitatibꝫ sumit. quia crescente pugna crescit et corona. Dicit eni p̄s. psal. xxvi. Si exurgat aduersum me p̄lium. in hoc ego sperabo. Quintū est comestio. et hec comestio significat p̄libatōez et p̄gustatōem cibi vite eterne dulcedinis p desiderij amorem et deuotōem. Unde p̄s xxxiij. Gustate et videte quoniā suauis ē dominus. Nam regnū celorum non dat nisi esurienti. Esuries anime est desideriū beatitudinis. De quo Ambro. in meditatōibus O dn̄e fac me gustare p amorē quod gusto p cognitōem. Nam de tali spirituali cibo reficit aīa. De quo autor de spiritu et littera. Hec est vita cordis nostri cū aīa deum cōtemplatur et in cōtemplatōe reficit. Et qui hanc p̄gustatōnem nō habuerit ad regnū celeste nō anhelat. Unde Gre. sup Ezech. Quāto intēsius intelligit. id est gustat: tanto delectabilius a temporalibꝫ delectatōibus requiescit. Et subdit. Hijs dulce est esse in terrenis ecbꝫ qui nihil gustauerīt de celestibꝫ. Sextum est ad montē oliueti deductio. Et p hoc significat operū misericordie exhibitio. quia dicit aplus. i. ad Thimoth. iiij. Pietas ad omnia vtilis est maxime ad ꝓmissiōez vite eterne. Et ergo non sufficit in terris habere deuotōem interius. nisi etiā homo exterius exerceat se in miseratōe ad p̄ximū. Nam scribit Ecclesiastici. xvi. Misericordia vnicuiqꝫ parat locū sm illud p̄s. cij. Coronat te in misericordia et miseratōibꝫ. Hoc est oleum de quo Eccle. x. Oleum de capite nō deficiet. i. oleū misericordie. Nam ostia templi fuerunt de oliua in hierusalē. iij. Regū. vij. Et sic misericordia est celi ianua. Unde. i. Machab. ij. Dauid in misericordia cōsecutus est regni sedem in secula. Septimū est versus bethaniam deambulatio. Bethania. i. domus obedientie. Nam ih̄c fuit obediens vsqꝫ ad mortē. ad Philip. ij. Propter quod exaltauit illū deus. Et sic nos si volum⁹ secū assumi debemus mandatis suis obsequi. Mat. xix. Si vis ad vitā ingredi serua mandata dei. eo qꝫ dicit Aug⁹. super psal. Sola obedientia accipit palmam. inobedientia penā. Glosa Math. ij. Per aliā viā reuersi sunt in regionē suam: dicit. Sicut p inobedientiam a paradiso cecidimus. ita p obedientiā appropinquamus. Octauo eleuatis manibus ferebatur in celū: et in eleuatōne manuum ascendit. et ostendit manus et pedes et stigmata vulnerū reseruata. ad ostendendū qꝫ volentes cum christo ascēdere debent ei⁹ passionē hic portare. Math. xvi. Qui vult venire post me abneget semetip̄m: et tollat crucem suam etc̄. Ideo in ꝓcessiōe portam⁹ crucem et sequimur ad designandū illō apostoli ad Roma. viij. Si cōpatimur simul et glorificemur. Nam p multas tribulationes oportet nos intrare ad regnū dei. Actuum. xiiij. Sed in omnibus hijs debet esse fides. quia dicit Aug. in libro de fide. Fides est humane salutis initiū et fundamentum omniū bonorū operum. Ideo subdit. Eūtes in mundū vniuersum. quia christ⁹ tantū redemit. quantū ergo in se est omnes vult saluare. Unde. i. ad Thimoth. i. Uult omnes homines saluos fieri. Predicate euāgeliū omni creature. id ē omni homini. et hoc ratione conuenientie. Grego. Homo habet conuenientiā cū omnibus creaturis. esse cū lapidibus. viuere cū plantis. sentire cū animalibus. intelligere cū angelis. Quapropter sm similitudinē homo dicit microcosm⁹. i. minor mundus qsi omnē creaturā continens sm eundem homo dicit omnis creatura. qꝫ ꝓpter eū omnis creatura mūdi est ꝓducta Unde mgr̄ in. ij. sentētiaꝝ. di. i. Totū ho

Accipite ⁊ manducate hoc eſt corp⁹ meum. i. Cor. xi. Audiſtis quõ accipere debem⁹ hoc venerabile ſacramentū cū charitatiua affectõe. Nunc vero videndū eſt quid ſequit̃ ipſam charitatiuã affectionẽ. et eſt eternoꝝ occulta reuelatio. Nã ſm̄ Gregoriū. xiij. ꝯfeſſionū. Charitas eſt pondus inclinans amantẽ ad amatū. ⁊ appropinquare facit amato inquantū pt. Nã dicit Dioniſi⁹. Quanto propinqui⁹ eſt amans amato: tanto veri⁹ ⁊ ſubtili⁹ reuelat̃ ſibi amatū. Unde Hugo ſup. vij. angelice ierarchie. Qui ardentius diligūt ꝓfundius conſpiciunt ⁊ ſubtili⁹ diſcernūt. ⁊ quia cautiori modo reſpiciūt. pculdubio euidentius cognoſcunt. Idcirco quãto eterna magis amant̃ tanto perfecti⁹ cognoſcunt̃. Et ſic verificat̃ verbū Richardi. iij. de cõtemplatõne. Ex magnitudine diuine dilectõis pendet modus diuine reuelatõis. ergo merito ſequit̃ charitatiuã affectõeȝ occulta eternoꝝ reuelatio. A. Nota reuelatio eternoꝝ dr̃ occulta. q2 non niſi in occulto percipit̃. De q̃ Hugo li. iiij. de archa noe dicit. In reuelationib⁹ neceſſaria eſt ſecreta habitatõ ⁊ mẽtis collectio ſiue vnio. Un̄ ſi ſcrutemur ſcripturas. tunc vix aut nunq̄ deū locutū fuiſſe in multitudine inueniem⁹. ſȝ quotiẽs voluit aliquid innoteſcere hominib⁹ nõ gentibus aut populiſ. ſȝ paucis ⁊ a ꝯuentu hominum ſegregatis vel p nocturna ſilentia. vel in campis. vel in ſolitudinib⁹. montibus et vallib⁹ ſe manifeſtauit. Sic locut⁹ fuit noe Gen̄. vi. et Abraam Gen̄. xij. et Jacob in via Gen̄. xxviij. In ſomnis vidit ſcalaȝ et dominū innixū. poſtq̄ euigilauit dixit. Uere dñs eſt in loco iſto. ſic ⁊ Moyſi Exo. iij. cū paſcebat oues Jetro cognati ſui ſacerdotis Madian. Cū minaſſet gregẽ ad interiora deſerti venit ad montẽ dei oreb. apparuit dñs in flãma ignis de medio rubi. Et vidit q̄ rub⁹ ardebat ⁊ non cõburebat̃. Et Ezechieli circa fluuiū chobor. ⁊ ſic q̄ſi oib⁹ ꝓphetis. Et ſequit̃. quid eſt q̄ in ſecreto loquit̃ de⁹: niſi q̄ nos ad ſecretū vocat. ⁊ q̄ cū paucis loquit̃: niſi q̄ nos colligit ⁊ inueniet. ſic ſimilis eſt ratio quare in ſcripturis obſcure loquit̃: niſi ut veritas malis abſcondat̃ ⁊ bonis reuelet̃. vñ q̃ Math. vij. Nolite margaritas ꝓijcere ante porcos ne margarite porcoꝝ pedib⁹ ꝯculcent̃. B. Ex his patȝ q̄ reuelatões nõ ſunt eq̄les. q2 non oẽs hoĩes eq̄liter a ſenſu abſtrahunt̃: nec equaliter in intellectu exercitant̃: nec equaliter in intellectu ſurſum eleuant̃. Ideo neceſſe fuit vt quibuſdã fierẽt reuelatões ſenſibiliter. quibuſdã intelligibiliter. Nã quibuſdã patribus fiebãt ſenſibiles reuelatões. vt exẽplificat Dyoniſi⁹. iiij. c. angelice ierarchie. ſic paſtorib⁹ ⁊ quibuſdã alijſ. Hec reuelatõ ad intrandū eterna allicit. Scd̃a reuelatio eſt intellectualis. q̃ fit intellectualiter viuẽtib⁹ ut filijs iſrl̃ ex egipto exeuntib⁹ iã intellectualiter ambulantib⁹. ⁊ hec reuelatio introducit ad eterna vt poſtmodū patebit. Tercia reuelatio eſt ſupintellectualis. ⁊ hec fit trãſmentib⁹ vnitis. ⁊ egreſſis de egipto ⁊ interiorib⁹ deſerti exeuntib⁹ vt moyſi. ⁊ hec reuelatio eternitati ꝯuenit. Iſtas reuelatões mens percipit q̃ in infimis ⁊ in intimis ſtare ꝯſueuit. Itẽ nota q̄ reuelatio ſenſibilis fit plebi ſimpliciter viuẽti: de egipto tp̃aliexire deſideranti ad terrã ꝓmiſſe hereditatis. Et hec reuelatio vt dicit Richar. ſuper Apoc. c. i. ſenſibilis fit dupliciter. Fit enim qñq̄ p ſigna ſenſibilia vt qñ res videntur ſenſib⁹ corpalib⁹. i. extra ⁊ abſq̄ ſignificatione miſtica. vt pharaoni ⁊ his qui nulluȝ ſenſū ſp̃ualem ⁊ miſticū intellexerūt. ⁊ hec nõ fuit pfecta reuelatio. q2 illis vltra ſenſū nõ fuit reuelatū. C. Eſt alia reuelatõ ſenſibilis. ſ. viſio corpalis q̃ fit ſenſib⁹ exteriorib⁹. vt quando res vident̃ in quib⁹ latẽt ſigna miſtica. qualis fuit facta patrib⁹ veterȝ

legis. vt Abraam Isaac Jacob. q2 mistica nouerāt. sic̄ ꝛ moysi cū in rubo ardēti sensibiliter dn̄s apparēs sibi in subiecta creatura dicēs. Ego sum de⁹ abraā de⁹ Isaac de⁹ Jacob. hoc nomē michi est in eternum. In hac reuelatōe sensibili ostēdit de⁹ ignē deitatis vniende cū rubo humanitatis. Nam verbū eternū ostēdit suā sensibilē denominationē. in quo ꝯiungit eterna cū tp̄alibus sp̄ūalia corp̄alib⁹. patriā exulib⁹. In h̄ q̄ dicit Ego sum dn̄s de⁹ Abraā. ego inq̄t sū. q2 esse meū est incōmutabile. hoc etiā ostēdit Joh̄. viij. Anteq̄ Abraā fieret ego sum. et Math̄. xxij. Ego sum deus Abraam nō est de⁹ mortuoꝝ sȝ viuentiū. Sȝ nō viuunt in tp̄ali mutabilitate. sed in eterna stabilitate. nō in corp̄ali mortalitate. sȝ in sp̄ūs immortalitate. non in exilio hui⁹ calamitatꝪ: sed in eterna hereditate. vt egiptū corp̄alē ꝛ temporalē vt peregrini egrediamur. ꝛ ad terrā hereditatis p̄missam patrib⁹. s. eternā beatitudinis ꝛ eternitatis anhelemur Aug⁹. in sermone de natiuitate dn̄i dicit. Natus est nobis xp̄s in tp̄e volubilitatis vt nos p̄ducat ad patris eternitatē. Fact⁹ est deus homo: vt homo fieret de⁹. Veniet igit̄ modo nō corp̄aliter sed mentaliter. s. memoria cogitando eterna. Nā dicit Aug̃. iiij. de trinitate. c. xvij. Cū eterna cogitam⁹ nō sum⁹ in hoc mundo. q2 eū iā transcendim⁹. Veniet etiā intellectu eterna ꝯtemplando. Greg⁹. xviij. moral̄. In sanctis viris eternitas iugiter aspirat̄. Veniet etiā voluntate eterna amando. Greg⁹. Superiora amare sursū ē ire. Nā dū homo magno desiderio ad celestia inhiat hoc q̄d ip̄m capere querat iam degustat. Secunda reuelatio intellectualis illa non fit oculis carnis sed mentis. vt dicit Richardus. Et fit dupliciter. Primo qn̄ anim⁹ p̄ sp̄ūmsanctū illuminat⁹ formalibus reꝝ visibiliū similitudinib⁹ ꝛ imaginib⁹ p̄monstratis siue p̄sentatis ad inuisibiliū cognitionē ducit̄. Et hanc Johes in Apoca. vidit. ꝛ Ezechiel p̄pheta. vt dicit glosa super primū p̄logū Apoc̄. ꝛ in fine alteri⁹ p̄logi dicit̄ q̄ Johānes imagines vidit i mēte ꝛ in eis veritatē intellexit. Hec reuelatō ad eterna ducit. q2 p̄ eā intellect⁹ ad inuisibiliū ꝛ eternoꝝ cognitōez exurgit. Vn̄ Richard⁹. Qn̄ intellect⁹ p̄ internā inspirationē suauiter tact⁹ nullis mediātib⁹ reꝝ visibiliū formis ad celestiū cognitōez erigit̄. sic̄ Dauid p̄pheta vidit in spiritu q̄ vidit. Et Haymo sup̄ Apoc̄. ꝯcordat dicēs Intellectualis reuelatio fit qn̄q3 nō p̄ corp̄ales res nec p̄ similitudines. sȝ ipsa veritas imediate manifestat̄ videntib⁹. q̄d p̄prie electorū est. Math̄. xvi. Caro ꝛ sanguis nō reuelauit tibi. sed pater me⁹ p̄ interiorē inspiratōnem. P̄s. lxxxiiij. Audiā quid loquat̄ in me dn̄s de⁹. Nā talis reuelatio intellectualis nō fit nisi intelligentib⁹ vt moysi ꝛ interiora deserti ingredientib⁹ vbi oīe velū remouetur ab eis. Nā reuelatio dicit̄ q̄si veli remotio ab oculis intellectualib⁹. Quā remotionē petiuit Dauid. Reuela oculos meos ꝛ ꝯsiderabo mirabilia de lege tua. i. Coꝛ. ij. Nobis reuelauit de⁹ p̄ sp̄ūmsanctū q̄ oīa scrutat̄: etiā p̄funda dei. Tercia reuelatio ē supintellectualis. ꝛ dicit̄ supintellectualis q2 ampli⁹ habet fieri p̄ dilectionē q̄ p̄ intellectū. q2 pl⁹ diligit̄ q̄ intelligit̄. ꝛ dilectō intrat vbi intellect⁹ foris stat. Nec obstat q̄d dicit Aug̃. Incognita nequaq̄ possunt amari. Que duplex est. s. itellectual̄. ꝛ affectualis. Idcirco dicit Dyonisi⁹ Ver⁹ amator dei vnit̄ immediati⁹ deo q̄ intellectus. Nā q̄d intellect⁹ nō capit noticia affectualis p̄cipit: q̄ est superior intellectuali. Vercellen̄. sup̄ Canti. Intellect⁹ ꝛ affect⁹ simul coambulāt vsq3 ad nouissimū defectū. Intellectus in celestib⁹ vbi habet sue cognitōis ꝛ luminis sui ꝯsummationē tūc affect⁹ cōtinet ad deū principalia suspiria ꝛ supintellectuales extensiones ꝛ immissiones. feruidos fulgores. ꝛ fulgidos feruores. ad que oīa intelligentia trahi nō potest: sȝ affect⁹ Et subdit. tanta est virt⁹ veri amoris q̄ nō solū facit angelos ꝛ hoīes excedere naturaȝ p̄priā vt in deū ascendāt. sȝ etiā deū q̄si naturā p̄priā egredi vt ad creaturas quasi infra naturā p̄priā ꝯdescendāt p̄cedēdo. Ex his patet q̄ reuelatio supintellectualis nō fit p̄ itellectualē cognitōez. sȝ p̄ ardētissimā

⁊ sup̄ feruidā dilectōis experimentalē noti
ciā. Vñ Dyonisi⁹ de diuinis noīb⁹. Audē
dū est dicere ꝑ veritate. cū trāsit est inegres
sibilis a se. licꝫ ip̄e suā immēsitatē nostre ca
pacitati ꝯtemperet eo tñ nō mutato. Et h'
reuelatio nō fit nisi in seraphicis mentib⁹ in
interiorib⁹ deserti existentib⁹ ī caligine oc-
culti silētij. Ideo Dyonisi⁹. O amice thi-
mothee vt sis capax illius reuelatōis incor
porati sic radio diuīo derelinq̄ sensus ⁊ sen
sibilia exteriora ⁊ intellectuales opatōes. ⁊
oīne ītelligibile ⁊ forti conatu hec cōprime
Et sicut est tibi possibile ꝯsurge sup̄intelle
ctualiter ad vniōnē dei. q̄ est sup̄ omnē co-
gnitionē. ⁊ sic te habe in caligine ista donec
diuin⁹ radi⁹ de ⁊ circūuelate appareat. ⁊ sic
reuelet se. ergo fm̄ Lincōniēsem cōmenta-
torē dyonisij. Grad⁹ illi⁹ ascensionis sunt
Prīo derelinq̄re oīa sensibilia. Scd̄o oīa
ītelligibilia. Jō ingredere caliginē vbi ap-
paret de⁹. O q̄ȝ pulcra ē talis aīa. vt imple
bit̄ illud Jsa. lviij. Implebit dñs splendo
rib⁹ aīam tuā. Exēplū de moyse cui⁹ facies
splēdida fuit. q̄ separauit se a pp̄lo ascēdens
in montē sex dieb⁹ fuit ī nube. septimo die
apparuit sp̄us dñi q̄si ignis ardēs. secretuꝫ
ibi inuenit̄ vere ⁊ tenet̄ q̄lis ibi inuenit̄. ⁊ ñ
est effabile homini vt Paulo. ij. Chor. xij.
Scio hoīeꝫ raptū in terciū celū an in corp̄e
vel extra corp⁹ nescio. ⁊ vidit ea q̄ nō licet
homini loqui. Cui talis reuelatio fit p̄t di-
cere illud Math. xi. Cōfitebor tibi pater ce
lestis. q̄r abscōdisti hec a sapiētib⁹ ⁊ pruden
tib⁹: ⁊ reuelasti ea paruulis.

Sermo. XCI.

Ad idē.

Accipite et man

ducare h' est corp⁹ meū. i. Cor.
xi. Audistis q̄n̄o accipere debe
m⁹ hoc venerabile sacramentū amicabiliter
cū charitatiua affectōe quā ꝯsequit̄ occul-
ta reuelatio eternoꝝ. D Nūc vidēduꝫ
est q̄n̄o eccipe debem⁹ dulciter cū expimē-
tali ꝓgustatōe. Pro q̄ sciēdū dicit papias
Experiētia idē est q̄d noticia. Vñ si oīnes
hoīes dicunt michi h' gustabile est dulce: ꝓ
hoc nō habem⁹ noticiā expimentalē de illo.
Etiā quantūcunq̄ꝫ ꝓbant ꝑ rōnes sed fm̄
opinionē fidē vel sciētiā habere possent Sꝫ
si gust⁹ meus attingit gustabile vel attinget̄
ab illo. tūc ab illo habeo noticiā experimēta
lē. sic etiā de sensib⁹ interiorib⁹. Si lego vel
audio ab aliq̄ q̄ȝ dulcꝫ sit dñs ꝓpter hoc nō
habeo noticiā. nisi gust⁹ sp̄ūalis attingatur
diuina dulcedine. vt dicā cuꝫ sp̄ōsa Canti.
ij. Fruct⁹ ei⁹ dulcꝫ gutturi meo. vbi loquit̄
de gustu sp̄ūali ⁊ sequit̄ ꝯgrue p̄cedētia. scꝫ
charitatiuā affectionē ⁊ occultā reuelatio-
nē eternoꝝ. Quid ꝓdest multa cognoscere
vel intelligere nec illa expiri nec aliquē vsū
illoꝝ habere. Jdeo Hugo sup̄. vij. angeli-
ce ierarchie. Nō facit ꝑfectū cognitio veri
tatis: nisi etiā habit⁹ virtutꝫ in experientia
subsequat̄: magistra eñ intelligēdi est expe
rientia. Et iste optime veritatē nouit q̄ eaꝫ
nō solū audiēdo sꝫ faciēdo ⁊ gustādo didi-
cit. Ad hāc experientiā hortat̄ petr⁹. i. Pe.
ij. Si tñ gustatis q̄m dulcis est dñs. E
Dicceres in quib⁹ sensib⁹ habet̄ experimēta
lis noticia. Aug. d' spiritu ⁊ aīa dicit. Duo
sunt sensus in hoīe. exterior. ⁊ interior. Ex-
terior reficit̄ in ꝯtemplatōne humanitatis
Interior ī ꝯtemplatōe diuinitatꝫ. ꝓpterea
de⁹ fact⁹ est hō. vt hoīeꝫ beatificaret: ⁊ tota
cōuersio hoīs esset ad ip̄m ⁊ tota delectatio
esset in illo Cū ꝑ sensū carnis videt̄ ī carne
⁊ ꝑ sensum mētis videt̄ ꝑ diuinitatꝫ ꝯtem-
plationē. Sequit̄. hoc erit totū bonū hoīs
siue ingredit̄ siue egredit̄ pascua in factore
inueniet. Et infra dicit. Cū hō ꝯstat ex cor-
pore ⁊ aīa. ⁊ in carne sunt quinq̄ꝫ sensus. s.
visus audit⁹ ⁊c̄. Et sic in aīa quinq̄ꝫ sensus
spirituales. q̄r anima est sp̄ūs. Vñ d' visu
sp̄ūali Deutero. xxxij. Videte q̄m ego sum
de⁹. De auditu Apoc̄. ij. Qui habet aures
audiēdi audiat quid sp̄ūs dicat. i. sensum in
telligendi. De gustu p̄s. xxxiij. Gustate ⁊
videte ⁊c̄. De odore. ij. Cor. ij. Bon⁹ odor
xp̄i sumus. De tactu Math. ix. Quis me
tetigit: loquit̄ de tactu spirituali. s. per fidē.
Si interiores sensus debent habere vigorē
necesse est vt sensus exteriores sopiant̄. i. a
sua euagatione restringant̄. Vñ Greg. iij.

moral. Si exterior euagatio sensus claudit͂
interior sensus aperit͂. Huiꝰ rationē reddit
Hugo li. iij. de archa noe. Mētes q̄s cure
carnales exagitāt nō comp̄hendūt sapiētiā
sapidā. sȝ qui minorant͂ actu inueniēt eam.
Quādo animꝰ ab exterioribꝰ abstrahit͂ ad
seip̄m colligit͂ ꝛ robustior ad ꝯtemplanda
eterna subleuat͂. ꝛ cū a delectatione carnali
abstrahit͂ necesse est vt statim aliqd spūalis
gaudij p̄gustare icipiat. ne omnino a delecta
tione remanserit aliena q̄si semē aridū sine
humore. Ideo istas mētes interne desideri
um dulcedinis trahit quas nulla ꝯcupiscē
tia carnalis affectꝰ foris relegauit. Idcirco
ps̄. xxxiij. Gustate ꝛ videte ꝛc̄. Gustū istū
nemo extinguere p̄t nisi qui expertus est.
Vn̄ Grego. Suauitatē eiꝰ nō cognosceris
si hanc nō cognoscitis minime gustatis. qꝛ
a nullo exprimit͂ nisi ꝑ experientiā noscit͂.
ideo oportet querere q̄liter spiritꝰ noster ad
istā gustꝰ experientiā possit ꝑtingere. Resp̄o
det Hugo super ꝓlogo angelice ierarchie.
Ihesus dei filiꝰ qui est sapiētia patris venit
vt creatura in humanitate: ꝛ manifestauit
se in operibꝰ suis. ꝛ ceperat inuisibilis vide
ri visibiliter. Et sapiētia patris Ihesus in-
carnatꝰ factꝰ est quasi lumē in testa vt nos
illuminaret ꝛ ad patrē reduceret Joh. iiij.
Ipsi audiuimꝰ ꝛ sciuiꝰ quoniā hic est idelꝰ
saluator mundi. ꝛ sic cauisabat in nobis ꝛ in
sensibꝰ interioribꝰ quandā noticiā credibi-
lem eternoꝝ supernaturalē. Ro. i. Inuisi-
bilia dei ꝛc̄. Et sic Joh. vi. Quo ibimꝰ? ve
ba vite eterne habes. Et Joh. vij. Nun q̄
sic locutus est homo. Sȝ vt dicit dyonisiꝰ
Illa noticia non est experimentalis. qꝛ ex-
periencia ꝛepugnat fidei. Secūdo sapien-
tia incarnata que sūt inuisibilia ꝑ visibilia
manifestauit. Et voluit ostēdere quomodo
esset cibꝰ animaꝝ ꝛ refectio. Ideo s̄m Hu-
gonē dicit͂. Carnē assumptā nobis in edu-
lium posuit in sacramēto vt per cibū carnis
ad gustū inuitaret diuinitatis. Cantico. v.
Comedi fauū cū melle meo. Orige. Fauꝰ
est cera virginea cellulis distincta melle re
pletis. Nā comedere fauū cū melle: nō est
aliud nisi manducare corpus carnis virgi-
nee repletū cū dulcissima diuinitate. ꝛ sic ꝑ
gustū humanitatꝪ peruenit͂ ad gustū diui-
nitatis. ¶ F. Sȝ diceres q̄liter sensus spi
ritualis interior eterna experiat͂. Gregꝰ. v.
moral. rn̄det. Eternitas ꝑ mentē cernit͂ si-
ne aspectu videt͂. audit͂ sine motu. suscipit͂
sine corp̱e. Sap̄. xvi. Panē de celo p̄stiti
sti eis om̄e delectamētū in se habentē. i. oīs
saporis suauitatē. Primo videt͂ spūalibus
oculis Job. xxv. Videbūt faciē eiꝰ in iubi-
lo. Grego. iiij. moral. Hoc fit cū spiritualis
oculꝰ in radio eterni solis figit͂ om̄i immuta
bilitate ꝯculcata veritati eterne inheret. Et
sic experientiā habuit sponsa q̄ dixit. Dile-
ctus meꝰ candidꝰ ꝛ rubicundꝰ electꝰ ex mi
libꝰ ꝛ desiderabilis. Canti. v. Secūdo au-
dit͂ spiritualibꝰ auribꝰ. Gregꝰ. sup̱ Ezech.
omel͂. vij. Nō querit aures corp̱is sȝ men
tis. Apoc̄. ij. ꝛ Math. xiij. Qui habet aures
audiendi audiat. Richardꝰ. Ille habet au
res audiēdi q̄ habet sensū intelligēdi ꝛ affe
ctum diligēdi. Aug. sup̱ Gen̄. Dei sapien
tia loquit͂ inspiratōe occulta. Tercio odo-
rat͂. Dyonisiꝰ. iiij. celestis ierarchie. Deus
ꝛedolet in sensu spūali cū diuina gratia pla
cet: ꝛ sancta delectatōe nos replet. Cantic̄.
i. Curremꝰ in odore vngentoꝝ tuoꝝ. Vbi
Beda. Si dn̄s suauis sit vniuersis maxīe
tn̄ domesticis. ꝛ q̄to quis familiarius vite
merito ac mētis puritate appropinq̄t: tanto
recentiꝰ flagrantiā sentit. ꝛ hmōi non capit
intelligentiā nisi q̄tū attingit experiētia. ij
Coꝝ. ij. Deo gratias q̄ noticie sue odorem
manifestauit ꝑ nos in om̄i loco. Quarto tā
gitur. s. cū deꝰ ꝑ amorē tenet͂ ꝛ amplexatur
Richardꝰ. Deꝰ ꝑ intelligentiā videt͂. per
memoriā audit͂. sȝ ꝑ dilectionē amplexat͂ ꝛ
attingit͂. Et sic Canti. ij. dicit͂. Leua eiꝰ sub
capite meo. i. intꝰ splendores q̄ ad statū vi
atorum pertinēt. Dextra eiꝰ. i. amor in pa-
tria amplexabit͂ qui speculū nescit sȝ p̄miū m
Canti. iij. Tenui eū nec dimittā. Quīto sen
tit͂ gustu. Bern̄. li. de amore dei. Cū mente
deo inheremꝰ deo fruimur. ꝛ in fruitōne est
dulcis sapor. ꝛ in isto sapore gustat͂ ꝛ in ani
ma reficit͂. ꝛ hec refectio nō est ꝑ speculū: sȝ
ꝑ diuine dulcedinis experiētiā. Et hec est

portio Marie optima que nō auferet̄ ab ea. Bern̄. sup Canti. Deꝰ vniformiter nō sapit oībꝫ. Nā ꝓ varijs desiderijs variat̄ diuine ꝑsentie gustus. aliq̄ tm̄ audiūt. ſʒ electi sic audiūt cibū sapiētie dei vt degustāt. Jō Rich. de trinita. c. iij. Nō debet nobis sufficere eternoꝝ noticia q̄ est ꝑ fidē solū: nisi apprehendemꝰ ⁊ istā q̄ est ꝑ intelligentiā. ſʒ nec dū sufficimꝰ nisi ad illā q̄ est ꝑ experientiā ꝑueniamꝰ. tūc em̄ deꝰ quis gustat cū oīes ꝯsolatōes rēnuit. Greg. xviij. mora. Cū temporalē amissionē nō lugeo. de temporali habundantia cōsolari nō valeo. sed ī memoria dei soliꝰ delectatꝰ sum. ps. lxxvi. Rēnuit ꝯsolari aīa mea memor fui dei ⁊c. Bern̄. Sup mel ⁊ oīa est dulcis eius presentia: ⁊ delectationis ꝑsentia Et quāto delicias spūales plus experitis de tanto auidius eas appetitis.

Sermo. XCII.

Ad idē.

Accipite et manducate h' est corpꝰ meū. i. Cor. xi. Audistis quō accipere debemꝰ hoc venerabile sacramentū cū experimētali ꝑgustatione. Nūc decimo ⁊ vltimo dicendū vt accipiat̄ cū meritoria opatōne. eo ꝙ dixit dn̄s Mat. xvi. Se reddituꝝ vnicuiqꝫ iuxta opa sua. Apoc. xiiij. Opa illoꝝ sequent̄ illos. Nā cū aliq̄s in spūalibꝫ exercitatꝰ fuerit ad eterna directus ꝑ rectā intētionē. expeditꝰ ꝑ frequentē meditationem eleuatꝰ sup limpidā ꝯtemplatōez. accēsus ꝑ feruidā dilectōez. ⁊ de eternis instructus ꝑ multiplicē instructionē. ⁊ cū fuerit eterna expertꝰ ꝑ dulcē ꝑgustationē. de quibꝫ supra patuit. Quid nā restat nisi vt eternis īgrediat̄ ꝑ deiformē ⁊ meritoriā opatōz. Quid nā oīa ꝑdicta valerēt. si ea deiformis opatio nō ꝯsummaret. Nō em̄ ꝑfectū facit cognitio veritatꝫ. nisi in opatōe subsequat̄ habitꝰ virtutꝫ. Dicit em̄ Hugo sup. vij. angelice ierarchie. ⁊ in li. de tribꝫ dietis circa finē. Quid nobis ꝓdest si ī deo cognoscamꝰ maiestatis celsitudinē ⁊ nullā inde colligimꝰ vtilitatē. Si autē de illo intimo diuine ꝯtemplatōis secreto reuertimur quid nobiscū afferre poterimꝰ nisi lucē exēplarꝫ opationis. ⁊ sequit̄ merito oīa ꝑdicta. G. Nā ad h' facta est rōnalis creatura. vt opatōes tales opet̄ ꝑ q̄s mediāte grā finē suūz eternū ⁊ vltimū ꝯsequat̄. Qd̄ ostdit Linconiensis cōmētator sup. iij. angelice ierarchie dicēs. Facta est rōnalis creatura non solū ꝓpter inherere deo ꝑ dilectōez: ſʒ etiā ꝓpt̄ opari s̄m sacras ordinatōes ad ꝓximū ex dilectōe ꝓximi. ⁊ si ꝑdicto modo non opet̄ tūc caret fine ꝓpter quē facta est cū neutra dilectio maneat sine altera. Nā s̄m Greg. Charitas opat̄ mag̃. Et apl's. ij. ad Thes. iij. Qui nō laborat nō mādncet Sic primꝰ angelꝰ ⁊ primꝰ hō nō opantes s̄m opationes sacras a ꝓpria gratia recedētes voluntarie. ⁊ elongātes ceciderūt in corruptōez naturalis essentie: nō ꝙ ipi caderēt penitus in nō esse. ſʒ ꝙ ipi vt ꝑtactū est a ꝓpria integritatis plenitudine ceciderūt ꝑ auersionē a sūmo bono. Jdeo hortat̄ apl's. ij. Cor. vi Hortamur vos ne inuanū gratiā dei recipiatis. Seneca. Nō licet ociari a bono opere. q2 ociū est mors ⁊ viui hoīs sepultura. Jō dicit Hiero. Nil deteriꝰ ocio in sancto ꝓposito. q2 ociū est nouerca virtutuz. ꝓpter qd̄ dicit Bern̄. sup Cantica Sapientiā scribe in tpe ocij. nā dyabolꝰ inueniēs domū vacantē intrat in eā Math. xij. Et Ualerius Uanā dant ocia mentē Nā s̄m Sen. Nil ꝑciosiꝰ tpe q2 sicut capillꝰ nō ꝑibit de capite. sic nᶜ momentū de tpe. Nā oīe tps impensum req̄ret̄ a nobis quō sit expensū. Jō rōnalis creatura facta est vt opet̄ Job. v. Nascit̄ hō ad laborē vt auis ad volandum

H. Sciendū cū hō ꝯstat ex duplici natura. s. corꝑali ⁊ spūali. ideo debet duplices opatōes opari. s. vt s̄m vtrāqꝫ naturā tendat ad eterna. Et sic totꝰ hō cū tota familia sua. s. corꝑali ⁊ spūali bn̄ ordinet̄ ⁊ pacificetur vt regnū efficiat̄ eterno deo. nisi em̄ deꝰ regnū i nobis hr̄e posset n̄ dixisset Lu. xvij. Regnū dei intra vos est. Hoc aūt regnū vt dicit apl's Ro. xiiij. nō est esca ⁊ potus: sed iusticia ⁊ pax ⁊ gaudiū in spūsancto. iusticia rectificans iudicia rationis. pax trāquillās

impēria facultatꝫ. gaudiū adimplēs desideꝛ
riū volūtatis. Greg exponēs illud vbū di
cit. Hec sūt velut imago ⁊ arra plenitudinis le
ticie futuri secli. ¶ J. Dicit eñ Aug. ꝺ spū
⁊ aīa. Nobilis creatura est aīa. ciuitas nāꝛ
q̄ dei. De q̄ ps. lxxxv. Gloriosa dicta sūt
de te ciuitas dei. q2 ad imaginē ⁊ silitudinē
dei facta est. Hec ciuitas appellata est hieꝛ
rusalē. q2 ad fruendā visionē illiꝰ sūme pa
cis q̄ facit vtraq̄ vnū. Creatura ē paradisus
in q̄ celestia dei meditanꝛ: ⁊ q̄si in paradiso
voluptatꝫ delectanꝛ. Est eñ domꝰ sūmi pa
tris p mansionē. Est etiā spōsa xpī ppter di
lectionē. Est templū spūssancti ppter sancti
ficatōēꝫ. Et est ciuitas eterni regꝫ ppter cō
cordiā ciuiū. q2 nulla est ciuitas absq̄ pplo
Disposuit in ea ꝯditor noster pplm triplicꝫ
gradꝰ. s. sapientes ad ꝯsulendū. milites ad
pugnandū. artifices ad ministrādū. Sunt
eñ intellectus animi ꝯsiliarij dicētes illud
Eccūs. vlti. Time deū ⁊ mādata eiꝰ obꝛua.
hoc est oīs hō rōnalis. Sūt milites q̄ hoꝛ
stes ꝯcupiscentiaꝝ impugnāt p arma iustiꝛ
cie. ij. Coꝝ. vi. Per arma iusticie dei comꝛ
mendemus nosmetipōs in multa patiētia.
animales siue sensuales tanq̄ rustici ⁊ arti
fices mechanici q̄ corpalibꝰ rudimētis insiꝛ
stunt ⁊ corpi ministrāt. Et tota ista familia
anime pacificata est ⁊ quelibet ad suū offici
um ⁊ opꝰ ordinata ⁊ directa, ⁊ regi summo
plene est subiecta. Oēs extranei regnū aīe
pturbantes eijcianꝛ ⁊ excludanꝛ. Extranei
sunt vt dicit Rich. li. v. de ꝯtemplatōe. c.
xvi. oēs cogitatꝰ tā vani q̄ noxij q̄ nō deꝛ
seruiūt nostre vtilitati. similiter turba inoꝛ
dinatoꝝ affectuū ⁊ sollicitudinū quas opoꝛ
tet oēs eijcere vt regꝫ nostri legibꝰ tanto
liberiꝰ ⁊ iocundiꝰ liceat inherere ¶ K. Diꝛ
ceres qualiter tū nostra opātio. s. corpalis
⁊ spūalis fit deiformis. i. diuine operatōni
ꝯformis. Nisi eñ possemꝰ deo patri nostro
aliq̄liter ꝯformiter opari tanq̄ filij: deꝰ nō
dixisset. estote pfecti sicut pater vester celeꝛ
stis pfectꝰ est Math. v. Sicut ei imaginē
dei patris nostri tenemꝰ in mēte. ita etiā vt
veri filij simꝰ debēmꝰ tenere in opatōe. Nā
iꝰ filij tūc simꝰ. si opa eiꝰ facimꝰ Joh. viij

Si filij Abrae estis opa Abrae facite. Di
cit eñ Dyonisꝰ. iiij. āgelice ierarchie. Q̄
iā in hoc seculo deiformē vitā inchoamꝰ quā
ī celo ꝯsummabimꝰ. Dicit eñ Dyo. ibidē.
In celo ierarchie sūt. ⁊ sunt ordinaliter di
stincte. s. in primas. medias. ⁊ infimas. sic
nos deiformes opationes opari debemus.
Et fm supmas ordinatōes simꝰ ordīati ad
deū. fm medias bñ ordinati ad nosmetipōs
fm vltimas siue infimas bñ ordinati ad ex
teriora. Et sic opatōes nostre erunt deiforꝛ
mes ⁊ deo accepte. Dicit Bern. in li. de cō
sideratōe. c. v. Deꝰ ī seraphin amat vt cha
ritas. in cherubin noscit vt veritas. in throꝛ
no sedet vt eq̄tas. Oportet igiꝛ vt nos inꝛ
quantū possumꝰ deū ⁊ summū bonū diligaꝛ
mꝰ. Ro. xij. Spū feruētes vt summā veri
tatē cognoscamꝰ. q2 nosse deū ꝯsūmata noꝛ
ticia est. vt summā equitatē in nobis tenea
mus. ps. xxxvi. Custodi innocentiā ⁊ vidi
equitatē. ⁊ sic bñ erimꝰ ordinati q̄ ad deū
p deiformes opatōes. q2 dicit Linconiēsis
sup. x: angelice ierarchie. Intellectꝰ hūanꝰ
in suo supmo gradu ad intꝰ habet vt cū sera
phin feruēat amore. luceat sciētia cū cherꝛ
bin. Spūalis factꝰ dicere pt cum thronis
sanctꝰ sanctꝰ sanctꝰ ¶ Secūdo q̄ ad nos bñ
ordinati deiformes opatōes opemur ad siꝛ
militudinē medie ierarchie. Ber. vbi sup.
Deꝰ dīlaꝛ vt maiestas. opaꝛ vt virtꝰ. tueꝛ
vt salꝰ. oportet etiā vt nos oē impedimēꝛ
tū diuine participatōis dominādo supamꝰ
⁊ opatōi virtutū fm grām studiose insisteꝛ
mꝰ vt oībꝰ inordinatis motibꝰ ⁊ impulsioꝛ
nibꝰ potēter resistamꝰ. ⁊ sic erimꝰ bñ ordiꝛ
nati in nobismetipsis p deiformes opatioꝛ
nes. q2 dicit Linconiēsis vbi supra In me
dia ierarchia oportet vt dominemur cū doꝛ
minationibꝰ. vt fortes simꝰ cū virtutibꝰ. et
ordinati cū potestatibꝰ ¶ Tercio debēmꝰ esꝛ
se bñ ordinati ad exteriora vt opemur deiꝛ
formes opatōes ad similitudinē infime ieꝛ
rarchie. in q̄ deꝰ vt dicit Bern. regit vt pri
cipiū. reuelat vt lux. assistit vt pietas. Opoꝛ
tet vt oīa exēplariter ad primū principiū re
uocemꝰ: vt lumē veritatis vbis ⁊ factꝫ aliīs
ostendamus. vt opa pietatꝫ oībꝰ deuote

exhibeam⁹. Et sic bñ erim⁹ ordinati ad exte
riora p deiformes opatões ad similitudinẽ
insime ierarchie. qr dicit Linconiẽsis. In
vltima nostra ierarchia oportet vt principe
mur cũ principatib⁹. s. omnia ad primũ prin
cipiũ reducẽdo. vt reuelem⁹ veritatẽ cũ ar/
changelis. ⁊ pietatẽ exhibeam⁹ assistẽdo in
digenti cũ angelis. Thob. iiij. Quomodo
potuerꝫ esto misericors. ¶ Et sic patꝫ q p
vtrasqꝫ opatões interiores ⁊ exteriores si
ue vite actiue siue ꝯtemplatiue spũs huma
nus ad intrinsecũ ad eternũ manerũ ingre
diatꝰ. qr dicit Prosper in li. de vita cõtem/
platiua. Uita ꝯtemplatiua ⁊ actiua diuersis
itinerib⁹ incedũt ⁊ ad eandẽ patriã inten/
dunt Actiua vita inquit Prosper habet sol
licitũ cursũ. Contemplatiua vero gaudiuꝫ
sempiternũ. In actiua ꝯtemnitꝰ mũdus. in
illa ãt videbitꝰ de⁹. hec ille. Et ꝯcordat aug.
Sicut malis opibus quasi quibusdaꝫ seris
ac vectib⁹ vite ianua clauditꝰ. ita absqꝫ bo/
nis operib⁹ sine dubio nõ aperitꝰ. igitꝰ nõ so/
lũ bonis operib⁹ hominis interioris: sꝫ etiã
exterioris peruenitꝰ ad eterna. Math. xvi.
Reddet vnicuiqꝫ iuxta opa sua. Nã dũ bo
na opa facim⁹ qd aliud q̃ q̃dã itinera agim⁹
per q̃ ad patriã festinam⁹. Greg⁹. xxij. mo/
ral. Quãuis in vsu opis sit temporalitas.
tñ in intentõne debet esse eternitas. ¶ M
Nota sicut p opa interioris hoĩs vt p cõ/
templationeꝫ qñqꝫ fit p̄libatio vite eterne.
ita etiã p opa exterioris hoĩs fit qñqꝫ simi/
litudo vł imago eterne vite. vt dic Bern.
li. de amore dei. Sũt aliqui qui se sentiunt
sic vicisse omnes ꝯtradictões carnis. vt in
omni substãtia carnis nõ reperitꝰ nisi instru/
mentũ boni opis. sꝫ si in ipsis miserijs cõta
bescũt tunc in interiori homine forti⁹ ꝯuale
scũt. ij. ad Cor. xij. Cũ infirmor tũc fortior
sũ ⁊ potẽs. Nã ipi nouã quandã percipiunt
spũalem grãꝫ. oculi sũt simplices. aures ob
temperantes in oratõe feruẽtes. tact⁹ hone
stus. dulcis gustus. si nõ in gustu suauitatꝫ
tñ p mutuũ charitatis incentiuũ. Apoc. iij.
Opa tua plena sunt corã deo. Dicit enim
Albert⁹ li. de diuinis misterijs. Facit dulce
dinẽ in gustu: gaudiũ in corde. Uñ Orig.
sup Cantic. De natura boni opis est q ad
ipli⁹ multiplicatõeꝫ multiplicatꝰ ⁊ delecta/
tio q̃si ꝯdimentũ cibi spũalis. vt solꝰ dei do
num obtineat in motu gustu ⁊ visu. ⁊ omne
desideriũ ei⁹ in eternitate feliciter termina
tur. ⁊ sic ibit in domũ eternitatis sue Eccs.
vlti. Ibi dicit Aug. de spiritu ⁊ aĩa. erit ma
nifesta visio. plena cognitio. vera dilectio.
firma ꝯiunctio. plena refectio. societas in/
diuisa. similitudo pfecta. vita beata ⁊ eter/
na. Ad quã nos pducat ⁊c̃.

¶ De sancto Johãne baptista.
¶ Sermo XCIII.

Ohãnes est no
men ei⁹ Luc. i. ¶ In sũma ver
bor duo innuuntꝰ. Primo ort⁹
tripudij natiuitatis Johis. ibi. Elisabeth.
Secũdo subiungitꝰ mirandũ pdigiũ de ei⁹
dignitate. ibi. apertũ est ilico os ei⁹. De pri
mo dicitꝰ. Elisabeth impletũ est tps parien
di. Erat illa Elisabeth q̃ erat sterilis. vt dꝛ
Luc. i. Dixit nãqꝫ angel⁹ Anne ⁊c̃. ¶ N.
Q. de⁹ aliqñ claudit vterꝫ alicui⁹ h̃ id facit
vt mirabili⁹ denuo aperiat. ⁊ nõ ratõe libi/
dinis esse qd nascitꝰ. sed hoc magis diuini
muneris fore cognoscatꝰ. oẽs enĩ q̃s ex mu/
lierib⁹ sterilib⁹ recitat scriptura natos excel
lentes pueri leguntꝰ. vt Isaac ex sara steri/
li ad nonagesimũ annũ. cui repromissa erat
oĩm gentiũ benedictio. Rachel sterilis ge/
nuit Joseph dñm toti⁹ egipti. quis fortior
samsone. sanctior samuele. ⁊ tamẽ hi omnes
matres steriles habuerũt. ⁊ sic noster patro
nus sanct⁹ Johãnes. Simõ de cassia. Na
tura deficit in parentib⁹ vt p nature legem
nõ possent generare. sꝫ ex gfa coopante spe
ciali. Ideo cõmemorat euãgelista dicens.
Impletũ est. subdit. peperit filiũ. nõ quẽcũ
qꝫ sꝫ magnũ gratia ⁊ virtutib⁹. Jo Bern.
in sermõe hodierno dicit. Hodie illuxit in
signis ⁊ tanto ceteris sanctior: q̃to sancti/
orem hoiem terris effudit. hodie natus est
xpi ꝯsanguineus sponsi amic⁹. De q̃ Elisa/
beth impletũ est temp⁹ pariẽdi. Ista beata
Elisabeth peperit s̃m legẽ matrimonij cum
dolore. Joh. xvi. Mulier cũ parit tristiciaꝫ

habet. ¶ O. Diceres nunquid iste dolor est mulieri meritoriꝰ cū dolor partꝰ est ꝓpter penam peccati introductꝰ. vt dixit dn̄s Eue. Gen̄. iij. Multiplicabo erumnas tuas. ⁊ sic est necessitatꝫ. modo ista q̄ sunt necessaria ꝑ se nō sunt meritoria. q2 omīe meritū debet esse voluntariū. vt dicit Bern̄. d̄ grā ⁊ libero arbitrio. R̄ndet Chris. sup Math̄. De necessitate pt̄ fieri virtꝰ cū patiēter tolerat᷑. et sic mulier patiēter tolerās dolorē ꝓpter hoc ꝙ omīpotens deꝰ ꝓ peccatis introduxit. volens in hoc satisfacere diuine volūtati ⁊ ordinationi indubitāter meret᷑ in dolore partus. sicut qui viuit de labore manuū suarꝫ meret᷑ in h̄ volens satisfacere statuto dei. q2 imposuit deꝰ filijs ade dicēs. In sudore vultus tui ⁊c. p̄s. cxxvij. Labores manuū tuarū q2 manducabis ⁊c. Jō. i. Thim. ij. Saluat᷑ mulier ꝑ generatōēꝫ filioꝝ si ꝑmanserit in fide ⁊ dilectōe. ¶ P. Diceres q̄d faciet mulier sterilis cui nō incūbit onꝰ partꝰ R̄ndet᷑ ꝙ illud fecit Anna. i. Reg. i. Ubi felix anna lacrimas fundebat corā dn̄o vt cōciperet ⁊ pareret fructū in dei laudē. ⁊ factū est. Similiter rebecca q̄ fuit infecunda q̄ ex orationibꝰ ꝯcepit ⁊ peperit. ¶ Diceres quid facit mulier q̄ etiā fusis lacrimis ⁊ per orationē nō pt̄ habere ꝓlem. R̄ndet᷑ ꝙ debet intendere fructibꝰ sp̄ualibꝰ q̄ sunt bona opa qui fructꝰ sp̄uales sunt deo magis placidi q̄ꝫ carnales. vt ait Aug. O. maria felicius ꝯcepit xp̄m mēte q̄ꝫ ventre. Omīpotens deꝰ forte disposuit: vt mulier ita esset disposita ad vitā altiorē abstulit ei fructuꝫ carnalē vt occupet᷑ circa ista q̄ dei sunt. propter qd̄ virginitas ⁊ viduitas ꝑferunt᷑ matrimonio. q2 versant᷑ ⁊ occupant᷑ circa magꝫ bona. i. Cor. vij. Mulier innupta et virgo cogitet q̄ dn̄i sunt. vt sit sancta spiritu ⁊ corpore. que aūt nupta cogitet q̄ sunt mundi ⁊ quomodo viro placeat Jō apl̄s ibidē. Beatior erit si sic ꝑmāserit. Sbdit. audierunt vicini. i. isti q̄ erāt cohabitātes. ⁊ cognati. i. qui erāt ex eiꝰ ꝯsanguinitate. q2 magnificauit dn̄s mīꝫcordiā suā cū illa. id est magnā misericordiā fecit. s. auferēdo sterilitatꝫ opprobriū dando ei tm̄ ⁊ talē filiū. ¶ Q. No ta in hac natiuitate sanctꝰ Johānes habuit quadruplicē p̄rogatiuā ꝯtra q̄ttuor defectꝰ seu incōmoda q̄ habet quilibet mortalis in sua natiuitate. ¶ Primꝰ defectꝰ est ꝙ quilibet peccator immūdꝰ nascit᷑. q2 in peccatꝫ vt dicit Job. Nemo mundus a sorde: nec infans vnꝰ diei cuiꝰ vita sup terrā. ad Eph̄. ij. Omēs nascimur filij ire. Hāc irā ōndit dn̄s in pueris q̄ sine baptismo moriunt᷑. q2 priuant᷑ eiꝰ visione: eo ꝙ in peccatꝫ sunt cōcepti ⁊ nascunt᷑. Hūc defectū nō habuit sanctus Johānes. q2 sanctꝰ natꝰ est. q2 sanctificatꝰ in vtero vt p̄dixit angelꝰ Luc. i. Replebit᷑ sp̄ūsancto adhuc ex vtero matrꝫ sue. ¶ Secundꝰ defectꝰ q2 nascit᷑ stultꝰ ⁊ ignarꝰ boni ⁊ mali. Prouerb. xxij. Stulticia colligata est in corde pueri. vt patet ad oculum q2 puer ꝓ pomo daret ꝓuinciā. Ab isto immunis fuit Johānes. O q̄ꝫte sapiētie i vtero matrꝫ existēs xp̄m ⁊ matrē eiꝰ cognouit ⁊ xp̄m sue matri indicauit. Et in vtero inꝓphetā vnctꝰ Aug. Celū ⁊ terrā nōdū videtat: ⁊ dn̄m celi ⁊ terre cognouit Et ante fuit sue matrꝫ magistre q̄ꝫ eiꝰ filiꝰ. ⁊ ꝓtꝰ ipaꝫ docuit q̄ꝫ ipa eū lactauit. ¶ Tertiꝰ defectꝰ q2 debilis ⁊ infirmꝰ nascit᷑ ⁊ se in nullo iuuare pt̄. Huiꝰ exemplū habemꝰ in Dauid cū pugnaturꝰ esset cū Golia dixit ei Saul nō vales resistere philistro nec pugnare aduersus eū. q2 puer es. i. Reg. xvij. Contra hūc defectū natꝰ est Johēs puer fortis. Unn̄ canit eccl̄ia. Antra deserti tenerꝫ sub annis ciuiū turmas fugiēs petisti ⁊c. ¶ Quartus defectꝰ: q2 tristis ⁊ flens nascit᷑. Et ista est cōmunis cantilena oīm. Beatꝰ Johannes nondū natꝰ gauisus est ⁊ exultauit. Un̄ dixit mater eiꝰ ad beatā virginē. Luc. i. Ecce facta est vox salutatōis tue in auribꝰ meis exultauit infans in vtero meo. Ipse nanq3 est secūdꝰ Isaac qui interp̄tat᷑ risus. Unde poterat dicere mater Risū fecit michi dn̄s Gen̄. xxi. ideo dicit in textu. Congratulabant᷑ ei s̄m qd̄ angelꝰ p̄dixit. ⁊ multi in natiuitate eiꝰ gaudebūt. Sꝫ s̄m apl̄m Ro. xv. Quecunq3 scripta sunt ad nostrā doctrinā scripta sunt In verbis istis informamur ꝙ debemꝰ gaudere de bonis ꝓximoꝝ. Ro. xij.

Gaudete cū gaudentibꝫ. qđ nō faciūt odio/
si. qui tristant̄ de bono ꝓximoꝝ. Aug. Inui
dia est dolor felicitatꝫ aliene. Inuidi ꝺ alie
na miseria exultāt. ⁊ ꝺ alieno gaudio tristā
tur. ⁊ h̾ ſm Nicolaū de lyra sup canonica
beati Johānis. Frequēter inuidia ꝯtingit ī
hoībꝫ eiusdē stat⁹ seu artificij vt in collegijs
⁊ ꝯuentibꝫ mercatoribꝫ aut alijs equalibꝫ.
¶ R. Dicetes vnde surgit h̾. Dicit beatus
Greg. v. moral. exponēs illꝺ Job. v. Par
uulum occidit inuidia. dicit. Inuidere nō
possum⁹ nisi eis q̄s nobis in aliq̄ meliores
putam⁹. Paruul⁹ est. q2 ipse testimoniū ꝑbi
bet ꝙ minor sit ei cui⁹ inuidia torquet̄. ⁊ sic
antiqu⁹ hostꝫ amissa beatitudine minorez se
cognouit. ⁊ sic chayn despecto suo sacrificio
īuidebat fratri. ⁊ sic Esau bn̄dictōne ꝑdita
Et licet ꝑ oīm̄ viciū qđ ꝑpetrat̄ hūano cor
di dyabolicū vir⁹ infundit̄. signanter in isto
Sap. ij. Inuidia dyaboli mors īntrauit ī or
bē terraꝝ. Nā cū deuictū cor liuoris putre/
do corrūpit ipa exteriora iudicāt. color pal
lore afficit̄. oculi deprimunt̄. mēs accēdit̄.
Et factū est die octauo venerūt circūcide/
re pueꝝ ⁊ vocauerūt noīe patrꝫ sui Zacha/
riā. Lyra. q2 talis ꝯsuetudo fuit apꝺ antiq̄s
signāter potētes. Et ait mater: nequaq̄: sꝫ
vocabit̄ Johēs. ¶ S. Johānes est nomē
valde gratiosū. iđ excreuit ī aplātu vltra nu
meꝝ vicesimū. qđ nō legit̄ de alijs nomibꝫ
aplicis. q2 tm̄ martin⁹ quint⁹. Bonifacius
octau⁹. Gregori⁹ duodecim⁹. sꝫ Johānes
vicesimussextus. vt dicit glo. clementinaꝝ.
Vn̄ h̾ nomē cōpetit beato Johi. q2 Johēs
dr̄ in q̄ est gr̄a. Sanct⁹ thō. de articul̄ fidei
dicit. Johēs fuit ī vtero sanctificat⁹ beata
vgo maria ⁊ xp̄s. Sāctificatio Johis ꝯsi/
stebat ī isto. q2 fuit mundat⁹ ab oīm peccato
originali. ⁊ ꝑstitū sibi fuit nō peccare mor/
taliter sꝫ venialiter. Beata aūt virgo ita san
ctificata ꝙ nec mortaliter nc̄ venialiter pec/
care potuit. Nā pctm̄ veniale orit̄ ꝙ appeti
tus sensitiu⁹ nō totaliter subijcit̄ rōni quin
interdū moueat̄ ꝑter rōnem vel ꝯ rationē.
sꝫ in beata virgine totaliter subiect⁹ fuit ra
tioni ꝑ virtutē gr̄e sanctificantꝫ ipaꝫ ꝙ nū
q̄ ꝯ ratōez moueret̄. Innuebāt patri quē
vellet vocare eū ꝑ signa visibilia. q2 nō solū
erat mut⁹ sꝫ etiā surd⁹. iđ postulās pugilla/
rē scripsit Johēs est nomē ei⁹. q. d. nō im/
pono sibi. sꝫ impositū est ei a deo. non tenet
nomē de terrꝫ sꝫ de celis Johēs est nomen
ei⁹. ista vba tractat Hugo de sancto victo/
re. Puer vocat̄ Johēs ⁊ nascit̄ de pr̄e mu
to. Et sic gr̄a dei nascit̄ qn̄ sum⁹ muti silētiū
mētis tenētes. Sap. xviij. Dū mediū silē
tiū teneret oīa. omīpotēs ſmo tu⁹ de regali
bus sedibꝫ venit. Silētiū mētis est trāquil
litas cordis ab oīm euagatōe mētis libera.
Et ista natiuitas gr̄e est nobis valde neces
saria. q2 est arra future glorie. Ro. vi. Gr̄a
dei vita eterna. Johēs est nomē ei⁹. Simō
de cassia. O magnū nomē qđ pr̄i restituit
vocē. gaudiū vicinis. ꝑplo sacerdotez. Hoc
est factū ad ꝑsagiū futuroꝝ. q2 sola gr̄a mi/
racula opat̄. sola gr̄a ad dicendū vitatē lin
guas fac̄ disertas. ¶ T. Et bn̄ ꝯueniebat ei
h̾ nomē in q̄ est gr̄a. Pro ꝑpter plenitudi/
nē diuīe gr̄e Lu. i. Spūsancto replebit̄ ab
vtero. De hieremia legit̄ ꝙ sanctificat⁹ est
de Johe ꝙ spūsancto replet⁹ est. sanctifica
tio mundatōez significat. repletio mundati
onē Mirabile: qđ apli quīq̄gesimo die a re
surrectōe h̾ Johēs ī vtero ꝯsecut⁹ est. Se
cūdo bn̄ ꝯuenit sibi h̾ nomē ꝑpter tp̄s gr̄e.
Math. xi. Lex ⁊ ꝓphe vsq; ad iohannē. ex
eo regnū dei euāgelisabat̄ q2 nūciauit xp̄m.
Joh. i. Gr̄a ⁊ veritas ꝑ ihm̄ xp̄m facta est.
Tercio ꝑpter excellētiā gr̄e quā prim⁹ ꝑdi/
cauit. s. pctoꝝ remissionē. gl̄ie collationem
Mat. iij. Penitētiā agite ⁊ appropinq̄bit
vob̄ ⁊c. Et mirati sūt vniuersi. s. ꝺ ꝯcordia
patrꝫ ⁊ mr̄is in noīe Johis. ¶ Dixi scđo
innuit̄ mirandū ꝓdigiū de ei⁹ dignitate. ibi
apertū est ilico os ei⁹ ⁊ lingua ⁊ bn̄dixit deū
Amb. Fides linguā soluit quā incredulitas
ligauit. dicendo cū ꝑs. cxv. Credidi ꝑpter
qđ locut⁹ sū. Et fact⁹ est timor sup oēs vici
nos eoꝝ. s. admiratōis ꝙ de⁹ sic mirabilit̄
puniuit zachariā ⁊ liberauit Et sup oīa mō
tana iudee diuulgebant̄ verba hec q̄si facta
insolita. ⁊ posuerūt oēs q̄ audierūt in corde
suo. q2 talia insolita magꝫ memorie cōmen/
dant̄ dicētes. Quis putas puer iste erit. q̄si

dicerēt tꝗ̄ magnꝰ ⁊ sanctꝰ. Ber. Nōne ma
gnꝰ ⁊ sanctꝰ quē ꝓ oībꝫ cōmendauit dn̄s.
Dicit em̄ apl's. ij. Cor. x. Nō q̄ seipm̄ com
mendat ille ꝓbatꝰ est: sꝫ quē deꝰ cōmendat
⁊ sic Johes noluit seipm̄ cōmēdare. Joh. i
cū interrogaretur a phariseis an esset xp̄s.
Rn̄dit. nō sū. Scriut em̄ scriptū ꝓuer. xxvij.
Laudet te os alienū ⁊ nō tuū. ¶ Et sic
Johānes a triplicibꝫ hoībꝫ laudatꝰ ⁊ vene/
ratꝰ fuit. Primo ab herode malo. Marci
vi. Metuit herodes Johannē vt virū san/
ctū. Scđo a bonis Math. xxi. Oēs cū vt
ꝓphetā habebāt. Tercio ab optimo. i. xp̄o.
Mat. xi. Inter natos mulierū ⁊c̄. Ista ē ve
ra cōmendatio q̄ fit a iudice vero. de q̄ apl'us
i. Cor. iiij. Michi ꝓ minimo est vt a vobis
iudicer. q̄ me iudicat dn̄s est. Bern. Quid
alieno vel mei ꝯtentꝰ sū testimonio: cū solꝰ
dei ꝑsentādꝰ sū iudicio. Et sic iohes vere iu/
stus: qꝛ a vero iudice laudatꝰ. O reuera Jo
hānes ē a xp̄o laudatꝰ. Johes fuit lucerna
ardēs Joh. v. Cōsuetudo est ciuiū ī ciuita/
tibꝫ. qn̄ vnꝰ vult aliū in noctibꝫ tenebrosis
visitare fac̄ pare lucernā. Et sic xp̄s q̄si ci/
uis mūdi. ps̄. cxviij. Incola ego sū ī terra. vo
lēs visitare hūanū genꝰ ī nocte legꝫ mosay
ce parauit lucernā. i. iohannē. de q̄ ps̄. cxxxi
Paraui lucernā xp̄o meo. Primo dr̄ lucer/
na. qꝛ lucerna lucet illis q̄ retro vadūt. aliq̄
in manibꝫ portāt ne offendanť. ⁊ sic beatꝰ io
hannes vita ⁊ doctrina luxit illis q̄ erāt in
tenebris pc̄torū. Lu. iij. Facite dignos fru/
ctus penitētie. Jo. Chris. in s̄mone ď iohe
Johes magisteriū vite: sanctitatis forma:
iusticie norma: virginitatꝫ speculū: pudici/
cie titulꝰ: castitatꝫ exemplū: penitentie via.
Scđo lucerna obstructa ē vndiqꝫ ⁊ a vētis
extingui nō p̄t. ita btūs iohes nō a ventꝫ tri
bulationū. iō figuratꝰ ꝑ lapidē abeston. de
q̄ Solinꝰ in li. ď mirabilibꝫ mūdi. Qui q̄ se
mel accēdiť extingui nō p̄t. sic iohes Mat.
xi. Quid existꝫ in desertū videre arūdinē a
vēto agitatā. Prouer. xxxi. Nō extinguet
in nocte lucerna eiꝰ. Tercio lucerna nō hꝫ
lucē a seip̄a sꝫ mutuat aliūde. ⁊ sic Johes nō
lucebat a seip̄o. sꝫ a xp̄o. recte sic lucifer a so
le. ⁊ sic iohes Joh. i. Nō erat ille lux. sꝫ vt
testimoniū ꝑhiberet ď lumie. i. ď xp̄o q̄ erat
lux vera. Jo. q̄n venerūt sacerdotes īterrogā
tes an esset xp̄s. Rn̄dit. Ego sū vox clamā
tis ī deserto. Joh. i. Hoc est ꝯ̄ mltos lr̄atos
q̄ sibi ascribūt lumē intelligētie qđ lumen a
deo habēt ⁊ a seip̄is estimāt scire. vt Alanꝰ
ideo priuanť lumie sciētie. Exēplū de alano
doctore magno q̄ sibi ascripsit ⁊ ꝑdidit: hu
miliatꝰ recepit. Et sic Johes se humiliauit
sic ⁊ nos. Bern. in s̄mone hodierno. Quid
est tot ⁊ tantis ꝑconijs iohannē extollere si
ip̄m negligimꝰ in moribꝫ imitari. tales esse
mꝰ sic illi q̄ laudāt pugillātes ⁊ pugnare nō
audēt. Quarto dr̄ lucerna ꝓpter lucꝫ obum
brationē. videmꝰ q̄n lucerna accendiť. si ma
ior apportať illa obumbrať. ⁊ sic sole oriēte
lucifer obumbrať. sic de iohe Joh. iij. Illū
oportet crescere: me aūt minui. Itez ardēs
igne charitatꝫ vt dure ex charitate pharise
os corripere ⁊ herodē. Itē lucēs ꝑ vitam
iusticie ⁊ veritatꝫ. ¶ A. Nota Johes post
xp̄m ⁊ matrē eiꝰ ꝓ cunctꝫ mortalibꝫ mlťa pri
uilegia habuit. Primū est angelice missio/
nis q̄m ab eodē angelo a q̄ xp̄s fuit ꝓnunci
atꝰ. s. a gabriel. Secundū mirifice ꝯceptōis
Erat em̄ in matre sterilitas naturaľ. ⁊ tā in
mēe q̄ꝫ in pr̄e lōgeuitas. ꝓpter qđ filiū hēe
nō poterant s̄m naturā. Et illa duo impedi
mēta tāgit euāgelista Luc. i. Nō erat illis
filiꝰ eo q̄ Elisabeth erat sterilis ⁊ ābo ꝓces
sissent ī diebꝫ suis. ⁊ tn̄ potētia generādi in
vtroqꝫ reuixit v̄tute diuina. iō eiꝰ ꝯceptio
fuit miraculosa q̄dāmodo. Tercio hꝫ priui
legiū solēnis natiuitatꝫ. de q̄ Luc. i. Multi
ī natiuitate eiꝰ gaudebūt. qꝛ regina glie pre
sens fuit. Et s̄m aliq̄s officio pietatꝫ insiste
bat. rex ⁊ dn̄s celi fuit ī vtero v̄ginis. Et ꝓ
pter istas ꝓrogatiuas singularꝫ ⁊ solēnis ē
ista natiuitas. Isaac ꝑ angelū fuit nūciatꝰ
⁊ a sterilibꝫ parentibꝫ natꝰ. sꝫ nō in vtero san
ctificatꝰ. Samuel legiť matrꝫ ꝓcibꝫ obtentꝰ
sꝫ nō ab angelo annūciatꝰ. Etiā legiť ď sam
sone q̄ fuit ab angelo nūciatꝰ. sꝫ nō ī vtero
sanctificatꝰ. Et sic patēt ꝓrogatiua sancti io
hānis. Itē xp̄s cōmendauit cū dicēs eū an
gelū. Math. xi. Hic est de q̄ dictū est. Ego
mitto angelū meū. s. ꝓpter vitā angelicam.

Ideo canit ecclia. O nimis felix meritiq̃
celsi nesciēs labē niuei pudoris. Chris. Cō
uersatio iohānis oīm hoīm vitā culpabilez
fecit apparere. quēadmodū dū videris ve-
stē candidā dices satꝫ pulcra est. quā si sup ni
uē locaueris sordida esse incipiet q̄ prius fuit
decora. ⁊ sic ꝯuersatio aliorum sctōrum respectu
Johānis. Quā nobis ꝑstet ihesus xp̄s.

¶ Sermo ¶ XCIIII. Ad idem.

Johānes est no
i men eius Luc. i. ¶ Legit in libro
de ꝓprietatibus rerum. Turtur est
auis casta querēs deserta ⁊ loca solitaria di
ligēs ⁊ fugit ꝯsortia ¶ S. Hec auis adue-
niēte vernali tpe q̄rula voce nūciat nouita-
tē tpis. Canti. ij. Iā hyems transijt imber
abijt ⁊ recessit flores apparuerūt ī terra nr̄a
q̄r vox turturꝫ audita est ī terra nr̄a. Spūa
liter. p turturē intelligit beatus iohēs ¶ Pri
mo q̄r turtur est auis casta. Et sic beatus Jo
hānes q̄r ꝑpetuus virgo. qd̄ patet ex eo q̄r vi
tauit oīa q̄ solēt ad libidinē īcitare. q̄ꝝ sunt
q̄ttuor. iuxta illud poete. Vestꝫ pulcra. cibus
largus. ociū quoq̃ somnus. Primo vestꝫ pulcra
Mat. xi. Qui mollibus vestiunt ⁊c. Math.
iij. Johēs habebat vestimētū de pilis came
lorum qd̄ sup nudo corpe portabat. Secūdū
est cibus Prouerb. xxix. Qui delicate nutrit
seruū suū sentit eū ꝯtumacē. Cibus aūt iohis
erāt locuste. Math. iij. fm Chris. Locuste
sunt volatilia mūda cocta ī oleo paupi ꝑbēt
victū. Et sic mel siluestre fuit eius cibus. qd̄ fm
Rabanū ⁊ sanctū tho. de aq̄no folia sunt la-
ta ⁊ rotunda lactei melleiq̃ coloris. Potus
eius nō fuit vinū. Prouer. xx. Luxuriosa res
vinū. Hiero. Venter vino estuās ⁊c. Lu. i.
Vinū ⁊ sicerā nō bibet. sꝫ potus eius fuit pura
aq̄ vt canit eccl'a. Cui latex haustuz satiat a
pastū mella locustꝫ ¶ Scd̄o auis ista fugit
ꝯsortia. ⁊ sic beatus iohēs. de q̄ canit hymnus
Antra deserti tenerꝫ sub ānis ciuiū turmas
fugiēs petisti ⁊c. Chris. Cōuersatio Johis
oīm vitā hoīm faciebat vitā culpabilē ap-
parere: quēadmodū si opposuerꝫ albā vestē
iuxta niuē apparet sordida licet nō sit. Sic
sunt in cōparatione iohānis alij nati mulie

rum. ¶ Tercio in aduētu suo nouū tempus
annūciat. Math. iij. Penitentiā agite ⁊c.
Mat. xi. Lex ⁊ ꝓphete vsq̃ ad Johannez.
q̄r tps grē ab eo incipit. ergo habet nomē a
grā. de q̄ thema. Johānes est nomē eius ¶ C
Johēs interpretat grā. si illa debet nasci ī
nobis: tūc respiciamus q̄uo iohānes natus
est tripliciter. Nā natiuitas iohis corporalis
nō fuit naturalis tm̄. sꝫ etiā q̄dāmodo sup
naturalis cooperatio. q̄r sterilitas ⁊ senectus
Spiritualiter. ⁊ sic ī nobis. Zacharias me
morans deū interpretatur. Et significat illos
q̄ habēt dei memoriā. ps. xxxviij. In medi
tatione mea exardescet ignis. s. grē. Hugo
Sicut ligna nutriunt ignem. sic meditatio
nibus ⁊ cogitatōnibus nutrit gratia. Elisabeth
interp̄tatur dei mei saturitas. i. nō feruētius
aliud desiderare p̄ter deum. Prouerbio. x.
Egestatē operata est manus remissa. i. exile
desideriū. ps. lxxx. Tribuet eis fm deside
ria cordis eorum. Ideo dictū est Zacharie
Exaudita est oratio tua. Sed ī sancto loco
annunciat ad significandū illud. i. Cor. iij.
Templū dei sanctū est: qd̄ estis vos. Leui
tici. xi. Sancti estote q̄m ego sanctus sum.
Sed vbi vixit iohānes in solitudine. et sic
dei gratia dū sumus in gratia solitudinem
queramus. Bern. O aīa mea esto sola vt so
li illi serues quē soluz elegeris. fuge publi-
cum. scias te habere sponsuz verecundum q̄
nō velit tibi exhibere suā p̄sentiā ceterꝫ pre-
sentibus. Zach. ij. Fugite de medio babilo-
nis. i. mundi. Job. xvi. In mūdo p̄ssuram
habebitis. sꝫ quia solitudo est ad colloquē-
dum deo familiaris. Exodi. iij. Pascente
Moyse oues in deserto apparuit ei dn̄s in
rubo ardenti loquens sibi familiariter. Pe-
trus Damiani. Solitaria vita est celestis
doctrine scola. diuinarum artiū disciplina.
Amb. Sola erat Maria ⁊ loquebat cum
angelo. Solus erat petrus ⁊ totū orbem sa
crandarum gentiū cognouit misteria. plus in
telligo de solitudine mētis q̄ꝫ corporis. quia
ista sine illa non est vtilis. sꝫ illa sine ista ad
salutez sufficit. Orig. sup Exodo. omel. iij.
Relinquēdus est mundus si deo fuire volumus
relinquendus nō loco sꝫ animo. xxiij. q. iij. c.

recedite. Et Aug. de verbis dñi. Recedite ꝛ immundũ nolite tangere. non cõtactu corporis ſ; cordis. Sz heu aliq̄ nõ ſũt in mũdo. ſ; mund⁹ i eis. in his nõ viuit Johãnes .i. grã dei. ij. Coꝝ. vi. Que ꝑticipatio iuſti cũ iniuſto. aut q̄ ↄueniẽtia luci ad tenebras Aug. v. de ci. dei. Merito deficit q̄ ſe ſepat a deo q̄ eũ fecit. Idcirco Johes fuit ſegregat⁹. primo a mũdo. ſcdo a prauo ↄſortio. Prouerb. i. Fili ne ambules i ſemit; ꝑuoꝝ Eccĩ. xiij. Que cõmunicatio ſancti ad canẽ Beda. Meli⁹ ẽ maloꝝ odiũ q̄ ↄſortiũ. ij. Coꝝ. vi. Immũdũ ne tetigeri;. ꝛ Leui. xxij Ois q̄ tetigerit immundũ immundus erit vel morticiniũ. Orig. ſup Leui. Morticinium ↄtingit q̄ in p̄ctis mortuũ ſequit̃ ꝛ imitat̃ Eccĩ. xiij. Qui tetigerit picẽ inq̄nabit̃ ab ea Math. v. Qui viderit mulierẽ ꝛc. Bed. Iã tetigit coꝛ ↄcupiſcẽtie viciũ ꝛ factũ eſt immundũ. ꝛ ſic Johes ſegregat⁹ fuit ab oĩb⁹ his vt deo ſoli ſeruiret ꝛ viueret. Bern. in li. de diligẽdo deũ. Nõ vrget. iuſticia dictat. vt hõ ſe totũ illi tradat. a q̄ totu; ſe habet Et ſic Johes vt haberet mũdas man⁹ q̄b⁹ xp̄m tãgeret. ꝛ oclos q̄b⁹ ſpũmſctũ i colũbe ſpecie videret. aures q̄b⁹ p̄ris vocẽ audiret mundũ reliq̄t Vñ canit̃. Antra deſerti ꝛc. Amb. Nõ lic; homini aliq̄ mẽbro abuti. q: mẽbra nr̃a ſũt ſanctitati; inſtrumẽta. Ro. vi. Exhibete mẽbra veſtra ſuire iuſticie. Chriſ. in quodã ſmone beati Johãnis dicit. Johes eſt p̄nceps monachoꝝ in heremo viuit. in heremo nutrit̃. in heremo expectat xp̄m. cui⁹ vita auſtera veſti; hirſuta. cib⁹ locuſta vel herba. pot⁹ aq̄. lect⁹ terra inquilin⁹ beſtia. ip̄e exul mũdi. heres p̄adiſi. i. Coꝝ. xv. Grã dei ſũ ꝛc. Hugo de clauſtro aĩe. Fuge luge attẽde dep̄care. fuge mũdũ: q: vanitas. luge pctm̃: q: iniq̄tas. attẽde carnẽ: q: fragilis. dep̄care deũ: q: ip̄e miſericoꝛs eſt ꝛ tu miſerabilis.

De ſanctis Petro ꝛ Paulo ap̄lis.

Sermo. XCV.

Ibi dabo claues regni celoꝝ Mat. xvi. In ſũma euãgelij duo innuit̃. P̄mo ↄfeſſio eterne dĩitati; i principio Secundo collatio magne p̄tãtis. ibi. Tibi dabo claues. De primo dicit. In illo tp̄e ſc; cũ iudei temptauerũt ei⁹ diuinitatẽ dicentes. Mgr̃ volum⁹ a te ſignũ videre. ip̄e arguit eos dicẽs. Generatio ꝑua ꝛ adultera ſignũ petit. Chriſ. ſup Mat. Sꝑ ſignu; petere ꝛ q̄rere eſt nũq̄; velle credere. Ideo ait diſcipul. Cauete a fermẽto phariſeoꝝ .i. a falſa fide ꝛ doctrina eoꝝ. Et in illo tp̄e venit ih̃s in ꝑtes ceſaree philippi. ad differentiã alteri⁹ ceſaree in paleſtina. Et dr̃ ceſarea philippi. q: ãpliauit eã philipp⁹ i honorẽ tiberij ceſaris q̄ dedit ei q̄rtã partẽ regni vt dicit Joſeph⁹ ꝛ hieronim⁹. Iſta ciuitas pri⁹ dicebat̃ lachis. ꝛ poſtea dana filijs dã eã occupantib⁹. Judicũ. xviij. Et ibi habitabãt gẽtiles in finib⁹ ei⁹. D. Et ex h̃ q̄ ↄfeſſio ꝛ inq̄ſitio fidei ibi facta eſt oñdit̃ fundatio eccl̃ie in fide gentiũ. Interrogauit diſcipulos ſuos. Bed. Interrogauit non q̄ſi neſciẽs ſcientiã de ſe vel alioꝝ. ſ; vt ↄfeſſionẽ recte fidei diſcipuloꝝ digna mercede remuneraret. ꝛ errorẽ hoĩm ꝑ ↄfeſſionẽ diſcipuloꝝ elimĩaret. q: nõ eſt ꝑiculoſior erroꝛ q̄ i fide. Aug. ꝯ fide. Fides eſt oĩm bonoꝝ fundamẽtũ ꝛ hũane ſaluti; initiũ. ſine q̄ oĩs laboꝛ vacu⁹ ꝛc. Itẽ iterrogauit ſm Orig. iõ vt docem̃ ſcrutari q̄d alij ſentiant de nobis. vt ſi q̄d mali occaſionẽ debem⁹ vitare. ſi q̄d boni debem⁹ amare. iuxta illd̃ Ro. xij. Prouidẽtes bona ñ tm̃ corã deo ſ; etiã corã oĩb⁹ hoĩb⁹. vt hr̃ ꝯ ↄſe. di. i. Nob nõ tm̃ ↄſciẽtia bona ẽ neceſſaria. ſ; etiã fama. xi. q. iij. inter v̄ba. Cõſciẽtia ẽ nob neceſſaria fama p̄rimis. Jõ Eccĩ. xlij. Curã habe de bono noĩe. Nõ ꝓuer. xxij. Meli⁹ eſt nomẽ bonum q̄ diuitie mlt̃e. Et dixit Quẽ dicunt hoĩes. i. turbe vulgares. nõ quem me dicũt ſcribe ꝛ phariſei. Nõ Chriſ. q: opinio ſcribaꝝ erat mala de xp̄o. Ex q̄ habem⁹ q̄ non multũ debem⁹ ponderare falſas opiniones maloꝝ hoĩm de nob: ſ; ꝓboꝝ ꝛ ſimplicium. Aug. ꝯ ſancta viduitate. Si aliq̄d ꝯ nobis male credunt ꝛ fingũt ꝛ famam decoloranẽ afferũt ↄſciẽtie ſolatiũ ꝛ plenũ gaudium: eo q̄ merces eſt tanq̄ ſtipendiũ militantium

Dicit em̄ aplꝰs.ij.Cor.vi.Per gloriā ⁊ ig
nobilitatē:ꝑ infamiā ⁊ bonā famā.Katho.
Cū recte viuas nō curas ꝟba maloꝝ.Filiū
hoīs ꝓpter matris sanctitatē.integritatē.et
virginitatē ⁊c̄.At illi dixerūt.alij Johan-
nē baptistā.⁊ hꝰ ꝓpter eminentiā vite ⁊ san
ctitatē.Et sic errauit herodes.Marci.vi.
Johannē decollaui ⁊ ipse surrexit a mortuis
ideo opant̄ virtutes in eo.Alij heliā ꝓpter
zeli veritatē.q2 reprehendit Achab ⁊ Jezabel
⁊ sic xp̄s pharisceos.Luc.vi.Ue vobis diui
tibꝫ.Alij hieremiā ꝓpter pietatē ex q̄ plāxit
Hiere.ix.Quis dabit ocul' meis lacrimas
⁊ sic xp̄s Marci.viij.Misereor sup̄ turbas
Et fleuit sup̄ hierl'm.Luc.xix.Aut vnū ex
ꝓphetis.ꝓpter sapiētie claritatē.vt vnus
surrexit vt heliseꝰ q̄ habuit duplicē spiritū
helie.iiij.Re.v.q̄ dixit ad iesi.Nōne erat
cor meū in p̄senti qn̄ reuersus est Naaman
de curru suo ī occursū tibi.Et sic xp̄s cogno
uit cogitatões.Math.ix.Ut q̄d cogitatis
mala.Audita opinione hoīm:q̄rit ab eo d̄
opinione discipuloꝝ.Uos aūt quē me esse
dicitis.q.d.vos ad testimoniū p̄ordinati.
Act.i.eritis michi testes.vobis datū ē nos
se misteriū regni.Math.xiij.Uos estis lux
mūdi.Math.v.Uos estꝫ quibꝫ oīa q̄ audi
ui nota feci.Joh.xv.Uos estꝫ q̄ semp̄ me-
tenet hospitem defendere. Unde ⁊ lex dat actionē ꝯtra eū si nō fecerit. ¶ P. Itē nona hospitalitas est maxime utilitatis. Primo cognitōez dei ꝑparat. Luc. ulti. Cognouerunt eū in fractōe panis cū inuitassent eū i hospitiu3. Scđo tpalia bona multiplicat. ut patet de vidua. iij. Reg. xvij. cui nō defecit farina ⁊ oleū cū suscepit Heliseū. Tercio a malo tempali cōseruat. ut patet i Raab q̄ recepit nūcios Josue. Eiuldē. ij. saluata cū domo sua. ⁊ Loth qui angelos recepit cū filiabꝫ de incendio liberat⁹ est. Gen. xix. Quarto gratiā impetrat. Beat⁹ dominic⁹ hospitē suā hereticā ad fidem cōuertit. ⁊ de Zacheo Luce. xix. Hodie sal⁹ huic domui facta est. iiij. Reg. iiij. Helise⁹ suscitauit filios hospite sue. Quinto p hospitalitatē q̄s meret ut deū suscipiat. Math. x. Qui vos recipit me recipit. Greg⁹. Pensate quanta sit virt⁹ hospitalitatis. ad māsiones vestras xp̄m suscipite ut eterna ꝯuiuia recipe valeatis. ꝑbete modo xp̄o peregrino hospitiū. ut nō vos peregrinos nesciat. s3 ut ꝓprios ad regnū recipiat. dicens illud Math. xxv. Hospes erā ⁊ nō collegistis me. Nā ad hospitalitatem exercendā exhortari nos deberet hoc ꝙ oēs hospites sum⁹ in hac vita. Hebreo. xiij. Nō habem⁹ hic manentē ciuitatē s3 futurā quā querim⁹. Ideo Aug. de vbis dñi. sermo. xxxij. dicit. Unusquisq3 i domo sua hic hospes est. alioquin si ñ esset hospes nō inde trāsiret. si trāsiturus es velis nolis hospes es. si dimittit illā domū filijs hospitibus dimittit. Nam s̄m Augu. Homo in ꝑsenti vita est quasi in domo aliena nescit quādo exire sibi ꝑcipitur. quid igitur ꝓsuit elatio mentis ꝯ temp̱alibꝫ. ut habet̄ Sap. v. Quid nobis ꝓsuit sup̱bia quid diuitiarum iactātia. oīa transierūt velut vmbra. ⁊ quasi nunci⁹ currēs. ⁊ quasi spuma glacialis q̄ a vento tollit̄. ⁊ tanq̄ memoria hospitis vni⁹ diei ꝑtereuntis. Nā tabernari⁹ nō vellet ꝙ rediret hospes ⁊ reciperet q̄d dimisit. Sic nec filij tui desiderāt reditū tuum post obitū. Itē sicut tabernari⁹ nisi ad ostiū cōducit hospites. sic ꝓpinqui ⁊ amici dūtaxat ad fossā te ꝯducunt. ⁊ tradit̄ obliuioni memoria tua. Psal. ix. Periijt memoria eorū cū sonitu. ¶ Q. Idcirco hospitalitatē debem⁹ hic exercere ut in futuro possemus hospitiū habere. De quo Aug. ꝯtra heresim. Prebe tectū accipe celū. Iō apl's ad Heb. xiij. Hospitalitatē nolite obliuisci. per hanc quidā deo placuerūt angelis hospitio receptis. Sup quo Orig. Domus hospitales ingressi sūt angeli. dom⁹ vero hospitibꝫ clausis ignis ⁊ sulphur accēdit. Iō Orige. sup Gen. li. v. Audite q̄ peregrinis domū clauditis qui hospitē vitatis. Loth in sodomis habitauit. alia ei⁹ bona gesta non legim⁹ q̄ ꝙ angelos hospitauit ⁊ incendia ignis euasit. O q̄ meritoriū est hoc opus misericordie. Primo q2 in hoc bono locabunt̄ hospitio in futuro. quia in ꝑadiso. dicet̄ eis illud Luc. xxiij. Hodie mecū eris in ꝑadiso. Ibi bene cibent̄ iuxta illud Sap. xvi. Panē celi ꝑstitisti eis oē delectamentū in se habentē. Secūdo meli⁹ potent̄. de quo ꝑs. xxxv. Torrēte voluptat3 tue potabis eos. Apoc. xvi. Sitienti dabo aquā aque viue gratis. Tercio honorifice cibabunt̄. Canti. i. Lect⁹ noster florid⁹. Quarto in claro ⁊ lucido cubiculo collocabūt̄. Apoc. xxi. Ciuitas illa nō eget sole neq3 luna ut luceāt i ea. nā claritas dei illuminabit illā. Quito requies sine strepitu dabit̄ eis. de q̄ Isa. xxxij. Sedebit ꝓpl's me⁹ i pulcritudie pac3. ⁊ i tabnaculis fiducie ⁊ in reqe opulēta. Sexto letū hospitē habebūt. s. dñm deū. Isa. xxiv. Uidebūt gloriā dñi dei nostri. ⁊ ibi̅ filiū ei⁹ q̄ trāsiēs ministrabit illis. Luc. xij. Ibi adimplebit̄ dictū Bern. Plenū erit oīm dulcedine videre hominē ⁊ hominis conditorē3. Ecce q̄ magna est merces ⁊ gloria hospitantiū peregrinos. De quo Chris. sup mattheū. c. x. sup illo verbo. Qui recipit iustū i noīe meo mercedē iusti recipiet. Ubi dicit Chris. Qualē mercedē habet q̄ ꝓpter deu3 peregrinat̄. talē habet q̄ suscipit ꝑegrinantē ⁊ fiūt ambo eq̄les q̄ ꝓpter deū refrigerat: et qui ꝓpter deū laborat. ⁊ maioris est meriti q̄ ꝙ hō seipm acriter castigaret. ¶ R. Unū legit̄ exemplū. ꝙ fuit quidā senex valde hospitalis, faciebat homines manducare q̄s

hospitabat. et cū ipsis manducauit. Uenit semel quidā senex quē hospitio suscepit. sz secum manducare noluit dicens se ieiunare. At ille dixit. Ueni orem⁹ simul sub arbore. cui arbor inclinabit op⁹ eius a deo acceptabitur. isti orare incipientes arbor inclinata est huic qui hospites hospitio suscepit. Jō Ambro. in libro de officijs. Uides inqt q Abraam deū hospitio recepit dum hospites querit. et Loth angelos. vnde scias tu cum suscipis hominē suscipies xpm. vt patet exemplū de Martino monacho vt scribit gregori⁹ in quadā omel. q inuenit leprosuz volens eū portare ad hospitiū in monasteriuz estimās eū hominē inuenit eum fore xpm. Sic martha non solū suscepit hoīes et angelos hospitio. sz regē et dn̄m hominū et angelorum. ppter qd magnū ei⁹ hodie meritū et p̄miū p̄conisat in vniuerso mūdo. et legitur in p̄senti euāgelio. mulier quedā martha noīe excepit illū in domū suā.

Sermo CX.

Ad idem.

Martha satagebat circa frequens ministerium Lu. x. In summa p̄sentis euangelij duo innuunt. Primo laudabilis xpi susceptio in honorabili hospitiō. Secūdo subiungit amabilis marthe conquestio de sororis ocio. Primū patet in principio. Secundū tangit ibi. Domine nō est tibi cure. De primo dicit. In illo tempore scilicet cū xps iret ad p̄dicanduz de loco ad locum. tunc intrauit in qddam castellū. scz bethaniā. distans quindecim stadijs a hierusalē. S. Sz diceres. quis fuit inductor et inuitator q ihesum inuitauit. Rn̄det q Lazar⁹ cū venit de venatōe et vidit ihm resuscitantem iuuenē adolescentē ante portam ciuitatis. Nā tunc inspiratum est sibi. Iste est qui ventur⁹ est ad salutē populi. et inuitauit xpm. Tūc martha reuerēter suscepit eū. et maria delectabat in verbis eius Spūaliter. Per has tres psonas intelligitur triplex status hominū. s. penitentium. actiuorum. et contemplantiū. Stat⁹ prim⁹ scilicet penitentiū intelligit p lazaꝝ q interp̄tatur adiut⁹. et significat penitentiā. Nā sine adiutorio et gratia dei nemo p̄t penitere. de q Aug. in libro de penitētia. Uere penitere nō est hoīs sz gratie dei. Ergo errāt q dicunt. si hoc peccatū agā volo bene penitere. ac si staret in eoꝝ potestate. qd tamē non est. Ratio quia ad verā penitentiā ad min⁹ requiruntur duo. T. Primum ↄtritio de peccatis ↄ̄tentis. modo quis p̄stat illā. non homo. nō papa vel eps: sz deus. De q Richard⁹ li. iiij. d ↄtemplatōe. Nichil intima cordis purgat nisi ↄtritio quā deus donat. Job. xv. Sine me nichil potestis facere. s. meritorie. Secundū qd requirit ad verā penitentiā est volūtatis bone ppositio. s. amplius nō peccandi. Et illam sol⁹ deus dat. Philip. i. Deus operat in nobis velle et pficere. ergo merito stat⁹ penitentie figurat p lazaꝝ: qui interp̄tatur quasi adiut⁹. Peccator penitens potest dicere cū p̄s. Nisi dn̄s adiuuisset me paulominus habitasset in inferno anima mea. Sicut lazar⁹ inuitat ihesum ad domū marthe. sic penitētia inducit ihm in domū cordis nostri. De q Isid. li. ij. de sūmo bono. Penitētia est medicamen vulneris et inductio salutis. Jō Bern. Intrans ihs in castellū cordis nostri. Lazar⁹ inuitat ihm et domū purgat. s. penitētia. sed martha ornat. i. actio. Maria vo letificat. i. ↄtemplatio. Ideo subdit in textu. Mulier quedā martha noīe excepit. i. feruenter cepit illū in domū suā. et huic erat soror nomine maria. U. Moraliter. Per marthā intelligit vita actiua. p mariā vita ↄtemplatiua. Uita actiua vt dicit Aug⁹. est corporis obsequiū ppter deū corporaliter in corporalia exhibitū. vt est esurientē cibare. ecce cibās cibatū et cibus sunt omnia corporalia. et hoc est negociū marthe. Item martha prior nominat q̄ maria. quia senior. et sic vita actiua debet p̄cedere ↄteplatiuā. de quo Greg. vi. moral. Qui ad arcē ↄtemplatōis ascendere desiderat necesse est vt pri⁹ in actione se exerceat. Actio sm Nico. de lyra. est operatio virtutū moraliū. In his dz fieri pri⁹ exercitatio anteq̄ accedat hō ad ↄtemplatōz

Sed heu aliqui sunt qui post susceptā penitentiam volūt esse ꝯtemplatiui. qđ nō ꝑt fieri. Bernā. Nō prius Rachel ꝙ̄ Lya supponit̄ Jacob. Ideo dicit Orige. sup Cantica. c. ij. Cōtemplatorē deꝑte iudico si prius ꝑficiat te actio. Tūc subdit text⁹ Martha satagebat. i. satis agebat circa frequens ministeriū. ❡ X. Itē nota si quis vult meritorie opari in vita actiua vt satagat cum Martha. tūc vita actiua reqrit septē ſm ꝙ dies sunt septē in hebdomada. ꝑ q̄s enumeratur ⁊ dilabit̄ vita nostra. Primo requirit mentis purificatōez. Secundo rectam intentionē. Tercio ꝓximi edificationem. Quarto cordis humiliationē. Quinto diligentē executionē. Sexto futurā remunerationem. Septimo perseuerantē opatōez

❡ Dixi primo actiua vita vt meritorie agatur requirit mentis purificatōez. Jaco. iiij. Emūdate manus ⁊ purificate corda. Ratō Eccē. ix. Qui in vno offendit, multa bona perdit. Beda in omel. sup Johannē. Actiua vita est exteriorem hominem opib⁹ iusticie insistere. ⁊ seipm immaculatū ab hoc seculo custodire. Nā modicū fermentū totā massam corrumpit. ⁊ sic vnū peccatū mortale. Grego. Nulla bona acceptant̄ que malorum admixtione maculant̄. Licet hō multa facit tamē deo nō placent nisi homo prius deo placeat. Grego. Non placuit Abel ex munere: sed munus ex Abel. Idez. Quid ꝓdest sua dare deo ⁊ seipm dyabolo. nil poterit deo fore gratū q̄diu homo ingrat⁹ est deo ꝑ mortale peccatū. Ideo grauia peccata dicunt̄ mortalia triplici de causa. Primo quia mortificāt oīa bona. iuxta illud Ezechiel. xviij. Si auerterit se iustus a iusticia ⁊ fecerit iniquitatē numquid viuet. omnes iusticie eius quas fecerat non recordabuntur. Unde Aggei. i. Seminastis multum ⁊ intulistis parū. ⁊ qui ꝯgregauit merces misit eas i saccū pertusuz. Secūdo peccatuz mortale dicit̄ graue. q2 trahit ad mortem eternā. Ro. vi. Stipēdia peccati mors Tercio quia aufert homini deū qui est vita anime. Aug. Uita anime de⁹ est. ⁊ q̄ recedit ab eo mortuus est. Talis est qui peccat mortaliter Jacobi. i. Peccatū cū ꝯsummatū fuerit generat mortem.

❡ Secundo vita actiua requirit rectā intentionem. q2 dicit Grego. xxviij. moral. Intentio p̄stat fundamentū operi nostro. Nā sicut fabrica columnis: columne basib⁹ fulciunt̄. ita vita actiua virtutib⁹: ⁊ virtutes intime in intentione persistunt. Ideo subdit ibidē. Uigilanti cura intentio est pensanda. Nā qui rectam intentionē in opere nō habēt. totū op⁹ amittūt. Cui ꝯsonat magister in. ij. dist. xl. Actus sunt simpliciter mali qui peruersam intentionē habēt ❡ X. Sed diceres. qualis debet esse intentio actiui hominis. Respondet Bernard⁹. In oīm operatōne vite actiue principaliter intende gloriā dei. tui salutem. ⁊ ꝓximi vtilitatē. Primo intende gloriam dei. i. Cor. x. Oīa quecūq3 facitis ad gloriā dei facite. Bern. Fidelis famulus nō suā s3 dñi querit gloriā. Sic nos dicendo cū ps. cxiij. Nō nobis dñe nō nobis ⁊c. Scđo intende tuā salutē Bern. Nemo tibi germanior vnico matris tue. Tercio ꝓximi vtilitatē. ⁊ h̄ est tercium qđ dixi ꝙ requirit vita actiua ꝓximi edificatōez. Unde Math. v. Luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona. ⁊ glorificent patrem vestrum qui in celis est. Luce. xi. Nemo accendens lucernam ponit eā in abscondito neq3 sub modio. sed super candelabrum vt luceat his qui in domo sunt. cū docet apostol⁹ Ro. xij. Prouidentes bona nō tm̄ corā deo. s3 etiā corā oīb⁹ hominibus

❡ Diceres tñ docet saluator Math. v. Attendite ne iusticiā vestrā faciat3 corā hoīb⁹. Rñdet Gorra sup Math. In ope bono q̄renda est gloria diuina. ⁊ ea de causa d3 fieri in publico. de q̄ Math. v. dictū est. S3 in bonis opib⁹ fugienda est glīa ꝓpria. ⁊ de hoc dicit. Attendite ne iusticiā vestrā faciatis corā hominib⁹. Ideo subdit. vt videantur ab eis. Greg. Sic op⁹ fiat in publico ut intentio maneat in occulto. Dicit nāq3 augustin⁹. Si nō habes inspectores nō habebis imitatores

❡ Quarto vita actiua requirit cordis humiliationez. Eccī. vij. Humilia valde spūm tuū. Naz si magna opa fecisti

multis bonū exemplū prebuisti ⁊ plures meliorasti cū vita ⁊ doctrina tua. noli extolli. sed memēto Eccl. iij. quāto magnus es humilia te in oībus Gre. iij. mora. Perit omne qd agitur nisi in humilitate custodiatur Lu. xvij. Cū feceritis oīa q̄ precepta sunt vobis dicite. inutiles serui sumus. s. nobis nō cōplacēdo. August. Ubi tibi placuisti ibi defecisti. Bern. Qui placere deo desiderat necesse est vt sibi displiceat. Nā secundum Aug. Sūma pfectō xpiane religionis est vt q̄tū hō pficiat tantū se deficere putet Et hec causat ꝟa humilitas De q̄ Bern. Uera virtus est humilitas. de q̄ hō verissima cognitōe sibipsi vilescit. Quarto reqrit futurā remunerationē nō querēs in presenti remunerari p temporalia. s. diuitias et honores: sed querit deū in pmiū. dicēdo cum ps. Quid eīn michi in celo est ⁊ a te qd volo sup terrā: ps mea deus in eternū. q. d. Celum paruipēdo: terrā nō curo: sed deū meum in preciū desidero. B. Sed q actiui solū deū desiderare debēt in premiū. hoc in multis figurat in veteri lege. Primo in Abraā Geñ. xiiij. cū persecutus fuerat quinq reges qui depdati fuerāt terrā. ⁊ ceperūt Loth et fecit victoriā Dixit ei rex in sodoma. Da michi anīas: cetera tolle tibi. Respondit abraam. Leuo manus meas ad dñm deū excelsum possessorē celi ⁊ terre q a filo subtegminis vsq ad corrigiā nō accipiam ex omnibus que tua sunt. Spiritualiter. Per eā abraam qui hostes occidit ⁊ predā reduxit intelligunt iudices ecclesiastici ⁊ seculares qui iusticiam faciunt inter virum ⁊ virum. nō debent accipe munera parua vel magna. xi. q. iij. Nō licet. Non licet iustū iudiciū vendere. licet aduocato vendere patrociniū sed nō iudicium. Sed heu nunc implet illud. i Regū. viij. Declinauerunt post auariciam acceperunt munera ⁊ peruerterūt iudicium hoc nō est pprium bonorum iudicū sed malorum. De quo Prouer. xvij. Munera de sinu impius accepit vt puertat semitas iudicij. Sed qd amplius est conquerit Isidorus. ⁊ habet. xi. q. iij. Paup. Paup dū nō habet vnde offerat non solū audiri contemnitur: sed etiā ɔtra veritatem opprimit. De talibus Isa. v. Ue vobis qui iustificatis impium p muneribus. Symon de cassia. Ue i sacra scriptura significat eternā dānationem. Sed boni iudices expectāt eternā remuneratione. xi. q. iij. Qui recte. Qui recte iudicat premiū retributōnis a deo expectat. Secūdo figuratur in Moyse: qui ait ad dñm Numeri. xviij. Tu scis qz asellum nec vnū acceperim. i. qdcunq exile munus Spiritualiter. Moyses qui leuitas instituit ⁊ ordinauit leuitas figurat epos quorū est conferre ordines ⁊ beneficia. qui p talibus nullū munus debēt accipe. vt habet de simonia. in ordinādo In ordinādo nō debet eps impositionē manus vendere nec notarius calamū. iuxta illud Mat. x. Gratis accepistis gratis date. Tercio figurat in Samuele. i. Reg. xij. q ait. Conuersatus sum corā vobis ab adolescentia mea vsq in diē istū. psto sū loqui coram dño. vtrum bouem cuiusq tulerim vel asinum. si quē oppressi. ⁊ si de manu cuiusq accepi hodie restituā. Spiritualit. Per Samuelem qui orauit pro filijs isrl. ⁊ qui ait. Absit a me hoc grande peccatum vt cessem orare p vobis. intelligunt religiosi q̄ p missis ⁊ orōibus nullū munus debēt desiderare. sed ɔsequenter consequit ⁊ euenit sustentatōis receptio. iuxta illud apli. i. Cor. ix. Qui altari deseruit de altari viuat. Et subdit. Quis pascit gregem ⁊ de lacte eius nō manducat Nemo militat stipēdijs suis vnq. Et sequit ibidē. Dñs ordinauit his q̄ euangelium nunciant de euangelio viuere. Luc. x. Edentes ⁊ bibētes q̄ apud illos sūt dignus est eīn operarius mercede sua. Quarto figurat in helisco. iiij. Reg. v. qui de naaman leproso ⁊ mundato nichil voluit accipere licet ille beniuole ei multa offerebat. Spūaliter. p heliseū q̄ p septenā lotionem mūdauit naaman a lep significant sacerdotes q̄ conferūt septē sacramēta p q̄ fideles lauantur in ecclesia. de quibus nichil debent exigere. vt habet de simonia. c. Non sacra. Attamē q pietas hoīm introduxit pias cōsuetudines epi faciūt obseruare. vt patet de simonia. c. ad aplica. C. Diceres. si aliquid libere offertur ministranti sacramēta

nunquid p̄t accipe. R̄ndet wilhel. q sic. si indiget p̄t ei dari pecunia in sumpt⁹ sacerdotis. nō in munera sacerdotij. i. officij sacerdotalis qd̄ impendit. sicut dicit Hiero. q decē panes crustula ⁊ vas mellis si data fuerūt ꝓ ꝓbetis mag₃ in sumpt⁹ q̄₃ in mune ra ꝓbēde reputāda sūt. vt habet. i. q. i. Judices. Cū ergo dicit. sacerdos recipit pecuniā ꝑ amministrādis sacramētis. tūc ly ꝑ notat causā sine q. nō. s. causam sustentationis. ⁊ nō appreciationē ipsius sacramēti vl' officij qd̄ impendit vel laboris quo laborat in ipso officio. quia labor ꝯiunct⁹ est officio qd̄ non debz vendi nec locari. Et sic sacerdos debet gratis impēdere officiū. Similit' qd̄ dat ei gratis debz dari denotādo sustētationē ⁊ nō appreciationē. sicut dic̄ Aug. q apostoli gratuitū panē accipiebāt ab illis quib⁹ gratis p̄dicabant. Unde Aug. in libro de pastorib⁹. Si tibi accendit' lucerna in domo vt tibi luceret. nōne adijceres oleum ne extingueret'. Unde ⁊ addidit. vnde ergo viuit' necessitatis est accipere. charitatis vero est p̄bere. Non igit' venale est sacramentū vt heretic⁹ dicat vel iniqu⁹ christianus. vt illud sit preciū qd̄ sumunt vnde viuant qui euangeliū nunciant vel sacramenta administrāt. Si eñi sic vendunt magnā₃ rem vili precio vendunt. Accipiunt ergo sustentationē necessitatis a populo. sed mercedem sustentationis a deo. Non eñi popul⁹ ydone⁹ est reddere mercedem illis. nō eñi expectant isti mercedē nisi vnde illi salutē₃ quia nō querunt principaliter datū sed fructum. ¶ Sexto requirit vita actiua diligentem executōē₃. ij. Paralipo. xix. Oīa cū diligētia agite. Nam negligentes maledicuntur. Hiere. xlviij. Maledictus qui facit opus domini negligēter. Propter qd̄ hortatur apostol⁹ Roma. xij. Spiritu feruentes domino seruientes. s. in charitate. sine qua oīus actio frustra. Unde Hilari⁹ sup Johannē. Frustra erit oīs opatio nisi assit dei dilectio. Bern̄. Charitas est virtus in qua nec minimu₃ opus despicitur. ⁊ sine qua maximum non acceptatur Non predicatio. prima Chorinth. xiij. Si linguis hominum loquar ⁊ angelorum. charitatē₃ autem non habuero sū velut es sonans ⁊ cimbalum tinniens ⁊c̄. Non fides. i. Cor. xiij Si habuero omnem fidem ita vt montes transferam. charitatem autem nō habuero nichil sum. Nō elemosina. i. Cor. xiij. Si distribuero in cibos pauperum oīs facultates meas ⁊c̄. Non martirium. i. Corin. xiij. Si tradidero corpus meum igni vt ardeam. charitatem autem non habuero nichil prodest. Ideo Augustinus. Charitas est que valet ad omnia: sine qua nichil valent oīa. ¶ Septimo vita actiua requirit perseuerātē operationem. Luce. i. In sanctitate ⁊ iusticia seruiam⁹ domino omnibus diebus nostris. Non dicit aliquibus diebus. sed omnibus. Quia dicit Grego. Incassum bonum agitur si ante terminum vite deseratur Ideo Ecc̄i. ij. Fili accedens ad seruitium dei sta. scilic₃ in perseuerantia Chriso. Tolle perseuerātiam. nullum obsequium habet meritum. Propter qd̄ fuit p̄ceptum in figura Leuiti. i. q caput cū cauda deberet offerri deo. i. principium cū fine. Math. x. Qui ꝑseuerauerit vsq₃ in finem hic saluus erit. Qd̄ fecit beata Martha vt patet in eius legenda ⁊c̄.

¶ De sancto Petro ad vincula.

Sermo ¶ CXI.

Herodes postquā occidit Jacobum apposuit ⁊ apprehendere Petrū. Act. xij. Ambro. in exameron. Lup⁹ q̄ semel gustat carnē humanā eā ampli⁹ comedere appetit. ⁊ effundere sanguinē humanū delectat' q vsq₃ ad mortem ingredit' pro ea. Ratio q₂ hō inter oīa animalia carnē habet sapidiorē₃ ⁊ sanguinē dulciorem. quia de quāto animal melioribus cibis vescit' ⁊ nutrit'. de tanto caro ⁊ sanguis suauior reddit'. Et sic est de homine. ideo a lupis plus appetit'. Sp̄ualiter Per lupu₃ intelligit' crudelis tirannus: q₂ mali xp̄iani dici homines nō merent'. scd̄m illud Boecij libro. iiij. prosa. iij. Euenit vt quē transformatū vicijs improbum videas hoiem estimare nō posses s₃ lupum. Isa. x.

Habitabit lupus cū agno. Et Ezech. xxij. Lupi in medio eiꝰ rapiētes predā. Modo recte sicut lupꝰ gustata carne hoīs ꝛ eiꝰ effuso sanguie sēꝑ appetit. sic malꝰ lupinꝰ tirānꝰ ꝗ semel gustauit ꝑ occisionē carnē sanctorū hoīm. ꝛ effudit sanguinē eoꝝ sēꝑ effundere desiderat. qꝛ dicit regula iurꝫ li. vi. Qui semel malꝰ sēꝑ p̄sumit malꝰ. Et tales fuerunt illi tirāni de quibꝫ p̄s. lxxviij. Deus venerūt gentes in hereditatē tuā polluerūt templū sanctū tuū. Posuerunt morticinia seruorū tuoꝝ escas volatilibꝫ celi. ꝛ carnes sanctoꝝ tuoꝝ bestijs terre. ꝛ fuderūt sāguinē eoꝝ tanq̄ȝ aquā in circuitu hierusalem. Talis lupinꝰ tirānus fuit herodes agrippa qui cū semel gustasset carnē dulcissimā beati Jacobi apl̄i quē occidit. De q̄ textꝰ. Occidit iacobū fratrē Johānis gladio. appetitus eiꝰ nō fuit satiatꝰ. sȝ apposuit app̄hendere Petrū. de q̄ thema. In sūma cōplēt tria innuunt. Primo petri incarceratio luctuosa. ibi. Videns aūt misit in carcerē ꝛc. Scđo subiungit eiꝰ liberatio gaudiosa. ibi. angelꝰ dn̄i astitit Tercio gratiaꝝ actio iubilosa. ibi Petrꝰ ad se reuersus dixit. Nunc scio vere

E De primo dicit Misit herodes manū .i. potestatē vt affligeret quosdā de ecclesia. Nota tres fuerūt herodes: ꝛ oēs ꝑsecutores. Ascalonita necauit pueros Antipas Johannē bapti. Agrippa Jacobū: ꝛ petrū clausit in carcere. Ideo subdit Occidit aūt Jacobuȝ fratrē Johānis gladio. videns qꝛ placeret iudeis voluit eis satisfacere: nō iusticie. apposuit ꝛ apprehendere petrū. qꝛ iudei ei plus p̄ ceteris inuidebāt Tū qꝛ princeps apl̄oꝝ. ideo noīat cephas qđ interp̄tatur caput. tum qꝛ maioribꝫ miraculis effulgebat. Sanauit enī Petrꝰ infirmos per verba sua. Act. ix. Enea sanet te dn̄s Jhs xp̄s. Itē p vestimēta sua. Act. xix. Afferebant semicinctoria. i. zone quibꝫ cingebant Sanabat p vmbrā suā. Act. v. In plateis ponebant infirmi. Sanauit p baculū suuȝ sicut de beato Marciali legit: cui baculū dedit: ꝛ sociū suū mortuū suscitauit. ꝛ sanauit ꝑ supplicia sua. sicut istā puellā cū osculata fuit cathenā. Si tante virtutis fuerūt v̄ba qđ hodie ī celo nobis sua suffragia. Si sua vmbra qđ sua gloriosa verba. Si tm̄ honorem p̄stat sanctoꝝ supplicijs q̄ntū p̄stat eoꝝ animabꝫ sanctꝫ. Ideo nō placuit iudeis. F Erāt aūt dies azimoꝝ qn̄ app̄hendit petrū ꝛ addit h̄ ad significandū causā quare non occidit statim petꝝ. sicut fecerat de Jacobo volebat enī expectare transitū solēnitatꝫ pascalis. in qua iudei septē diebꝫ vescunt panibꝫ azimis. Quē cū app̄hendisset misit in carcerē: ne posset effugere. tradēs quattuor quaternionibꝫ militū ad custodiēdū. Quaternio dicit a q̄ttuor. qꝛ habet q̄ttuor milites sub se. volēs post pasca ꝑducere eū populo. i. exponere morti ad voluntatē populi Tūc subdit. Petrꝰ quidē seruabat ī carcere. oratio aūt fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deū ꝓ eo. s. vt xp̄s eū ꝯseruaret ī vita. Cū aūt ꝑducturꝰ eēt eū herodes. s. d̄ carcere vt occideret. ista nocte. s. immediate p̄cedēti erat Petrꝰ dormiēs inter duos milites diligēter custoditꝰ ne euaderet via humana. vinctꝰ duabꝫ cathenis. Et custodes añ ostiū custodiebāt carcerē. Sȝ deficiēte humano p̄sidio solet adesse diuinū. Iđ dixi secūdo subiungit eiꝰ liberatio gaudiosa dicens. Ecce angelꝰ astitit. s. ad liberatōneȝ ꝛ refulsit lumē ī habitaculo carceris. s. ad eiꝰ ꝯsolatōeȝ. ꝑcussoq̄ȝ latere petri. s. ꝑ tactum corꝑalem excitauit eū dicēs. Surge velociter: ꝛ ceciderūt cathene de manibꝫ eiꝰ. s. diuina virtute vel angelica. Dixit aūt angelꝰ ad eū. Precinge te vt sis aptꝰ ad ambulādū. resoluit enī cingulū vt veste posset pedes coopire ꝯtra frigiditatē carcerꝫ. ꝛ calcia te caligas tuas. i. indue sandalia sine corio superiori. ꝛ fecit sic. Circūda te vestimēto tuo ꝛ seq̄re me. ꝛ exiēs sequebat eū. Et nesciebat qꝛ veꝝ est qđ fiebat ꝑ angelū. Existimabat se aūt visuȝ videre. qꝛ fortitudo carcerꝫ ꝛ diligēs custodia militū fecerūt sibi imaginationē nō euadēdi Transeūtes aūt primā ꝛ secundā custodiaȝ. s. militū q̄ erāt oppressi somno. vel qꝛ vigilātes erāt. sȝ cecitate ꝑcussi. sicut. iiij. Reg. vi. de militibꝫ q̄ volebant capere Helyseū. venerūt ad portā ferreā. et erat exterior porta carceris que ducit ad

ciuitatē Ex quo videt᷑ ꝙ carcer fuit extra ci
uitatē. q̄ vltro apta est eis virtute diuina.
Et exeūtes illā portā pcesserūt vicū vnū
scilicet ad maiorē Petri securitatē. Et ꝯti
nuo discessit ab eo angel⁹. ¶ Tūc dixi ter
cio subiungit᷑ gratiaꝝ actio iubilosa cū dixi
Et petr⁹ ꝯuersus ad se dixit. Nūc scio ve
q꞉ dn̄s misit angelū: ⁊ eripuit me de manu
herodis ⁊ d̄ omi expectatōe plebis iudeoꝝ
¶ Moraliter. Per illa tria significātur
tres stat⁹ hoīm. Primo stat⁹ peccantꝫ in pe
tri incarceratōne. Secūdo penitētis in eius
liberatōne. Tercio ꝯtemplātis in ei⁹ gr̄arū
actōne. Dixi primo notat᷑ stat⁹ peccātis in
Petri incarceratōe. Nā sicͤ petr⁹ fuit vin
ctus p herodē ⁊ tradit⁹ in carcerē. sic pc̄tor
p dyabolū vincit᷑. s. p ꝯsensum. Prouer. v.
Iniq̄tates sue capiūt impiū. ⁊ tradit᷑ i car
cerē peccati p peccatū. nā in carcere est te
nebrositas Sic hō in statu peccati. pue᷑b.
iiij. Via impioꝝ lubrica ⁊ tenebrosa. ꝙ pec
cator posset ꝯqueri illud ps̄. lxxvij. Posu
erūt me in lacu inferiori in tenebrosis ⁊ in
vmbra mortꝫ. Itē quattuor quaternionib⁹
fuit traditus. Et sic dyabol⁹ ꝯstituit q̄ttuor
custodes. duos interiores. s. malā volūtatē
⁊ delectatōēꝫ prauā q̄ ꝯseruāt hoīem in pec
catis. ⁊ duos exteriores. s. opa mala ⁊ pra
ua ꝯsuetudo. Ubi hi q̄ttuor custodes sunt
peccator difficulter exire pt̄. Nā scribitur
Eccl̄s. iiij. Funicul⁹ triplex difficulter rum
pit᷑. Si aūt quadruplex. s. p ꝯsuetudinem
tūc multo difficili⁹. Greg. Difficile surgit
quē moles praue ꝯsuetudinis p̄mit. ¶ D
Uel sic. quattuor custodes sunt q̄ttuor inor
dinati affectus. Prim⁹ timor recidiuādi.
ps̄. xiij. Trepidauerūt timore vbi nō erat
timor. Secund⁹ spes in fine penitēdi. Cō
tra hoc. i. ad Thes. v. Dies dn̄i sicͤ fur in
nocte veniet. s. hospite dormiente. vt dicitur
Luc. xij. cui dictū est. Stulte hac nocte re
petā animā tuā a te. Dicit Greg. xxv. mora
liū. In nocte ablata fuit anima ei⁹. q꞉ lucis
ꝯsiderationē habere noluit. Terci⁹ ē amor
peccandi. De quo Augustin⁹. Nichil facit
hominē malū nisi malus amor. ille perdet
animā. Unde Psal. x. Qui diligit iniqui
tatē ꝫ odit animā suā. Quart⁹ custos dolor
tollens penitentiā cū dicunt. tua fragilitas
non pt̄ talia ferre. Contra hoc dicitur. ij.
ad Coꝛ. iiij. Id qd̄ estimam⁹ in p̄senti est
momentaneū ⁊ leue tribulatōnis. sed in fu
turo dura acerbitas. De quo Aug⁹. in ser.
Ibi dolor sine ꝯsolatōne. ardor sine refrige
ratione. esuries sine cibo. sitis sine potu. te
nebre sine luce. ibi nullus amor ⁊ ordo sed
sempitern⁹ horror. nulla dulcedo sꝫ sempi
terna amaritudo. ibi mors optabit᷑ ⁊ nō da
bitur. Et ergo penitētia nō est pensāda in p̄
senti respectu pene i futuro Itē petrus erat
dormiens inter duos milites. i. pc̄tor inter
carnalia ⁊ spūalia pc̄ta. q̄ militāt aduersus
aīaꝫ. dormit. s. qn̄ cū d̄lectatōe illa cōmittit
Et erat in solēnitate. ⁊ sic plura vicia com
mittunt᷑ in solēnitate. Isa. i. Solēnitates
vr̄as odiuit aīa mea. Itē petr⁹ fuit vinctus
duab⁹ cathenis. ⁊ sic pc̄tor vincit᷑ a dyabo
lo. s. p̄sumptōe ⁊ desperatōne. de q̄ Eccl̄i. v.
Ne dixeris miseratio dei magna. multitu
dinis pc̄toꝝ meoꝝ miserebit᷑. Nā misericordia
⁊ ira ab illo cito approximat. Aug. de bap
tismo ꝯtrā donatistas Quādiu nō habem⁹
pfectōēꝫ angeli. tādiu scitote ꝙ nos hēam⁹
p̄sumptōēꝫ dyaboli. i. desperatōēꝫ. Hāc ha
buit diues Luc. xij. cū dixit. Letare anima
mea habes cūcta bona. sꝫ desperatōēꝫ habuit
cū Cayn. Geñ. iiij. Maior est iniq̄tas mea
q̄ꝫ vt veniam merear. Cōtra quem inuehit
Bern̄. dicēs. Mentiris tu Cayn. maior est
dei misericordia q̄ꝫ quevis nostra miseria.
Hāc cathenā fugere debem⁹. q꞉ dicit Isid.
Nil ita offendit deū sicut desperatōnis cri
men. Nā s̄m Chris. Qui de venia desp̄at
misericordiā dei fundit⁹ pdit. Itē sicͤ petr⁹
a se liberari nō potuit. nec humanit⁹ libera
tio ei⁹ accidit. sic hō a vinculis pc̄toꝝ seipm̄
eripere nō pt̄. Job. xxxix. Quis liberꝫ misit
onagrū ⁊ vincula soluit. q. d. null⁹ nisi de⁹.
Osee. xiij. Perditio ex te: saluatio ex me.
Chris. in omel. Anteq̄ꝫ peccamus liberi su
mus. cū aūt semel dyabolo obligauerimus
nos. iā nostra volūtate euadere nō possum⁹
Et ponit exemplū. Recte sicut nauis fracto
gubernaculo dicit᷑ q̄ tēpestas impellit. sic
E

homo amisso auxilio diuine grē ducit̄ quo
uentꝰ temptatōis eum pellit. Et implet̄ il/
lud Job. xxi. Aliꝰ te cinget ꝛ ducet q̄ tu nō
vis. Aug. in de penitētia. Uere penitere nō
est hoīs lʒ dei gratie. Dixi secūdo innuit̄
stat̄ꝰ penitētie in Petri liberatōne. Nā di
cit Greg. Res gesta significat aliq̄d gerēn/
dū in ecclīa. Ex q̄ ecclīa celebrat festum ad
vincula Petri. ideo instruimur in p̄senti
lectione quomodo nos a vinculis peccatoꝝ
eruamur. Primo p̄ Petro fiebat generalꝭ
ex oratio. cū dicit Oratio fiebat p̄ petro ab
ecclesia sine intermissione ad deū. Ecce libe
ratus est p̱ ecclesie suffragiū: q̄ꝛ per oratōeʒ
I. Et merito Petrꝰ fuit liberatꝰ a vincu
lis p̱ orationē. que debet habere quinqʒ cō/
ditiones q̄s si habuent ꝛ nos liberabimur
a peccatoꝝ nostroꝝ vinculis. Primo oratō
debet fieri a dignis. q̄ꝛ ab ecclīa. s. ab his q̄
erāt de ecclesia numero ꝛ merito. i. ab his q̄
sunt in charitate. oratio eīn p̄ctoꝝ nō mere
tur exaudiri. p̄s. lxv. Iniquitatē si aspexi in
corde meo nō exaudiet me dn̄s. Isa. i. Cuʒ
multiplicaueritis oratōes vestras nō exau
diā vos: q̄ꝛ manꝰ vestre plene sūt sanguine
Scdo fiebat a multꝭ. q̄ꝛ ab ecclīa. Dic hie
ro. Impossibile est p̄ces multoꝝ nō exaudi
ri. q̄ꝛ dic̄ saluator Math. xviij. Si duo ex
vobis p̄senserint d̄ oīm re quā petierint fiet
illis a patre meo. Tercio fiebat cū magna
deuotōne. quia sine intermissione cū p̱seue
rantia Iuxta illud. i. ad Thessa. v. Sine in
termissione orate Luc. xviij. Quoniā opor
tet semp̱ orare ꝛ nō deficere. Dixit dominꝰ
exemplū Luce. xi. de amico pulsanti. si illi
nō dabis surgens eo q̄ amicꝰ tuꝰ sit. tamen
p̱pter improbitatē. id est importunitatē eiꝰ
surget ꝛ dabit illi quotquot habet necessari
os. vbi innuit perseuerātiā. Quarto fiebat
p̄ digno. id est beato Petro. q̄ꝛ sepe oratio
nō audit̄ que p̄ indignis effundit̄. Jō Hie
re. xi. Noli orare p̄ populo isto. Et ibidem
xv. c. Si steterint Moyses ꝛ Samuel co
ram me: nō est anima mea ad populū istuʒ.
Quinto oratio fiebat p̄ re vtili ꝛ honesta.
q̄ꝛ p̄ Petri liberatōne: qui erat pastor eccle
sie. sepe homo eīn nō meret̄ exaudiri. q̄ꝛ pe/
tit pro re inutili. i. Johānis. v. Si petieri/
mus f̄m voluntatē eiꝰ exaudiet nos. Chri/
sosto. sup̱ Matheū Pete que tibi expedinēt
accipere: ꝛ illū decet dare. Ecce q̄ʒ fructuo/
sa est generalis oratio. Uñ Jaco. v. Mul/
tum valet dep̄catio iusti assidua. Reuera
multū. De q̄ Bern. in sermōe quodā. Per
orationē Hieremias p̄fortat̄ i carcere. Da
niel p̄seruat̄ inter leones. tres pueri tripu/
diant in fornace Susanna liberat̄ a falso cri
mine. Greg. Quāto tumultꝰ temptatōnis
maior tanto orō feruē[n]tior. p̱pter q̄d dic̄ au
gustinꝰ. Ne deficias in orōne. si deꝰ differt
nō aufert. Secūdo liberatio petri fiebat p̱
angelicū ministeriū. De q̄ dicit textꝰ. An/
gelꝰ astitit ꝛ lumē refulsit i habitaculo car/
ceris. Mistice. Sic angelꝰ. i. xp̄us. Isa. ix.
Magni p̄silij angelꝰ. Hic debet p̄uenire p̱
suā grām Nā ait Joh. xv. Sine me nichil
potestis facere Nā hō p̱ se p̄t cadere nō aūt
resurgere. Ideo fortunatꝰ in omel. Omīs
hō si quid boni sibi p̄sp̄exerit euenire hoc to
tū ascribat diuine grē. Et sic sequit̄ illumīa
tio carceris. ij. Coꝝ. iiij. Deꝰ q̄ dixit lumē
d̄ tenebris splēdescere. ille illuxit in cordibꝰ
nostris. Rich. de p̄templatōe lib. iij. c. vlt.
Sine grā nec sufficimꝰ ad cognitōeʒ veri/
tatis nec ad dilectōeʒ virtutꝭ. p̄s. xij. Illu/
mina oculos meos ne vnq̄ʒ obdormiaʒ in
morte. Dyonisiꝰ in libro de diuinis noībus
Intelligibile lumē ñ est aliud nisi cognitio
veritatꝭ. Et facit duo in anima. expellit igno
rantiā ꝛ docet veritatis cognitionē. Augꝰ.
in lib. p̄fessionū. Irradiasti. choruscasti. fu/
gasti cecitatē meā. K. Terciū est Petri
excitatio. Subdit. Percussoq̄ʒ latere petri
Lateris interioris p̱cussio est diuine passio
nis inspiratio. de cuius latere salus nostra
profluxit. q̄ hoc meditemur exhortamur. i.
Petri. iiij. Xp̄o in carne passo ꝛ vos eadeʒ
cogitatōe armamini. Uel exterior p̱cussio
est tribulatio vel correctio. Dicit eīn Ama/
dus. O q̄ʒ multi sunt q̄ p̄fundissimo somno
p̄ctoꝝ dormierūt. ꝛ grā diuine correctōis
excitati q̄si de graui somno vitam in meliꝰ
cōmutauerūt ꝛ op̱a tenebraꝝ abijcientes ar
ma lucis induti sunt. Et hoc figuratur. iiij.

Reg.xxi.in Manasse.q regnauit quinquaginta quinque annis in hierusalē. et fecit mala in conspectu dñi. erexit sex ydola. et adorauit omnē miliciā celi. solem. lunā. et planetas et occidit sanguinē innocentiū prophetarum donec hierusalē adimpleret vsque ad os. Glosa. id est in circuitu potuit. nec tamen peccatū suū cognouit. Idcirco. ij. Paral. xxxiij. Tribulatōez et percussionē induxit super eū dñs. s. principes exercitus. regis assiriorum. ceperūt que manassen et vinctū cathenis et cōpedibus duxerūt in babilonē. et tūc in carcere cognouit pctā sua et egit penitentiā corā dño dicens. Peccaui super numerum arene maris. Ibi ipse cognouit quod dñs est deus. et sic excitatus consitens. surge velociter. s. ad penitentiam. nō dicendo cras cras. Nā dicit Helinandus de reparatōne lapsus. Surge velociter. Nā si hodie surgere est difficile. cras erit difficilius. Nā quanto iaces diutius: tanto cades profundius. Hec ille. Et sic cadūt cathene de manibus. s. quibus te ligāuit dyabolus. ¶ L ¶ Quartū est eius induitio: cum dicit. Precinge te. s. a voluptate carnis. Hoc est necessariū penitentibus. Lu. xij. Sint lumbi vestri precincti. Greg. Lumbos precingimus cū carnis luxuriā coartamus. Calcia te caligas tuas. i. resiste terrenis affectionibus celestia appetendo. Nā calige fuerunt sandalia nō habētes coriū super pedes. Et est affectio sursum ab amore terreno denudata. Col. iij. Que sursum sunt querite. Greg. viij. moraliū. Qui terreno amore vincitur in deo nullatenus delectatur. Subdit. Circūda tibi vestimētū tuū. id est decorationem virtutū. s. charitatis humilitatis. Greg. Non est satis mala nō agere nisi quis bonis operibus studeat insudare. Subdit. Et sequere me. Et sic nichil valet opus sine sequela domini. Sed quomodo habetur Mat. xvi. Qui vult venire post me abneget semet ipsum. et tollat crucem suam et sequatur me. Quod exponens Gregorius in omelia ait. Relinquamus nosipsos penitendo. et desinamus tales esse quales nos fecimus per peccatū vt mereamur esse tales quales per gratiā facti sumus in baptismo vt superbus deserat superbiam. suscipiat humilitatē. ¶ M ¶ Subdit. et Petrus sequebatur angelū per tres portas sic peccator xp̄m. Prima porta est penitentia. Mat. iij. Penitētiā agite &c. Ps. xcix. Introite portas eius in confessione. Scōa perseuerātie. Gal. vi. Bonū faciētes nō deficiamus Tercia glorie Math. xxv. Que parate erāt &c. Ille sunt que describuntur. i. Esdre. ij. Prima est porta vallis. scōa pontis. tercia porta regis que est ferrea. quā nullus inimicorū potest deuastare. Ps. cxlvij. Cōfortauit seras portarū tuarum. Ibi amplius nō clamor &c. Tunc petrus. i. peccator cognoscit se plene liberatum dicēs. Nūc scio vere quia misit dñs angelū suum. et eripuit me de manu herodis. Et in membrum tercium in quo dixi innuitur petri gratulatio iubilosa. ¶ N ¶ Nota sācti gloriantur de quatuor beneficijs. Primo de perfecta recollectōne sui. et hoc innuitur cū dr. Petrus ad se conuersus. Nā in hac presenti miseria nulla vel modica est mētis tranquillitas. sed quasi continua ē mētis fluctuatio et dispersio. Sed in celesti premio dispersiones oēs congregabuntur simul. et totus homo ad se conuertetur. et ex intimo corde summo bono vnietur. et tūc recte implebitur illud in nobis Mat. xxij. et Luc. x. Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo &c. Nā oēs vires anime deo coniungunt vt sint vnus spūs cū deo. Scōo gloriantur de perfecta cognitōe diuini patrocinij. vnde dicit Nūc scio vere. quia per certā experientiā diuine suauitatis quā eternaliter degustāt et per clarā cognitionē possunt dicere Nūc scio vere. i. experimentaliter scio. quia misit dñs angelū suū. s. filium Gre. Quid est quod nō videt qui videntē oīa videt. Bern. Ibi magistrum semel vidisse est oīa vidicisse. ¶ Tercio gloriantur de plena exceptōe cuiuslibet inimici. quod notatur ibi. Eripuit me de manu herodis. Et hoc fit per angelū magni consilij. id est xp̄m. Isa. lxi. Dñs misit me vt predicarem captiuis indulgentiā Apocal. v. Quattuor animalia et vigintiquattuor seniores cantabāt canticū. redemisti nos in sanguine tuo. Nā demōes expectāt perditionem considerātes illud Gen. viij. Sensus et cogitatio hominis ab adolescētia prona sunt ad malum. Psal. cxviij. Me expectauerūt peccatores. i. demōes in voluntate peccādi existentes vt perderēt me. ¶ O ¶ Nota hoc festū celebratur

quadruplici de causa. Primo in memoriam liberationis Petri. de qua liberatione fideles in hierusalem erant valde gavisi. ita quod petrus cum venit in domum Marie. rhode non potuit aperire ianuam pre gaudio: et post intravit et dixit rem gestam. dixit nunciate hec Jacobo et fratribus. ¶ P. Secundo in memorationem liberationis alexandri pape qui fuit sextus a beato Petro. quem Quirinus dux romanorum habuit in vinculis. Qui quirinus dux audivit quod Alexander iusscitasset hermetis filium. Et dixit Quirinus Alexandro. Habeo gutturosam filiam. si sanare poteris illam promitto me recipere fidem tuam. Cui Alexander. Vade duc eam ad carcerem meum. Venit filia nomine Balbina: et prostrata ante Alexandrum osculata est vincula sua. Cui Alexander. Noli osculari filia cathenas meas. sed boias sancti Petri inquire et osculare illas: et sana eris. et factum est. Et Quirinus baptisatus est. Alexander papa ecclesiam sanctificavit in honorem sancti petri. et vincula eius posuit ibi. ¶ Tercio propter ritus gentilium destructionem. quia primum diem augusti celebrabant in memoriam Octaviani augusti. sed Eudoxia filia Theodosij venit in hierusalem. et quidam iudeus cathenas dictas ei dedit quibus Petrus vinctus fuit ab herode: et venit romam cum Pelagio papa: tractavit ut memoria principis paganorum non fieret: sed petri. Et cathene apportate simul sunt unite quasi una facte. ¶ Q. Quarto propter potestatis solvendi et ligandi vincula peccatorum traditionem. ut ab his absolvat nos autoritate sibi concessa. Mat. xvi. Quodcunque solveris super terram solutum erit et in celis. Hec autoritas est sibi trina vice tradita. Primo Mat. xvi. secundo Mat. xviij. tercio Johan. xx. Accipite spiritumsanctum quorum remiseritis peccata etc. ad designandum quod tribus modis peccamus corde. ore. et opere. et habet nos ab his tribus absolvere. Quam absolutionem nobis prestet ihesus xpus marie filius qui est in secula seculorum benedictus Amen.

¶ De sancto Laurentio.

Sermo CXII.

Laurentius bonum opus operatus est. hec sunt verba ecclesie gloriam beati laurentij preconiantia. ¶ R. Et non mirum quod assumuntur ecclesie verba. quia dicit Bern. Cum xpi sponsa alterat verba. fortior est ista transpositio verborum quam prima. Si enim Pauli et Jacobi verba posita sunt autentica. cur non verba ecclesie. cum salvator dixit Math. xviij. Qui ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Ideo dicit Innocentius. et habetur in cano. dist. xi. Quis nesciat quod ab omnibus debet observari quod sancta romana observat ecclesia. Nam dicit Aug. li. xi. contra faustum. Ego evangelio non crederem nisi me catholice ecclesie autoritas admoneret. et sanctus Tho. in. ij. ij. q. x. Maximam autoritatem habet ecclesia que ab omnibus est emulanda. Et plus est standum in autoritate ecclesie quam Hieronimi vel Augustini. quia dicit Greg. Peccatum paganitatis incurrit qui ecclesie sancte contra dicit. Idcirco ecclesie assumo verba in thematte proposita. ¶ In his verbis ecclesia commendat beatum Laurentium in bonis operibus propter que consecutus est eternam gloriam. Si cupimus honorem non refugiamus laborem. Sic ergo operemur bona opera ut Laurentius operatus est. ¶ S. Pro quo sciendum ut nostra opera sint deo accepta plura requiruntur. Primo acceptantur ex operantis bonitate. iuxta illud Luc. vi. et Mat. xij. Bonus homo ex thesauro cordis sui profert bonum quia habetur Math. vij. Non est arbor bona que facit fructus malos. ac si diceret. Nullum opus bonum est deo acceptabile nisi ab homine bono. De quo Aug. Nichil est bonum sine meritorie nisi ex te bono. Unde sicut bona planta facit bonum semen. et rursus illud bonum semen facit bonam plantam si seminatum fuerit. sic bonus homo facit bonum fructum. et illud bonum opus facit rursum hominem bonum. Unde gre. Non placuit Abel ex munere: sed munus ex abel. nam inquantum boni sumus coram deo. intantum erunt bona nostra opera apud deum. ¶ Secundo opera nostra ut sint deo accepta debent procedere ex prompta voluntate. Quanto enim promptior et benivolentior est bonitas: tanto erunt opera bona meliora. Ex hac enim prompta voluntate offerebat populus deo donaria. i. Paralip. xxix. cum dixit david. Domine deus patrum nostrorum custodi hanc voluntatem cordis eorum. et semper in venerationem tui

nomīs ista pmaneat.q2 dicit̃.ij.Cor.viij.
Si volūtas pmpta est fm id qđ habet ac-
cepta est.qđ aūt nō est volūtariū nō est deo
acceptū neqꝫ gratū.Nemo eñ inuit⁹ bñ fa
cit.ꝛ si bonū ē qđ facit.Jđ Eccl.xxxv.Ois
voluntari⁹ ꝛ pron⁹ offert deo.q2 dic̃ Gre.
Cor ꝛ nō substantiā pēsat de⁹.nō q̃tū sꝫ ex
q̃to.s.affectu offerat̃.Ualuit eñ Petro ꝛ
Andree relictꝰ p regno celoꝝ.Zacheo dimi
dium substātie sue.valuit vidue emere re-
gnū celoꝝ duobꝰ minutꝫ.valuit alteri calix
aque frigide.De q̃ Aug.Regnū celoꝝ tm̃
valet q̃tū habes.valet ad bonā voluntatē3
Nā fm Greg.Nō est vacua man⁹ a mu-
nere cū archa cordis sit plena volūtate bōa
q2 vt ait Bern.Bona volūtas in aīa ē ori
go oīm bonoꝝ ꝛ oīm virtutū mater.qui illā
habet secū habet quicq̃d ei ad bñ viuenduꝫ
op⁹ est.Itē custos aīe sue debet esse sollici-
tus circa custodiā bone volūtatis.vt prudē
ter intelligat ꝛ discernat quid est qđ vult.
ꝛ ppter quid vult.ꝛ quantū vult.ꝛ quō ve-
lit.vtꝝ vsqꝫ ad ↄtemptū ipsi⁹ ꝛ oīa q̃ sūt
vel esse possunt Et hō nō tm̃ ex rōnis iudicō
sꝫ etiā ex affectu mētis.vt iā volūtas nō sit
volūtas sꝫ amor.De tali volūtate Luce.ij.
Pax hoībꝰ bone volūtatis.eo q dic̃ Amb.
de officijs.ꝛ habet̃.lxxxvi.dist.Non satis.
Nō satis est bona facere nisi pcedant ex bo
na volūtate.Hiero.ꝛ habet̃ in Cano.xxiiij
q.i.Dñs nō ea q̃ offerunt̃ respicit.sꝫ volun
tatē offerentiū.q2 iusticia nō ex ope ↄsum-
mat̃ nisi fuerit volūtas.Et licet op⁹ nō va-
let sine volūtate.tñ ecōuerso valet volūtas.
vt habet̃ de pe.dist.i.Aliter.Sufficit volū
tas vbi desinit opis facultas.¶Tercio vt
opa nostra sint deo accepta:debēt pcedere
ex intentōis sinceritate.Est aūt recta ꝛ sin
cera intentio vt singula opa nostra non ad
placendū hoībꝰ sꝫ soli deo faciam⁹.q2 deus
est nobilissim⁹ finis.Idcirco q̃tumcūqꝫ
opi nostro talis finis p rectā intentionē im
ponit̃ erit nobile supra modū.iuxta cōmu-
ne pūerbiū.Si finis bon⁹ est totū bonū est.
Ideo Bern.Intēde in deū ꝛ ppter deū.h
est vtrāqꝫ faciē facere pulcrā.s.actionē3 et
intentionē.ꝛ hoc est qđ dixit dñs Mat.vi.
Si ocul⁹ tu⁹ simplex fuerit.totū corp⁹ lu-
cidū erit.Hoc exponēs Aug.di.Per ocu
lū intelligere debem⁹ intentionē q̃ facimus
quicq̃d facim⁹.q̃ si mūda fuerit ꝛ recta.ꝛ id
aspiciat qđ aspiciendū est.oīa opa nostra q̃
fm eā opamur erūt bona.q2 dicit̃ ad Heb.
iiij.Discretoꝛ intentionū ꝛ cogitationū coꝛ
dis est de⁹.Et dixi q intētio nr̃a debet fieri
in deū ꝛ ppter deū.Sꝫ heu aliq̃ intendūt p
pter deū sꝫ nō in deū.vt hi q̃ furant̃ diuiti-
bus ꝛ pbent elemosinā paupibꝰ.De quibꝰ
Greg.ꝛ habet̃ in Cano.i.q.i.nō est.Nō ē
putāda elemosina si paupibꝰ dispēset̃ qđ ex
illicitꝫ rebꝰ acquirit̃.Nā qui ita accipit vt
dispēsat pl⁹ grauat̃ q̃ iuuat̃.q2 dicit Alex-
ander pp.ꝛ habet̃.i.v.q.xij.c.sacerdotibꝰ.
Nō est opis sꝫ cordis inspectoꝛ de⁹.Idcir
co tūc opa nostra placēt deo.si fiant deifica
cordis intentōe ꝛ charitatiua affectōe ꝛ ex
desiderio superno.Nā dicit Aug⁹.Si q̃s
aliq̃d opat̃ vt terrenū cōmoduꝫ adipiscat̃.
nō erit coꝛ mundū qđ in terra volutat̃.pro
pter qđ dicit Bern.Intentio est eo suaui-
oꝛ ꝛ melioꝛ q̃ diuini⁹ ↄcupiscat̃.¶Quarto
debēt fieri cū opis difficultate.hoc est q de
bent eē ardua ꝛ difficilia vt ex arduis ꝛ dif
ficilibꝰ volūtas ꝛ intentio cognoscat̃ ferio-
sa.Ad hāc difficultatē conati sūt oēs sancti
q̃ deo placere cupiebāt.ↄsiderātes q dura
ꝛ aspera ꝛ valde difficilia in dño ihū xp̄o p
cesserūt.q2 oībꝰ sanctꝫ ꝛ electꝫ dicit dñs il-
lud Luc.xxij.Ego dispono vobis sic̃ dispo
suit michi pater regnū.i.p dura ꝛ aspa in-
gressus sum.sic ꝛ vos seq̃mini vestigia mea
Cui ↄsonat qđ scribit̃ Act.xiiij.Per mul-
tas tribulatōes oportet nos intrare ī regnū
dei.de q̃ Gal.v.Qui xp̄i sūt carnē suā cru-
cifixerūt.Nā si nos nō castigabim⁹ de⁹ vti
qꝫ nos castigabit.si tñ sum⁹ de numero ele-
ctoꝝ ꝛ ī dei filios cōputati.Nulli ergo ele-
ctoꝝ hic parcit̃.ad Heb.xij.Flagellat oēm
filiū quē diligit.Qui dicit omnē nichil ex-
cipit:nisi eos quibꝰ nō parcit̃ in eternū.pro
pter qđ dicit Greg.De⁹ hic quibusdā par
cit.vt eos in perpetuū feriat.Et quosdā hic
ferit vt eos in eternū clarificet.Qđ bene ꝛ
plene p similitudinē ostēdit ↄ desparatꝫ īfirmiš

quiquid poposcerit medici dare pcipiūt Et illis q ad sanitatē reuerti possunt qdqd eis placet dare ɔdicunt. Eligat ergo quisqȝ qd vult. qr īpossibile est in psenti ⁊ ī futuro frui delicijs. Jō Bern. Qui mala psentia decli nare desiderat futura oīmino certi⁹ expectat Quinto vt opa nr̄a sint deo accepta facien da sūt studiosa viuacitate ⁊ cū magna dili gentia. Vn̄. ij. paliþ. xix. Agite diligēter ⁊ dn̄s erit vobiscū. Nā diligētia ī oculis dei pl⁹ placet q̄ȝ op⁹. Hec aūt diligētia nichil aliud ē nisi intēta deuotio: ⁊ deuota intētio. Et hoc facim⁹ qn̄ mentē infigim⁹ in id qd agim⁹ omnē euagationē mētis ɔstringētes De hac diligētia ⁊ diligēti deuotōe dicit Bern. Admonēdus est hō spūalis q̄ȝta pt puritate cordis intēdere ī eū cui sacrificiuȝ offert. seipm attēdere q offert. ⁊ intelligere ad qd offert. Et in his infigere mentē quisqȝ pmat vel faciat ex h lac deuotōis Et tūc hō currit in deuotione sine labore sine sudore. Bern. sup Cāti. Sic mel ī cera. sic deuotō ī aīa. Dicit Rich. de mistico somno. Quid est aliud deuotio q̄ȝ feruida mētis ī deū di lectio. ⁊ vbi ē dilectio: ibi nll'a mētis distra ctio. vt dic Bern. Ubi ē amor ibi nō est la bor sȝ sapor. nil graue sed oīe suaue ⁊ leue. Jō dicit apl's. i. Cor. xiiij. In eccl'ia mag quinqȝ vba loq volo ī sensu meo, vt ⁊ alios instruā q̄ȝ decez milia verbor. ac si diceret. Breuis oratio pl⁹ valet cū deuotōe q̄ȝ lon ga sine deuotōne. Hoc est qd vult Hiero. Et habet de ɔsec. di. v. c. Nō mediocriter. Nō tm̄ vbis sȝ corde orand⁹ est de⁹. quaȝ ppter melior est quiqȝ psalmor decantatio cū cordis puritate ⁊ spūali hilaritate q̄ȝ psal terij modulatio cū anxietate. Ex illo patȝ q vnus pt pl⁹ alio orare ⁊ bona opa facere ⁊ tardi⁹ ad celū venire: ⁊ min⁹ de gaudio hēre de q Aug. Nō diuturnitas tempor. nō nu merositas oper. sȝ maior dilectio ⁊ deuotō auget hoīs meritū ⁊ pmiū. Jō Cassio. Me li⁹ est deuotū in minorib q̄ȝ indeuotū ī ma iorib opib inueniri. Ad hanc deuotā dili gentiā hortamur Deut. xvi. Nō iustū est h iuste exeqris. Hoc tm̄ fit qn̄ bonū op⁹ cuȝ diligētia ⁊ deuotōe facim⁹ ⁊ cū attentōe in tellect⁹. Vn̄ ɔsulit. ij. Cor. x. Omnē intel lectū in obsequiū xpi captiuātes. qr scribit Sap. i. Spirit⁹ sapiētie aufert se a cogita tionib q fiūt sine intellectu. i. pter intentōeȝ ⁊ diligentiā. Vn̄ repellere spūm sanctū a se nō est in voto cogitātis. fit tm̄ cū culpa negli gentis vt spūs discipline se aufert a cogita tionib indisciplinatis.

Sexto opa nostra facere debem⁹ ex sincera charitate ⁊ intētio ne charitatiua. sine q nullū op⁹ q̄ȝtūcunqȝ de genere bonor acceptat. Vn̄. i. Cor. xiij. Si linguis hoīm loquar ⁊ angelor: chari tatē aūt nō habuero fact⁹ sū sicut es sonans ⁊c. In quib verbis apl's ponit q̄ttuor nobi liora exercitia q fieri possunt. pbans p locū a maiori. ⁊ h sic. si tā nobilia ⁊ supma exer citia sine charitate n̄ valeāt: mlto min⁹ me diocra ⁊ mīora exercitia nichil valēt Quā autoritateȝ Bern. exponit di. Charitas est bonū sine quo nec op⁹ minimū despicit. sin̄ q nec maximū acceptat. Nō pdicatio. si lin guis angelor ⁊c. nō fides. si montes trāsfe ram. nō elemosina: si facultates oēs ī cibos paupe distribuero. nō corpis afflictio vel martiriū. si tradā corpus ita vt ardeat. non missar solēnia: qr ante fratris recōciliatōeȝ mun⁹ phibet. Est eīm fortȝ vt mors dilectō q nichil aliud sinit amantē cogitare q̄ȝ qd amat. Jō apl's. i. Cor. xvi. Oīa vestra in charitate fiāt. Ratio augustini. Sola cha ritas distinguit inter filios dei et dyaboli.

¶ Septimo opa nostra debēt fieri ex opan tiū multiplicitate. h est vt oīa membra cor poris ⁊ oēs vires anime mutuo se adiuuāt ⁊ certatim ɔueniāt ad obsequiū laboris. qr dicit Prouerb. xviij. Ubi frater adiuuat fratrē ibi firmior est ciuitas ⁊ ciuitatȝ opa tio. qr si fideliter se adiuuāt faciliter op⁹ pfi cit. tal' coadiuuatio multū placet deo. Ecci. xxv. In trib beneplacitū est spūi meo que sunt pbata corā deo ⁊ hoīb. quor vnū est ɔcordia fratrū. i. omniū viriū anime. Si āt in his fratres dissentire incipiūt. oīe op⁹ qd agit nichil valet. Ecci. xxxv. Un⁹ edi ficans ⁊ alter destruēs quid pdest vtrūqȝ nisi labor. Taliter agēs homo n̄ pficit. Si eīm lingua orauerit, manus spoliauerit, aut

man⁹ elemosinā erogauerit ꝛ lingua blasphe
mauerit. q̄d pficiet ille bō nichil. qꝛ ẜ phi/
lip. i. Coꝝ. i. Rogo vos fratres in vobis nō
sint scismata. Sꝫ oīa opa nr̄a ī charitate cō
corditer faciam⁹. iuxta illud Col. i. Fructi/
ficātes in omi ope bono. ꝛ Eccs. ix. Quodcū
qꝫ pt man⁹ tua opari instāter fac. Nā retri
butio ī vita futura erit ẜm nr̄a opa. de quo
ps. xxvij. ẜm opera manuū meaꝝ retribuet
nulli dabat occaſionẽ peccãdi. ſꝫ mouebat̃ cor cuiuſlibet ipſam intuẽtis ad dilectõnem. Scđa ꝓpter luminis claritatem q̃ de facie eiꝰ exibat. q̃ hoĩes in admiratõeꝫ inducebat ad deũ laudandũ de tã nobili creatura. Tercia qꝛ deꝰ occultauit oĩa in ea q̃ poterant eſſe incitamẽta ad libidinẽ. ⁊ dedit grãꝫ oĩbꝫ eã intuentibꝫ vt non inordinate mouerent̃ ad malũ ſꝫ ad bonũ. Et ſic fuit ſingulariꝫ mater ſingulariter dignificata. Scđo celebremus natiuitatẽ beate virginis marie ꝓpter nos. quia hodie canit eccl'ia. Natiuitas tua gaudiũ annũciauit vniuerſo mũdo. Reuera gaudiũ nobis hodie nunciatũ eſt. qꝛ dicit Aug. in ſmone hodierno Adeſt dies ſacratiſſima: dies celeberrima: in q̃ virgo maria ſuꝑ oẽs mlieres bñdicta generoſa ſua natiuitate mũdũ ꝯſolat̃ vniuerſũ. Hodie egreſſa eſt virga de radice Jeſſe. hodie flos campi ortꝰ eſt. de q̃ ꝓceſſit liliũ ꝯualliũ. Hodie nata eſt ꝑ quã maledictio mutat̃ in bñdictionẽ. hodie venit porta ꝑ quã ſalꝰ mũdi credentibꝫ apparuit. Bern. Virgo maria via regia eſt ꝑ quã ad nos ſaluator venit ꝓcedens ex ipſiꝰ vtero tanq̃ ſponſus de thalamo. Nã ſicut ſol mittit radios ꝑ aerẽ tanq̃ ꝑ mediũ ſuꝑ terrã. ſic deꝰ ſol iuſticie mittit radios ſue grẽ ꝑ virginẽ glorioſam. Bern. Nichil nos deꝰ habere voluit qđ ꝑ manus marie nõ trãſiret. ¶ R. Ipſa eſt porta ſpecioſa ſalomonis ꝑ quã multa munera ꝓcioſa ſibi oblata erãt. ſ. auꝝ argentũ ⁊ lapides ꝓcioſi. Sic ꝑ mariã apportat̃ nobis auꝝ charitatꝫ. argentũ caſtitatꝫ. ⁊ lapides ꝓcioſi. i. oẽs virtutes. Bern. Quicq̇d virtutis in nobis eſt: quicq̇d ſalutꝫ: q̇cq̇d grẽ ex ea nouimus redũdare. Sap. vij. Venerũt mihi oĩa bona pariter cũ illa. Jdcirco merito gaudendũ eſt de eiꝰ natiuitate. Et h' facit eccl'ia in toto officio huiꝰ feſtiuitatꝫ. In matutino in inuitatorio. Corde ⁊ voce ſimul xp̄m regem veneremur virginis ⁊ matris iubilet̃ nobilis ortꝰ. Introitus miſſe. Gaudeamꝰ omnes in dño. Bern. Si iuſtꝰ es gaude qꝛ ex illa cuiꝰ hodie feſtũ celebramꝰ ortꝰ eſt ſol iuſticie q̃ eſt dator ⁊ augmentator grẽ. Si captiuꝰ duceris aliq̃ pc̃o vel temptatõne grauaris gaudẽter celebra feſtum virginis marie. qꝛ eiꝰ ortꝰ factꝰ eſt nobis ſalꝰ ⁊ redẽptio. Anſ. Nõ eſt ſalꝰ in mũdo niſi quẽ ꝑperit virgo. Nã hec feſtiuitas orta eſt ⁊ manifeſtata eccl'ie ꝑ gaudiũ angeloꝝ. vt patet in paſſionali. ¶ Tercio cũ iocunditate celebremꝰ ꝓpter dei bñplacitũ. Vñ fortunatꝰ. Gratiꝰ eſt deo obſequiũ qđ marie impenditur: q̃ qđ cuilibet ſanctoꝝ dirigit̃ ⁊ offert̃. Hiero. Si ore ꝓphetico deũ in ſanctꝫ laudare iubemur. multo magꝫ in veneratõe virginis matris oportet dignis deo iubilare p̄conijs. Nulli dubiũ quin totũ ad gloriam laudis xp̄i ꝑtineat quicq̇d digne genitrici ſue impenſũ fuerit. ideo valde remunerat ſeruitiũ ei impenſũ. Hiero. de ꝓrogatiuis virginũ. Magis remunerat deꝰ cultũ q̃ matri ſue impendit̃ q̃ quantũlibet aliud obſequiũ qđ ſibi miniſtrat̃. Patet exemplũ de eo q̃ ſemel ĩ hebdomada ieiunauit ad honorẽ beate virginis. qui alias lubricꝰ ⁊ publicꝰ ꝑdo fuit: mortẽ demeruit ⁊ poſt decollationẽ capitis loquebat̃ deſiderans ꝯfeſſionẽ ſui criminis. qđ ⁊ factũ eſt. Quẽ ſacerdos interrogãs vnde ſibi iſta grã. Reſpõdit ꝑ merita beate marie virginis. qꝛ talia ei exhibui obſequia vt ſemel ieiunarẽ ĩ hebdomada ad eiꝰ honorẽ. ¶ Dixi ſecũdo ſubiũgit gaudio ſe celebritatis rõeꝫ. dicẽs. vt ipſa ꝓ nobis intercedat. Nã ipſa hodie nata eſt adiutrix ⁊ aduocata oĩm peccatoꝝ. Primo hodie nobiſ eſt nata adiutrix. nã ſine eiꝰ adiutorio nullꝰ ſaluari pt. Hila. Impoſſibile ẽ aliq̃m ſaluari pc̃orẽ o virgo niſi ꝑ tuũ auxiliũ ⁊ fauorẽ. Chriſ. conſolat̃ ſcipꝫ ꝑ eã dicẽs. Tribularer nimiũ ſi neſcirẽ marie patrociniũ. ¶ S. Nã ipſa poteſt ſcit ⁊ vult nos iuuare. Primo pt Eccl. xxiiij. In hier'm poteſtas mea. Bern. O maria data eſt tibi oĩs poteſtas ĩ celo ⁊ in terra. oĩa queciq̃ impetrare volueris poterꝫ. Scđo ipſa ſcit nos iuuare. qꝛ cognoſcit defectꝰ noſtros ⁊ neceſſitates noſtras. Eccl. xxiiij. Ego mater pulchre dilectõis ⁊ agnitõis. Aug. Quid ignorare poterat in q̃ plenitudo ſciẽtie ⁊ diuinitatis corꝑaliter inhabitauit. Tercio vult nos iuuare. Eccl. xxiiij. Venite ad me oẽs

⁊c. q̄ꝛ ipsa est mater misericordie ⁊ pietatis Cassiodor⁹ in quadā epl'a. Tu patrona humani generis. tu ꝯsolatio afflictis. tu infirmis medicina singularis. Bern̄. in s̄mone q̄ incipit. Signū magnū. Nō trepidet accedere ad mariā humana infirmitas. q̄ꝛ nil terribile n̄c austeꝝ in ea. ſꝫ tota suauis ⁊ mitis. Aug. in li. retractationū. Scio me nō posse perire p̄ pietate marie. Itē h̄n̄ bꝫ posse Primo ratōe parētele. q̄ꝛ est mater regis celestꝭ. Jō possum⁹ ei dicere illud qđ dixit Adonias matri salomonis. iij. Reg. ij. Loquere ꝓ nobis regi. q̄ꝛ in te pietas: misericordia ⁊ clemētia. Cui Salomon matri. Pete a me q̄d vis. neq̄ꝫ enī phas est vt auertā faciē meā a te. Scđo habet posse ratōe grē inuente. Luce. i. Inuenisti grāꝫ apud dn̄m Ideo q̄ꝫtam grāꝫ habet p̄ ceteris tantā habet potentiā. Tercio habet magnā potētiāꝫ vel posse ratōe meriti. q̄ꝛ ip̄a sup̱ oēs creaturas merita cumulauit. ꝓuerb. vlti. Multe filie regū ꝯgregauerunt diuitias tu sola supgressa es vniuersas. Nā ei⁹ merita fūt nobilia. Primo ꝓpter immediatōneꝫ. Nā ip̄a opa misericordie q̄ nos iubemur pauperibus exhibere ip̄a immediate deo exhibebat Scđo fuit magna ꝓpter duplatā opatōem q̄ꝛ simul ⁊ semel ꝯtemplationē ⁊ actionē exercebat. Nā eū nutriuit necessaria corporis ministrādo. In h̄ ei⁹ diuinitatē sublimiter ꝯtemplabat̄. Tercio ei⁹ merita fuerūt multa ꝓpter ꝯtinuatōes. Hiero. Dietā sibi statuit vt nullū momentū sine fructu transiret

¶ Diceres tn̄ comedit ⁊ dormiuit. R̄n̄detur ꝙ om̄ia ista necessaria corꝑis ita discrete ordinauit ꝙ etiā quiescēdo ⁊ ab opibus cessando sp̄ meruit. ⁊ h̄ ex feruēti charitate hoc nō est miꝝ. q̄ꝛ nobis sp̄ possibile est aliquid mereri in oīb⁹ q̄ facim⁹ vel dimittim⁹ cū in grā ⁊ charitate dei sum⁹ ⁊ om̄ia ī deū referim⁹. Ro. viij. Scim⁹ qm̄ diligentib⁹ deū om̄ia coopant̄ in bonū In hoc p̄cellim⁹ sanctos in celo existentes quia non merentur amplius. Sed nos omnia in deum referamus: comedēdo: dormiēdo: vt fortiores sim⁹ ad deū laudandū. Greg. Somn⁹ sanctoꝝ nō vacat a merito. multo magꝭ ip̄a ꝓpter ignitā charitatē. Amb. Sicut ferꝝ in ignē missū totū igneū fit. ⁊ sic ip̄a ignita in charitate dei ¶ T. Secūdo hodie nobis nata est aduocata. Isid. Volēs aduocare ꝓ aliis debet regis ⁊ iudicis habere amiciciā. ⁊ sic ip̄a mater. Bern̄. Tu mater regis. tu mater iudicis. Amb. Sicut chrs̄t⁹ oīm credentiū est frater. sic maria oīm credentiū est mater. De xp̄o Joh. xx. Ascēdo ad patrē meū ⁊ patrē vestꝝ. ps. xxi. Narrabo nomē tuū fratrib⁹ meis. ⁊ sic ip̄a Maria mater ex materno affectu vult nobis bonuꝫ Bern̄. Ip̄a apud filiū inducit illud euāgelicū. Memēto fili verbi tui in q̄ p̄ctorib⁹ spem dedisti. Nō est op⁹ valentib⁹ medic⁹. Itē Nō veni vocare iustos ſꝫ p̄ctores. Ipsa est thecuites. ij. Reg. xiiij. q̄ aduocabat ꝓ absalone allegās generalē infirmitatē dicēs. Om̄es morimur. Bern̄. in s̄mone de natiuitate. Cū corā tremēdo iudice assistim⁹ q̄ vibrat gladiū ire sup̱ nos. quis auertit iraꝫ nisi Maria ꝑ quā suscepim⁹ in terris misericordiā. Bern̄. O p̄ctor secuꝝ habes accessuꝫ ad deū. corā patre habes filiū ostendentē vulnera. corā filio matrē ostendentē vbera. quomodo hec charitatis insignia nō possunt exaudiri ¶ Exemplū. quidā enī peccator habuit in ꝯsuetudine salutare beatā virginē. semel voluit ire ad peccandū: ⁊ ad altare beate virginis stans salutauit eā salutatione angelica iuxta ꝯsuetudinē corā imagine. Qđ cū faceret vidit imaginē viuificari cū puero. Similiter de puero vidit sanguinē fluere in gremiū ei⁹. obstupefact⁹ dixit. O dn̄a quis fecit h̄. R̄n̄dit. Tu ac ceteri peccatores. q̄ꝛ rursus crucifigūt filiū meū Heb. vi. Rursum crucifigētes ⁊c. Bern̄. Dolet plus nostra crimina q̄ꝫ sua vulnera. Et peccator ꝯuersus ait. O regina mater misericordie intercede ꝓ me. At illa. Vos peccatores vocatis me matrē misericordie ⁊ facitis me matrē miserie ⁊ tristicie At ille ait. Nō sic pia dn̄a: ſꝫ memēto te aduocatā peccatoꝝ ⁊ intercede ꝓ me. At illa. O piissime fili ob amorē mei miserere huic p̄ctori. At ille. O mater noli grauari ꝙ te nō exaudio. q̄ꝛ ego rogaui patreꝫ meū primo vt

si fieri posset ꝙ alio modo posset saluari genus humanũ vt trãsferret calicẽ a me ⁊ noluit me audire. At illa. O fili memento ꝙ materno vbere ⁊ amore te foui ⁊ alui vberibus meis: ꝑdona huic peccatori. At ille. O mater iusticiã tibi oñdo ⁊ ex iusticia audire te nõ teneor. Cui mater. nõ solũ ex iusticia causemur. ſ; ad miſicordiã ꝯfugiam⁹: ⁊ ergo ꝓpter miſicordiã tuam miserere huic peccatori. Cui fili⁹. Rogaui ego secũdo patrem meũ Si fieri posset trãsiret a me calix passionis. ⁊ nõ audiuit. Mater ait. Memẽto laboꝝ ⁊ doloꝝ quos sustinui tecũ in passione ⁊ ꝑdona huic peccatori. Cui fili⁹. Noli mater grauari: ſ; memẽto ꝙ tercio rogaui patrẽ ⁊ inaudit⁹ abscessi. Et mater deponens filiũ voluit cadere ad pedes ei⁹. q̃d videns fili⁹ ait. Quid mater vis facere. At illa. Tãdiu ad pedes tuos cũ peccatore iacebo quousq; ei veniã dones. Cui fili⁹. Absit h̾ mater. sanccitũ est in lege diuina ꝙ filius debet honorare patrẽ ⁊ matrez. Et iusticia ꝯclusit ꝙ ille debet legẽ adimplere q̃ legem dedit. cũ ego sim fili⁹ tu⁹ ⁊ tu mater mea te honorabo ĩ isto peccatore. ⁊ sibi oĩa pc̃ta indulgeo. ⁊ sit pax inter me ⁊ eũ. In signum pacis osculet̾ vulnera mea ⁊ fecit. osculãdo sanata sunt oĩa vulnera. Ideo Orosi⁹ sup Canti. Quos non saluat dei iusticia saluat misericordia marie infinita. Chri. In veritate nullũ repi mendicũ q̃ se seruũ faceret sedulũ marie. Hiero. de viꝝ illustrib⁹. In oĩni tpe q̃ q̃s exercet̾ marie gr̃a inuocetur. Cui cõsonat Berñ. Si es in angustijs: in reꝝ dubijs: mariã cogita: mariã inuoca.

Sermo CXXV. Ad idẽ.

Liber generatonis ihesu xp̄i filij dauid Mat. i. Iste est liber in q̃ genealogia ihesu xp̄i scripta est. S; sp̄ualiter iste liber est virgo beata q̃ florẽ nobilissimũ de se genuit. s. ihesũ nazarenũ. nazaren⁹ eñ florid⁹ interp̄tatur. In isto libro scripsit digito ihesus. Primo inclinans se. Joh. viij. Et quid est inclinare ihesum xp̄m nisi humiliare ⁊ descẽdere de celis ad istũ mũdũ Et scripsit digito suo in terra. i. sp̄ũsancto coopãte in beata virgine est cõcept⁹. Et sic beata virgo est liber iste in q̃ legere debẽt v̾gines mulieres ⁊ peccatores humilitatẽ. Unde ĩ cantico ei⁹. Quia respexit humilitatẽ ancille sue ⁊c̃. Itẽ mundiciã ⁊ castitatẽ. quia n̾ primã similẽ visa est nec habere sequentez. q; virgo est ⁊ mater. ※ Itẽ beata v̾go cõparat̾ libro ꝓpter tria: q; liber scribit̾: deinde illuminat̾: tercio legit̾. Prim⁹ scriptor qui in h̾ libro scripsit fuit egregi⁹ Gabriel archangel⁹. q; in v̾gine tanq̃ in libro toti⁹ humani generꝭ gr̃am ꝯscripsit dicens Aue gratia plena. quia ceteris ꝑ ptes: marie data est tota gr̃a. Berñ. De plenitudine eius oẽs accepim⁹. captiu⁹ redemptõez. eger curationẽ. tristis ꝯsolatõez. peccator veniã. iust⁹ gratiã. Et sic nõ est q̃ se abscõdit a calore ei⁹ gratie. Secũdo liber illuminat̾. sic ista v̾go gloriosa fuit illuminata qñ obumbrante spiritusancto ꝯcepit. dicente angelo Ecce ꝯcipies ⁊ paries filiũ ⁊c̃. Cui⁹ illuminationẽ ⁊ pulcritudinẽ sol ⁊ luna mirantur quia ꝑ ip̄m fuit illuminata per quẽ celi illuminant̾. Unde Apoc̃. xxi. Iã nõ indiget sole ⁊ luna vt luceat: sed claritas dei illuminat illam. Sol recepit splendorẽ suũ a deo ⁊ luna splendorẽ a sole. Stelle ꝑ ip̄m choruscant: dies clarificat̾: ⁊ aer serenat̾. mundus ꝑ ip̄m illuminat̾. Et ideo dicit. Ego sũ lux mundi. Iste liber tam decor⁹ illuminat̾ ꝙ in isto libro legit de⁹ ⁊ gloriat̾. angel⁹ miratur. peccator ꝯsolatur. iust⁹ animat̾. A

Primo legit de⁹ ⁊ gloriat̾. quia inuenit in isto libro scriptũ rosam pudicicie virginalis lilium purissime castitatis. violam deuote humilitatis. Sicut eñ rosa p̄ ceteris floribus fulget. sic maria in verecundia virginali. Intantũ eñ fuit verecunda ꝙ de cõsortõ ⁊ frequẽtia hominũ se abstraherz ⁊ sola maneret. ideo angelus ip̄am solã inuenit. Secundo inuenit liliũ castitatis. Ipsa eñ pre oĩbus virginib⁹ mosayce legis primũ suã domino donauit virginitatẽ. ⁊ maluit lapidari a iudeis q̃ lilio virginitatis priuari. Unde dixit angelo. Quomodo fiet istud quoniã virũ nõ cognosco. Tercio inuenit ĩ

hoc libro violã humilitatis. viola enim modica est sed multũ odorifera. Sic maria modicam et humilẽ se reputabat dicens. Ecce ancilla domini. Aug. Audi verbũ humilitatis o homo. mater regis celestis iam effecta ancillam humilem se pronunciat: nõ dominam. Per hanc triplicẽ virtutẽ tantũ placuit dño qꝫ de eius vtero nasci dignatꝰ est. ¶ Secundã lectionẽ legit angelus et miratur. aperto enim libro id est nato ihesu christo ex eo legerũt insolitũ et inusitatũ nouũ miraculũ. quomodo virgo pareret et post partum virgo ꝑmaneret. et vt mater sine dolore fieret. Hoc vidẽtes et legentes admirati sunt. et cum viderent natum qꝫ esset speciosus forma pre filijs hominũ letati sunt canentes. Gloria in excelsis deo. Si ergo per decorem huiꝰ infantuli angeli tantã iocunditatem acceperunt. certũ est qꝫ ipsa dulcissima dña mater eiusdẽ infantuli ineffabilẽ leticiam haberet cũ in gremio teneret filiuz suũ generosum. et videret ad sue vite obsequiũ angelos cũ cantico leticie sibi in obsequium deseruire ¶ Terciã lectionẽ legit peccator et cõsolatur. que sic incboat. ihesus xp̃s venit in hunc mundũ peccatores saluos facere. i. Thimo. i. Item. nõ veni vocare iustos sed peccatores. Et in illo libro legamꝰ libenter videlicet in xp̃o: qui ꝑ suam passionem redemit nos. et posuit nobis crucez in medio ecclesie. Hic est liber simplicium vt hoc videntes legerẽt in eo memorãdo passionẽ suã. Isa. xlix. Ego in manibꝫ meis descripsi te. et nunqꝫ obliuiscar tui. Ergo memorari debemꝰ assidue passionis eius. in hoc erimus similes virgini gloriose. Sic enim beata virgo corporaliter genuit xp̃m ¶ Quarto in isto libro legit iustꝰ lectionẽ vt animetur que sic incboatur Iusti aũt imperpetuum viuẽt et apud dominũ est merces eorum. cum gaudio sine dolore. cũ leticia sine merore. et cuz eternitate sine fine. Et illud gaudiũ nemo tollet ab eis. vt dicit dominꝰ in euangelio. Gaudium vestrũ nemo tollet a vobis. Et iste liber secundus et tercius est prelatoruz. Ipsi enim debẽt legere libros et informare populum per predicationẽ. et soli debent esse libri per exemplũ bonorũ operum. Sed heu multi contrariũ faciunt. ergo multi in isto libro scandalisantur. cũ tamen nõ deberent facere. sicut scriptũ est de eis Mat. xxiij. Super cathedram moysi sedent scribe et pharisei etc. Dicit ergo Matheꝰ. Liber generatõnis ihesu christi etc. Hic est liber mandatoꝝ dei. qui non potest legi nisi apertus. nec aperiri nisi ꝑ agnũ. quẽ clausit septem sigillis. id est septem donis spiritussancti. in quo continetur scriptura christi sanguine rubricata que magis in corde qꝫ in cartha mortua apparet. Requirit ergo scriptura candidissimum pergamenũ. id est mundũ cor ab humore carnaliũ voluptatũ calore spiritussancti vel feruore solis iusticie desiccatũ. Talis liber fuit virgo gloriosa candida. in cuiꝰ corde spiritussanctꝰ scripsit fidẽ et veritatem. imo etiã ex ea tanqꝫ ex bono libro veruz verbum non solum legimus. sed etiam suscepimus incarnatum. Preparemus ergo corda nostra vt a corporalibꝫ delectationibꝫ feruore dilectõis diuine valeant exiccari. et fide et veritate per manũ spiritussancti exarari: et christi sanguine rubricari. et sigillis septem donoruz spiritussancti claudi. ne dyabolus malas cogitationes et affectiones inferat. vt in die iudicij ex eo rationẽ vite nostre reddamus. et ipse iudex thesauros donorum nobis traditos plenos inueniat ad obsequiũ suũ optime dispensatos. et multiplici feruore augmentatos. Quõ vt ꝑ virginem mariã ꝯsequi valeamꝰ ipsam humiliter salutemus. Aue gratia plena etc.

¶ Sermo ¶ CXXVI. Ad idem.

Liber generationis Ihesu xp̃i filij David filij Abraam etc. Math. i. Chriso. super Matheum. Sicut in apoteca sunt diuersa genera specierum ex quibꝫ vngenta ꝑciosa condiuntur. sic in libro generatõnis ihesu xp̃i conditiones sunt regum pontificũ et aliorum hominũ virtuosorũ ex quibꝫ colligitur vita virtuosa ¶ B. Qui enim virtuose vult viuere: necesse est vt eius vitã incipiat ab Abraam. Et sic ꝑ oẽs patres in hoc

libro conscriptos vitā corꝝ imitando vsqꝫ ad vitā xp̄i virtutū gradibꝰ sic poterit puenire. Et hoc sic. Ihesus xp̄s ī principio sue generationis dicit̄ filiꝰ Dauid ⁊ filiꝰ abraam. Sed qꝛ de Dauid postea dicet̄. ideo ab Abraam est incipiendū. Abraam eñi exiuit de terra sua ⁊ de cognatōe sua: nesciēs quo iret. sꝫ credēs dño diues factus est: ⁊ pater multarum gentium. ita vt semen suū multiplicaretur vt stelle celi. Sic ⁊ tu si terrā ꝓmissionis eterne ⁊ diuitias perpetuas volueris obtinere terrenis renuncia. vt contra deum illa non retineas. sed ꝓpter deū distribuas. vt sic semē tuum multiplicet̄. Uirgo eñi benedicta quia renūciauit oñibus que erant contra deū. ideo iam cū deo oñia possidet. Propter qđ laudes eius humana lingua exprimere non potest vt dicit Hiero. Quid nos tantilli: quid actione pusilli. qđ in eius laudibꝰ referimꝰ. cū etiā si omnium nostrū membra verterent̄ in linguas nullus eā laudare sufficeret. Altior eñi celo de qua loqui nitimur. abysso ꝓfundior cui laudes dicere conamur Si celū te vocē altior es. si matrē gentiū precellis. Si formam dei appellarem te digna existis. Si dominā angelorum parata esse ꝓbaris. Quid igit̄ digne de te dicā nisi sicut deꝰ omniū nostrꝝ est pater. sic ⁊ tu es nostra mater Plusqꝫ abraam. Abraam genuit Ysaac. qui interpretatur risus vel gaudium. Si eñi placueris deo vt Abraam generabis filios gaudij vel risus. Sic virgo gloriosa spernens benedictionē transitoriā ꝓpter votum virginitatis ⁊ spernens cognationē ⁊ patriā maledictōis sterilitatem incurrit. eo qꝛ soli dño placere voluit. Ideo mater multarū gentiū facta est. Et genuit Ysaac. id est verum xp̄m in risuꝫ ⁊ gaudiuꝫ generi humano sempiternū. Et sicut Abraam voluit filiuꝫ offerre ⁊ obtulit ꝓ eo arietem cornibꝰ herenteꝫ in spinis. sic mater gratie xp̄m herentē obtulit cū manibus in cornibꝰ crucis: que licet ei pro tunc fuerat occasio tristicie: postea tñ ei ⁊ nobis omnibꝰ fuit materia gaudiorꝝ. Ysaac genuit Jacob: qui fuit pulcer ⁊ mundꝰ. frater autē eiꝰ Esau pilosus. Sic quidā sunt nitentes sicut Jacob fulgore charitatis. quidā pilosi ardore cupiditatis. Et sicut Esau ꝑdidit benedictionē. Jacob aūt ex inductōne mr̄is Rebecce ipam obtinuit. Sic nos si refulgemus charitate siue dilectōe per ꝓcurationē Rebecce. id est virginis gloriose a deo Ysaac. id est a patre celesti eternā obtinebimus benedictionē. Si aūt pilosi fuerimꝰ superfluitate diuitiaꝝ: feneratores vsuris: negociationibus falsis sortilegijs. rapinis. dolo. iniuriis. mendacijs ⁊ periurijs extunc negligimus xp̄i benedictionē. sicut ipse Esau neglexit: ⁊ solam benedictionē de pinguedine terre obtinuit. Esau etiā persequebat̄ Jacob sic mali persequunt̄ bonos. Et sicut Jacob non resistendo sed fugiendo euasit manus Esau iuxta consiliū matris vt fugeret ī mesopotamiam donec Esau a furore recederet sic ⁊ tu si pateris a malo noli reddere malū ꝓ malo. sed maliciā inimicorū declinādo donec furor transeat inimicorū. qui in te potestatem non haberēt nisi deus ꝑmisisset. Si eñi hoc feceris eris in generatōne ihesu xp̄i cum Jacob. Si vero non feceris a generatione iusta proijcieris vt Esau. cuiꝰ generatio hic non describitur: sed Jacob. Jacob autē genuit Judam ⁊ fratres eius duodecim patriarchas Ruben. ⁊ sic de alijs. sic noster Jacob. id est xp̄s genuit duodecim aplos patriarchas noui testamenti. Sicut Jacob descendit ī egiptū ⁊ nimis multiplicatus est. ⁊ qꝫdiu Jacob ⁊ filij eius fuerūt in egipto egiptꝰ ꝓsperata fuit. egressus aūt exterminata est. Sic ⁊ sancti qꝫdiu sunt in mūdo tenent mundū ne cadat. cū autem de isto mundo recedent casurus est mundꝰ Uide autē quomodo oñes generatōes sancte ꝑ Mariā ⁊ eius filium sunt multiplicate ꝑ recreatōeꝫ. Uñ Bern. in sermone. Beatam me dicēt oēs generatōes. ait. Ex hoc te beatā dicēt o virgo gloriosa oēs generatōnes: qꝛ oibꝰ generatōibꝰ vitā ⁊ gloriā genuisti. In te enim angeli leticiam. iusti gratiam. peccatores veniam inueniunt ineternū. Merito in te respiciunt oculi omnis creature. qꝛ in te ⁊ per te benigna manus omnipotentis quidquid creauit recreauit ⁊ tibi creauit.

Judas genuit Phares ⁊ Saram d̄ Thamar. Thamar primo fuit data filio Jude q̄ vocabatur Her. qui non contigit eam ī matrimonio ad instructū matris que vocabat̄ Sur. qui percussus est ꝓpter suam benignitatem. Post hoc tradita alteri filio fratri illius Her. cui nomen Onan. quo audito ꝙ semen fratris sui esset suscitatur⁹ et nō sibi fudit semen in terrā. ob hoc etiā ꝑcussus est Quo mortuo nō potuit eā ducere tercius frater .s. Seba. ꝓpter defectū etatis. ꝓpter qđ Thamar de mandato Jude rediit ī domū patris sui donec Seba creuisset. Ita igitur factum est vt Thamar virgo maneret. Contigit autē quadam die dum Seba creuisset pater scilicet Judas dissimulauit eam illi dare. quia timuit eum mori. Qđ Thamar ꝑsciens cupiens benedictionez in generatione iustorum cum christo obtinere cum esset casta in meretricem se mutauit. seq₃ posuit in quodam biuio ꝑ qđ Judas esset transiturus. Qui estimans eam meretricez sic coopertam accessit. Qua cognita vno ab eo concubitu concepit geminos. quorum vnum vocauit Phares: ⁊ alium Saram. ⁊ Judas ꝓ mercede dedit ei virgam ⁊ anulum. Cū igitur impꝛegnata esset, ⁊ ex iudicio Jude lapidari deberet incestuosa. misit virgā ⁊ anulū Jude. ad qđ Judas respōdit. Justior me es. sed sic nō est interfecta. quia amore filiorū hoc fecerat. Sic ⁊ xp̄s ecclesie ꝯiunctus que est ex iudeis et gentibꝰ fornicariis per ydolatriā. Qui spōsus videlicet christ⁹ sponse sue dedit virgā castitatis ⁊ iusticie: siue regni anulū. quem prodigo filio pater etiā per penitentiā ad se reuertenti cōtulit pre amore. Ecce quomodo meretrix in generatione domini inuenit̄ mundata. vt nemo de generatione glorier̄: nec de turpi genere vituperetur. quia si vis domino ꝯiungi: etiam si meretrix fueris publica vel qualiscunq₃ abscondas vultū tuū ex verecundia peccatoꝝ. ⁊ coniunge te sibi per amorem. vt virgam siue potestatem regni celestis valeas obtinere: ⁊ anulum siue vinculum perpetue charitatis. Ideo hic dicit Hieronim⁹. Dominus ihesus voluit nō solum nasci de iudeis ⁊ alienigenis. verum etiā de adulterinis cōmixtionibꝰ. nobis prestans magnam fiduciā. vt qualicunq₃ modo nascimur si eius vestigia imitamur eius mēbra per fidē efficimur. Hic addit Chrisostom⁹ sup̱ Matheū. Dū iudas lamentaretur penitens ꝙ nephandū opus fecisset ī israel. ⁊ dominū deū diu depꝛecaretur nec luctus sui terminū faceret astitit ei angel⁹ dei ⁊ hec om̄ia exposuit ei sicut gesta fuerunt et consolatus est eum. Judas aūt tante fuit religionis: vt postq₃ cognouit eam non fuisse vxorem filiorum suorum nō acquieuit ei appropinquare. quoniā ⁊ si quantū ad deum ipsa non erat nurus: tamē ad conscientiam nurus videbatur. prouidebat em̄ bonuz nō tantū corā deo sed etiam coram hominibus Et sm̄ hunc intellectum dixi eam hic meretricem. Hic ergo Judas genuit Phares ⁊ Saram de Thamar. prius egressus apparuit Sara. obstetrix autē ligauit illi coccinum. id est rubeū filū sericeū. retract⁹ aūt Sara primo Phares exiuit. Sara igitur dicit̄ nobilis. ⁊ significat illos qui in h̄ mūdo nobilitantur ⁊ in superbia moriunt̄: vt lucifer. Boni autē fortune seculi ꝑscindūtur significati ꝑ Phares qui ꝑscisus vel diuisus interꝑꝛetatur. Sed sicut Sara pa⁹ ortus retractus ⁊ inclusus est. Phares autē qui primo inclusus fuerat retracto Sara primum exiuit. sic amatores mundi qui primū ostendunt̄ a luce eterna retrahunt̄. ⁊ ī ventre inferiori recludunt̄. Boni aūt q̄ a ꝯsortio maloꝝ ꝑscindunt̄ ī celesti lumine victuri eternaliter oriunt̄. Et hī amatores mundi designati sunt ꝑ Sarā q̄ signat⁹ erat filo rubeo. q₂ licet sint signati sanguinis xp̄i rubedine. tn̄ eis nichil ꝓficit qn̄ damnantur sm̄ illud ps̄. Que vtilitas in sanguine meo dū descēdero in corruptionē. Jđ generatō Sare nō ponit̄ sed Phares. licet iudei primo apparuerūt in sinagoga. tamen nos postremo orti ꝑ filiū hui⁹ virginis gloriose sumus iudeis obtenebratis solidati ī luce euāgelice veritatis. Phares autem genuit Esron. Esron interꝑꝛetatur iaculum videns. et congruit christo qui se dedit quasi sagittam

electã. Et tu sis iaculũ ꝯtra iaculũ maligni hostis extinguẽdo in virtute ihesu xp̄i. q̄ tãq̄ꝫ sagitta electa de pharetra oꝛꝫ om̄ipotẽtis dei est ꝯcept⁹ in virgine gloriosa ad occidendũ fortissimos inimicos. Esron genuit Aram. Aram interp̄taƚ irritatio eo ꝙ suo tp̄e iudei maxime multiplicarenƚ. ꝛ sic egiptios sua ꝓsperitate ꝯtra se irritabãt intantũ vt affligerenƚ ꝛ flagellarenƚ: laborib⁹ luti ꝛ lateris opprimerenƚ. ꝑ obstetrices occidi iuberenƚ. Et significat electos quosq̄ꝫ q̄ dei grã ꝓsperati malos incitãt ꝯtra se vt eis detrabãt ꝛ maledicãt. ꝛ ꝑ obstetrices. i. detractões ꝛ infamiã occidenƚ. Sed sicut de illis scriptũ est. quãto magꝫ affligebanƚ tãto magis crescebant ꝛ augmentabanƚ. ꝛ sic nos cogimur exire de egipto angustiaꝛ huius seculi in terrã ꝓmissionis. exẽplo virginis gl'iose filij: qui occisus est a ꝑsecutorib⁹. multiplicati sunt electi sicut granuꝫ tritici. qꝛ tales sunt gens dñi desiderata. Subdit Aram aũt genuit Aminadab. qꝺ interp̄taƚ voluntari⁹ vel desideratus. qꝛ em̄ electi sunt voluntarij ꝛ desiderabiles deo ꝛ hoib⁹. ideo mali ꝯtra eos ꝑ inuidiã irritanƚ. Sola em̄ causa inuidie maloꝛ est bonitas electorũ. sicut filij iacob inuidebãt fratri suo ioseph ꝓpter bonitatẽ ei⁹. Sic filij⁹ virginis cũ apostolis ꝛ imitatorib⁹ in vita irritauit malos ad ꝑsequendũ. Sꝫ qꝛ xp̄s volũtarie passus est: similiter ꝛ ap̄li cũ eoꝛ seq̄cib⁹ ibãt gaudentes ad ꝑsecutõeꝫ. ideo requiẽ inuenerũt. Ideo sequiƚ Aminadab genuit Naason q̄ interp̄taƚ requies. ꝛ sic tñ est dicere Quisq̄ꝫ ẜm voluntatẽ dei viuit ille filios generat in requiẽ. Qui aũt viuunt ꝯtra voluntatem dei inq̄etos filios pcreat ꝛ ꝑuersos. Ideo beata virgo se totã deo deuerat. ꝛ in nullo voluit habere ꝓpriam voluntatẽ. Ideo genuit illũ q̄ dicit. Tollite iugũ meũ sup vos ꝛ inuenietis requiẽ ꝛc. Tempore Naason filij israel exierũt de egipto. ẜm Chriƚ. In cui⁹ signũ ꝛ nos exire de egipto debem⁹. i. de tenebris hui⁹ mũdi. postq̄ꝫ nobis mater gratie xp̄m in requiẽ generasset. ꝛ tunc a labore ꝛ oppressione ꝛ flagellis quiescere valemus. Ideo sequiƚ Naason genuit Salmonem: qui interp̄taƚ accipe vas. Iste salmõ vas accepit q̄ñ Raab meretricẽ in vxoreꝫ suã duxit. Hec aũt Raab erat de Iericho q̄ suscepit exploratores ꝛ nũcios filioꝛ isrl' dũ quererenƚ a rege de Iericho vt occiderẽtur: abscondit eos in inferiori ꝑte dom⁹: et ꝓseruauit eos a morte. ꝛ dilexit iudeos pl⁹ q̄ꝫ ꝓpriam gentẽ. eo ꝙ audierat famã illorũ quã de⁹ ipsis exhibuit in manu potẽti ipsos ꝺ egipto ducẽs. Salmon aũt tanq̄ꝫ vir nobilis ꝛ virtute insignis vidẽs Raab tam fidelem existere: ꝛ deo dilectã ꝛ electã ꝛ conuersam ad bonũ. licet sciret eã esse meretricẽ eã in vxorẽ recepit. videns ꝙ de vase ꝯtumelioso factũ fuit vas decoris: ꝛ vas electionis a dño. Ideo Salmon bene diciƚ accipere vas. qꝺ congruit filio virginis marie. Cũ em̄ christ⁹ verus Salmon venerit ĩ iudicium tunc om̄es existẽtes in heresi sectaƚ ꝛ ꝯgregatões maloꝛ xp̄ianoꝛ siue ciuium mundanoꝛ siue principũ tenebrarũ gladio interficiet ꝛ igne ꝯsumet. cũ muri seu munitiones facte cõtra deũ ꝛ iusticiã corruent in infernũ. nisi sola Raab, id est anima peccatrix christi sanguine redempta si in dilectione dei ꝛ ꝓximi inuenta fuerit. Omnes em̄ inmũdi sumus tanq̄ꝫ pannus mẽstruate de massa corrupta venientes: qui maculam iniquitatis nostre quã corã deo abscondere nõ valem⁹ in fronte portamus. Ideo xp̄m verũ Salmonẽ ꝛ ꝓximos nostros diligere debem⁹: vt valeam⁹ signo sanguinis sui rubricari: ꝛ sibi ad instar Raab despõsari quãdo mund⁹ vt Iericho corruet in interitum sempiternuꝫ. Ideo sequiƚ. Salmon aũt genuit Booz qui interp̄taƚ virtus: qui ẜm ꝓuidentiã dei Ruth in vxorẽ accepit: ꝛ virtuosũ filiũ generauit. Et sic ẜm Chriƚ. Qui nõ accipiũt ẜm virtutẽ vxores. sꝫ ex ꝓuisione dyaboli generãt filios malos ĩ malas sortes ꝛ ad penã iniquitatis sue: nec ad gaudiuꝫ nec ad consolationẽ videnƚ filios generasse. Hic itaq̄ꝫ Booz accepit moabitidem nomine Ruth. Quomodo autẽ acceepit longũ esset enarrare. Sed tamẽ cepit eam in vxorem: quia eam virtuosam cognouit ex quo socrum suã non reliquit. sed eam

fecuta est: dimittēs deos suos deū viuentē elegit. ⁊ amore generis iudeoꝝ obediens so crui iuit in nocte ad lectū Booz subt⁹ pallium. nō ex libidine: sꝫ ex simplicitate ⁊ amore ꝓlis. Si em̄ libidinē ꝗsiuisset iuuenē inuenisset. Sꝫ q꞉ ratōe ꝓximitatꝫ Booz debebat eā ducere i vxorē. ideo audiēs ħ ab ea nichil suspicat⁹ est nisi virtutē. nec eā repulit tanꝗ lasciuā. nec ꝯtigit eam tanꝗ lasciuus. sꝫ mane ꝯsurgēs ꝓuocauit ꝓximiorez vt eā duceret in vxorē. qui cuꝫ eā spreuisset ipe Booz iure ꝓximitatꝫ accepit eā felicez se reputās ꝙ ipsam metuisset habere. Ecce quāta virt⁹: q꞉ simul ꝯiuncti in libidine nullaten⁹ exarserūt. Hoc est ꝯtra illos q̄ a se lōge distātes feminē ad libidinē ⁊ amorē ꝓuocant. Audite ꝯiuges q̄ statꝫ in ꝯiugio vel vultis matrimoniū intrare. nolite querere pulcritudinē vel iuuentutē in his q̄s ducere vultis. exēplo Ruth vobis habilē qualiscunqꝫ sit. dūmodo ibi sit virt⁹ ⁊ inde ꝓles ꝓducant. Similiter non queratis diuites vt ꝓpter pecuniā principaliter velitis maritari aut vxorari. sꝫ v̄tuosas ꝯiuges querite etiā si sint paupes. vt iste Booz diues pauperem colligentē spicas post messores. Hic etiā docet nos Booz ⁊ ruth vt nō scādalisemur de oīb⁹ q̄ videm⁹. Ecce in vno lecto sine vicij suspitōne virt⁹ inuenit. Si ergo videris aliquos colloquētes: nō semper suspicaris de malo. Si tibi malū videt suspira ad deū. ⁊ nō interp̄teris oīa ad malū q̄ vides. Non de hoc sumatis exemplū ire ad loca suspecta: nec cū suspectis loqui studeatis. Nā si homines de vobis nō scandalisentur ex vestra ꝯuersatōe: tn̄ vbicūqꝫ potestis tollere scandala debetis. sicut Judas fecit fili⁹ Jacob: de q̄ dictū est. cū peccasset cū thamar credens eā nurū esse suā ex duobus filijs suis. postea qn̄ lamentabat penitentiā agens angelus reuelauit sibi ꝙ thamar casta virgo a filijs ꝑmansisset. ⁊ ꝙ ipse posset eā habere. Ipse tn̄ ab ei⁹ thoro ⁊ conuersatione semꝑ abstinuit. ne alij q̄ ħ ignorabant scandalisati fuissent. Prouidit enim bona corā deo ⁊ corā hominib⁹. Docet insuꝑ nos Booz ut nemini suā vxorē sine spōsam accipe debemus. q꞉ ipe noluit accipere vxorē nisi postꝙ ꝓximior frater eā iure dimisit. Hoc est ꝯtra illos qui ꝯtentione ⁊ iudicio aliorū vxores vel maritos euincunt. Ita impletū est illud Jsa. xviij. Emitte agnum dn̄e dominatorē terre de petra deserti ad montē filie syon. q꞉ agnus dn̄s ihesus nō solū ꝑ iudeos generationē traxit. verꝫ etiaꝫ ꝑ paganos moabitidem. Et sic agnus venit nobis ex paganis ad designandū ꝙ ꝑ virginem gloriosā etiā paganicā nostrā generationē attigit ⁊ mūdauit sanguine suo. vt ad montē filie syon. i. ad faciei sue spectaculum etiā nos pagani ꝑ fidem xp̄ianam peruenire possem⁹. Talis intātū v̄tuosus Booz ex tali virtuosa vxore Ruth genuit Obeth qui subdit⁹ interp̄tatur. q꞉ oīs qui virtuosus est in ꝯiugio nō querēs libidinē sꝫ ꝓlē ex dono ⁊ merito frequēter habet filios deo ⁊ sibi subditos. Q̄ multi aūt habēt ꝓteruos filios. ħ fit s̄m Chrisꝫ. q꞉ parētes non sunt virtuosi. ⁊ in matrimonio diuitias eligunt ⁊ nō mores. pulcritudinē ⁊ non fidez libidinē ⁊ nō ꝓles. qd̄ meretricib⁹ ꝯgruit: nō ꝯiugib⁹. optant vt filij eoꝝ non sint iuste cōmixtionis: sꝫ pena ꝯdigna irreligiositatis eoꝝ. Uel si sint i se religiosi: tamē q꞉ filios nimiū dil'gētes nō corrigūt sꝫ mittūt eis ꝓpriā voluntatē. ideo inobedientes sunt eis. Quia igit̄ Obeth subdit⁹ fuit deo ⁊ parētibus. ideo subdit̄. Obeth aūt genuit Jesse: qd̄ interpretat̄ refrigeriū. Quicūqꝫ em̄ est subdit⁹ deo ⁊ parentib⁹ suis generat filios bonos a quib⁹ refriget̄. Qui aūt ꝯtumaces sunt nō sibi generāt refrigeriū. sꝫ genimina viperaꝝ nascēdo occidūt parētes. ⁊ sic gignendo a filijs occidunt̄. Quare aūt hic yesse vocat̄ ysai cū vtrūqꝫ nomē ei⁹ sit. nisi vt ostenderet̄ ꝙ sub noīe yesse ꝯplete generatio xp̄i fieret ꝑ ipꝫ. sicut dicit̄ Jsa. xi. Egredietur virga de radice yesse. Hec est virgo gloriosa q̄ hodie egressa est in lucē. sed flos ei⁹ est pulcer. saporosus. odorifer⁹. i. filius ei⁹. Jesse aūt genuit Dauid regē. q꞉ de⁹ in generatōne iustoꝝ benedicit̄: ⁊ a generatōe iustoꝝ benedicetur. Ideo talis bonus filius optimi patris genuit etiam filium virtuosū

Dauid regē.i.manu fortē.qui primū se vi
cit.qꝛ quēadmodū patiēs fuit in oīmibus ꝑ
secutōibꝫ q̄s patiebaꝛ a Saul rege.⁊ a filio
suo absalone:a Nicol vxore sua ⁊ alijs mul
tis.ita ⁊ tante mansuetudīs ⁊ misericordie
fuit vt ꝓ ꝑplo suo quē angelꝰ interficiebat
īmo ab hora matutina vsqꝫ ad vesperā sep
tuaginta milia viroꝝ ip̄emet ab angelo in
terfici voluit.ponens animā suā ꝓ ꝑplo di
cens.Ego sum q̄ peccaui.ego sum q̄ inique
egi.isti q̄ oues sunt quid fecerūt.vertaꝛ ob
secro manꝰ tua in me ⁊ in domū patris mei
vt dicitꝛ.ij.Reg.xxiiij.⁊.i.Paraꝛ.xxi.Eti
am adeo sanctꝰ fuit:vt ī adulterio cū Ber
sabee ⁊ homicidio eiꝰ viri filiꝰ xp̄i extiterit.
in hoc p̄cipue vt ip̄aꝫ postremo in vxorē ac
ceperat quā priꝰ habuit adulterā.Sic enīꝫ
xp̄s vidēs aīam peccatricē dyaboli vxoreꝫ.
primo inspirat ei vt intimo coniungaꝛ sibi
amore.⁊ tandē occiso dyabolo eā in sponsā
accipit nō habentē rugā neqꝫ maculā.Sꝫ
ad hoc Dauid tibi ꝓponitur vt sanctitateꝫ
ipsiꝰ imitari studeas.⁊ ab adulterio ⁊ homi
cidio p̄caueas.Si aūt cecidisti cū Dauid:
ꝑ penitētiā cū ip̄o resurgas.Multi eīn pec
cauerunt cū Dauid.pauci aūt cū eo resur
gunt.Ecce in generatōe xp̄i adultere ⁊ me
retrix vt ⁊ tu speres q̄liscūqꝫ sis adulter he
reticus vel sodomita cū eo sp̄ualiter valeas
copulari ⁊ eiꝰ generatōi ꝯiungi.Dauid aūt
genuit Salomonē:qui interp̄taꝛ pacificus
ex ea q̄ fuit vrie.Sꝫ quare hic nomē eius
nō ponitꝛ.cū tn̄ Raab ⁊ Thamar ⁊ dauid
peccatores ponunꝛ.R n̄deꝛ ꝙ ex eo ꝙ tha
mar ita ꝟtuosa fuit vt zelo ꝓlis cōcepit ex
qua generatio xp̄i surgeret ꝯiuncta fuit in
de.⁊ Raab ita ꝟtuosa erat vt exploratores
iudeoꝝ recipet.Dauid aūt in oībꝫ virtu
osus.De Bersabee aūt nullū signū ꝟtutis
legimꝰ.adeo illi ponunꝛ.illa aūt ex noīe non
ponitꝛ in libro generatōis xp̄i.Ex tali aūt ge
nuit Salomonē qui templū dn̄i edificauit
vt ⁊ tu si ita fueris pacificꝰ ex virtutū lapi
dibꝫ templū cordis edificare valeas vt ī eo
dn̄s ꝑ gratiā possit habitare Hic est noster
Salomon ihesus q̄ edificauit castissimuꝫ et
pulcerrimū templū.videlicet corpꝰ ꝟginis
gloriose.qui primariū posuit lapidē in eius
sanctificatōeꝫ qn̄ in vtero matrꝫ eā sanctifi
cauit.Vn̄ ⁊ hodie est dedicatio tēpli huius
qꝛ memoriā eius agimꝰ q̄ sancta fuit anteq̄ꝫ
nata.ideo sanctā natiuitatē celebremꝰ.In
quo templo summꝰ pontifex dn̄s ihesus pri
mā missaꝫ celebrauit qn̄ missus a patre ve
nit in eiꝰ carnē.⁊ deꝰ ⁊ hō in ea ꝯceptus est
vt ex hoc templo idē pontifex natus ⁊ mor
tuus se hostiā ꝓ nobis offerens obtulit no
bis vnctionē sacri crismatis ⁊ olei omniuꝫ
qꝫ sacramentoꝝ ex latere suo.Quotiēs er
go videris in ecclesia corpꝰ xp̄i leuare cogi
ta.qꝛ hoc est sumptū ex templo corꝑali vir
ginis gloriose cuiꝰ natiuitas hodie celebraꝛ
Et qn̄ eleuatū vides in cruce ⁊ qn̄ baptisa
tus es ⁊ penitentiā agis ⁊ eucharistiam su
mis ⁊ ꝯfirmarꝫ aut vngeris oleo sacro.aut
ꝑ sacerdotē absolueris a peccatis cogita ꝙ
hec oīa dona tibi ꝯfert summꝰ pontifex ex
tēplo ꝟginis gloriose.Sed ecce Bersabee
mater salomōis adultera fuit ⁊ pē adulter.
Ideo salomō faciliter fuit parētelis crimi
nis imitator vt fornicareꝛ cū alienis muli
eribꝫ quibꝫ ⁊ ydola fabricauit.Parētes igi
tur studeāt esse iusti vt castos filios ꝓcreēt
vt filij postponētes crimina virtutes eoruꝫ
studeāt imitari.Sꝫ ad h̄ q̄liter natura pa
rentū in filios trāsfundiꝛ huiꝰ euāgelij tex
tus ostendit cū dicit.Salomon aūt genuit
Roboam:qui volens in subditos seuire ad
instar patrꝫ ꝑdidit.x.ꝑtes regni.Bona eī
tꝑalia q̄ ille ꝑ voluptatē:suꝑbiā:⁊ luxuriā
ꝯgregauit ⁊ ea heredibꝫ relinquere cupiuit
heres fatuꝰ dissipauit.Quot nūc sūt ī mū
do quoꝝ patres magnaꝛ mūdi diuitias pos
sederūt.⁊ nūc filij sunt mendici qꝛ forte ma
le ꝯgregauerūt parētes pauꝑes opprimen
do:vsuras faciēdo:⁊ malas exactōes exer
cendo.Isti dissipāt male ꝯgregata in luxu
ria.ebrietate:⁊ ludis exponēdo.illis p̄t di
ci Mat.xxiij.Testimoniū vobis est ꝙ estis
filij patꝝ vestroꝝ Itē dicit Chriſ.ꝙ regnū
iudeoꝝ pacificatū fuit ⁊ integrū q̄ꝫdiu salo
mon in iuuētute seruiebat deo.Cū aūt incita
uit eū sathanas ad fornicatōeꝫ ⁊ ydolatriā
in fine sui regni cepit scindi regnum suuꝫ:et

tpe filij sui totaliter scissuz est vt ex duodecī partib⁹ siue tribub⁹ due solū remanerent. Sic eñi regnū xpianoꝝ tpe aploꝝ bñ stetit q2 oēs xpiani soli deo fuiebāt ⁊ nō ydolis. S3 nūc xpianis fornicātib⁹: ⁊ q̄si tot ydola q̄t pcta mortalia habentib⁹ scissuz est regnū in diuersas ptes: heresū: sectaꝝ: hypocritarū: tyrānoꝝ: ⁊ alioꝝ q̄ mortaliter peccāt intm̄ vt pauci inueniunt pfecti xpiani q̄ charitatē pfectā habeāt sine q̄ nec fides saluat. Si ergo tales haberēt fatuos filios multos: q̄lis fuit Roboam scinderet in fine mūdi regnū ipsoꝝ. ⁊ nisi penitentiā egerint oēs pibunt. Nos igit charissimi ex matre nostra dulcissima talē salomonē pacificum suscepim⁹: cui⁹ regni nō erit finis. Dan. vij. Potestas ei⁹ eterna q̄ nō auferet: ⁊ regnū ipi⁹ qd̄ nō corrūpet. Hoc regnū est ecclia: ⁊ filie ecclesie tenētes tunicā inconsutilem de agni vellere factā ⁊ ex nostra vgine ortā nunq̄ scindent a regno xpi q̄diu in vnitate matris ecclesie pseuerauerint. Roboam genuit abiam q̄ interptat pater viuēs. q2 primū incepit bñ viuere sicut pater. demū peccauit i deū ⁊ male sclusit Ecce quō patrē sequitur ples. S3 qd est q2 mal⁹ pater generat bonū filiū. q2 quilibet fili⁹ bon⁹ esse tenet. licet habeat malū patrē. qd̄ asa fili⁹ abie ondit. vt q̄ scribit in textu. Abias aūt genuit Asa. qui interptat vngentū. eo q2 xpi bon⁹ odor fuit in oñi vita sua. q2 ita bene vixit q2 legere delectat ipsi⁹ historiā. Ecce aut in sordib⁹ inuenit. q2 pater vita sorduit. ⁊ filius vngēto boni opis exēplo vite sue ⁊ odore oīb⁹ redolebat. Hoc igit subintelligas. quia cōmuni cursu mala radix malū fructum pfert. mali parētes malos filios. Si aūt aliq̄n ɔtrariū fit hoc raro ɔtingit. Sic xps ⁊ maria multos bonos ⁊ paucos malos in generatōne habuerūt. virgo casta ⁊ humilis xpm humilem fructū genuit. vt nos eos seq̄mur multiplicitate oīm virtutū. Asa aūt genuit Josaphat q̄ interptat dñs iudex. dñs eñi redintegrauit regnū ipsoꝝ ꝓpter eoꝝ merita qui nullū bonū irremuneratū relinquit. Ideo hic fuit dñs iudex: ad quē ptinet remunerare bonos S3 quia amb⁹ peccauerūt. Asa aūt ɔsiliū aduersus regē israel diffidens ptijt de adiutorio dei. recepit i auxiliū inimicos dei. Item Josaphat peccauit. q2 achab pessimo auxiliū pbuit. vbi interfecto achab in exercitu Josaphat circūclusus orās vix veniā impetrauit. maxime q2 de⁹ dilexit illuz. q2 ydolatriā deleuerat. vbi dic Chris. Fideles nō debēt dare auxiliū inimicis dei nec ab eis accipe. vt habet in canone. Non oportet accipe auxiliū ab inimicis dei. Nos aūt docet supradicta historia de Josaphat. qui eñi petit auxiliū de inimicis dei de auxilio dei desperat. validiores existimās dei inimicos q̄ deū. Qui aūt dat auxiliū inimicis dei aduersat deo. deo eñi volēte ɔterere inimicū suū ipse eū defendere temptat. Unde beate virgini ɔgruit interptatio Josaphat. qd̄ est domin⁹ iudex. ipsa eñi iudicē genuit quē vt fratrē ⁊ correctorē diligam⁹. S3 vide q̄ piculosa sit ꝓsperitas diuitiaꝝ. q2 ipse Josaphat ꝓsperatus genuit Joram. qui in tantū ex diuitijs supbiuit. vt ɔtra deū filiā Jesabel impie ⁊ achab pessimi duceret vxorem. Intantū elatus ɔtra deū vt etiā sex fratres occiderat. Ideo Joram interptatur altitudo. De quo poeta. Tollunt in altuz vt lapsu grauiore ruant. Ipse eñi sic elat⁹ plaga grauiori ⁊ diutina a domino pcussus est vt ante biduū mortis sue intestina sua putrefacta iactaret. Caue ⁊ tu ne ex diuitijs filius vel successor honorū supbia eleuetur. Prouide ⁊ tu ne ex patris diuitijs supbias ⁊ percutiāris a domino. vt intestina ꝓijcias s̄m illud Eccli. xix. Auaro nichil scelestius. nichil iniquius q̄ pecuniā amare. hic eñi animā suā venalē habet. quoniam in vita sua ꝓiecerunt intestina sua. quia omnem sollicitudinē ⁊ conatum ad exteriora extendentes ad instar aranee ꝓijcientes a se virtutem naturalem: ⁊ gratias a deo sibi collatas. In medio diuitiaꝝ morant sicut aranea in medio tele. Caue ergo tu ne in diuitijs tuis tibi contingat sicut Jude cōtingebat qui ꝓpter diuitias suspensus medius crepuit. ⁊ effusa sunt oīa viscera ei⁹. Act. primo capitulo. Nō sic virgo. S3 talē genuit filium cuius viscera interiora ⁊ exteriora

membra ꝛ ossa in cruce ꝛ in sepulchro non
fuit cōminuta nec fracta nᶜ corrupta. vt nos
exēplo eoꝝ incorrupte viuamus. Jorā ge
nuit Oziam. Itē hic Othosias ꝛ amasias
nō nomināᷓ. Sꝫ a generatōe xpī rescindūtur
Jorā eñi vsqꝫ ad quartā generatōnez fuit
eiect⁹. ex eo qꝛ de semine pessime Jesabel: q̄
occidit ꝓphetas. ꝛ Achab viri ipsi⁹ filiā ac
cepit noīe Godoliam. ex q̄ hec pessima ge-
neratio traxit originē. Ecce q̄ꝫ piculosū est
inire piugiū impioꝝ. Caue ergo ne vxorem
ducas de domo impia. vel maritū: ne cōtin-
gat te deleri cū generatōe tua a generatōne
xpī. Sꝫ si audierꝭ parētes esse bonos tunc
cū omi fiducia ex eis piugē talē assume. ꝛ q̄
re piungi generatōi rectoꝝ q̄ bñdiceᷓ. Naꝫ
dñs ī generatōe iusta est. ꝛ nō piungarꝭ ge
neratōi pessime adultere ꝛ puerse. Natōes
eñi puerse. s. auaroꝝ. pueroꝝ. tyrannoꝝ. p̄-
donū. vsurarioꝝ. ꝛ oīm maloꝝ sūt cause cō
summatōis piugñ. Nō est ḡ ſm eos gene-
ratio diuina. sꝫ post eos ſm Oziaꝫ q̄ interp̄
taᷓ nobilis. qꝛ fecit qđ bñplacituꝫ erat deo
excepto hꝰ q̄ elatus sacerdotalē sibi vsurpa
uit dignitatē volēs thuribulū ī tēplo offer
re. ꝓpter qđ in fronte lepra fuit pcussus ꝛ se
dit domi leprosus: nō exiēs vsqꝫ ad mortē.
Caue igiᷓ ne tu tibi vsurpes dignitatē non
debitā. Sed illā nobilitatē seqris q̄ facies
qđ bñplacitū est deo. Sic xp̄s virginis fili
us nō rapuit dignitatē nec rapinā arbitra-
tus est eq̄lem se esse deo patri vt pōtifex fie-
ret sꝫ vocatus est vt aaron. Sequiᷓ. Ozias
aūt genuit Joathan q̄ interp̄taᷓ pfect⁹. et
sic tu nō egrediarꝭ sꝫ ī via pfectorū ꝓgredi
sp̄ debes. qꝛ ſm Greg. in via nō ꝓgredi re-
gredi est. nō dicas. satis ieiunaui. satꝭ facul
tates ī vsus pauperꝝ largit⁹ sum. ꝛ sic d alijs
Cū eñi oīa feceritꝭ. dicite. inutiles serui su-
m⁹. qꝛ in eo q̄ aliq̄s existimat se aliqd eē cū
nichil sit cadit a iusticia sua ꝛ humilitate si
quā habuerit. Sic pharise⁹ q̄ oīa bona fe-
cerat ꝛ ab oībꝫ malis declinauerat. eo q̄ se
pfectū esse putabat. nec in humilitate ꝓgre
di volebat ad maiora impetrāda ꝛ faciēda.
ideo a via dei regressus iusticia pdita ꝛ hu-
militate supbiuit. Xp̄s aūt nullo indigens

ꝓpter nos se exinaniuit formā serui accipiēs
legē impleuit. baptisat⁹ est: ieiunauit orauit
in cruce. Joathan aūt genuit achas q̄ mal⁹
fuit. nā ydolis filiū suū psecrauit trahēs eū
p ignē. nichil boni legiᷓ de illo. sꝫ m̄ in gene
ratione boni inueniᷓ forte. qꝛ sub ipō datum
est hoc signū. Ecce vgo pcipiet ꝛ pariet fili
um. Achas aūt genuit Ezechiā q̄ sanct⁹ fu
it. Ipe dixit. Memēto dñe quō ambulaue
rim corā te in veritate: in corde pfecto. ꝛ qđ
bonū est corā te fecerim. Et si obijciᷓ. cur fle
ret cū mori deberet. Rñdeᷓ q̄ ipe nō pecca-
uit. qꝛ nō fleuit q̄ deberet ire de mūdo. sꝫ qꝛ
heredē nō habuit. iđ deleri a generatōe iu-
sta timebat. qđ scribiᷓ Isa. xxviij. Genera
tio mea ablata est. ꝓpter qđ exaudiuit eum
dñs ꝛ addidit vite sue annos. xv. In cuius
signū sol retrocessit decē gradibꝫ in horolo-
gio ad orientē. ꝓpter qđ rex babilonis misit
sibi multa munera, p amicicia iter se mutuo
faciēda. Dicūt quidā q̄ rex babilonis cole
bat solē vidēs q̄ sol honorabat ezechiaꝫ ꝓ
eo misit sibi munera. Q, aūt aliq̄ꝫtulū ma
iorem gloriā ex hoc haberet oēs thesauros
suos nūcijs ostēdit. ꝓpter qđ generatō sua
punita est propter inanē gloriaꝫ. Caue ꝛ tu
q̄ꝫcumq̄ꝫ accept⁹ fuerꝭ ne p inanē gloriā
thesauꝝ vite eterne pdes. Iste ezechias ser
pentē eneū quē moyses fecerat pfregit. qꝛ
iudei colebāt eū ꝓ deo. Iđ quecunqꝫ bona
tua oñdis vide ne hostis p inanē gloriaꝫ te
spoliet istis bonis. sic hieꝛlem fuit p inanem
gloriā spoliata thesaurꝭ. Sic ꝛ tu si nōdum
xp̄m bono ꝓposito pcepisti: nec ope bono pe
peristi: plora ꝛ dic. Generatio mea ablata ē
vt sic merearꝭ p diuīe ꝓpiciatōis fecūditatē
accipe p mariā q̄ gemēs affectabat esse ī ge
neratōe messie. ꝛ expectans meruit esse ma
ter ipsi⁹. Talis ezechias q̄ ꝓpter inanē glo
riā meruit puniri genuit Manassen q̄ mal⁹
fuit intantuꝫ vt ipe Isaiam serraret. qꝛ ſm
Chriᷓ. Isaias sibi pdixerat ī facie sui pr̄is
vnde ꝛ ipe pr̄ tūc volebat eū occidere dicēs
Meli⁹ ē esse sine filio q̄ꝫ talē filiū p⁹ se reli-
q̄re q̄ deū exaspat ꝛ sanctos psequiᷓ. Sꝫ ne
occideret ꝓhibuit Isaias. Item impleuit
plateas hierusalem sanguine ꝓphetarum ꝛ

iustorū: de porta ad portā. ꝛ posuit ydolum
in templū dn̄i. ꝛ traxit filiū ꝑ ignē cophet in
cymon vbi erat ꝯtinu⁹ ignis. Cū igit̄ multa
fecisset mala comphensus est a rege assirio/
rū: ligat⁹ cōpedib⁹ ꝛ cathenis duct⁹ est ī ba
biloniā ꝛ posit⁹ in carcerē. bibebat aquā cū
aceto modico ad mensurā vt viuere posset.
Et cū vehemēter affligeret̄ ꝛ penitēs oraret
audiuit eū dn̄s. ꝛ in flāma ignis descēdēs
vincula ipius adussit. ꝛ reuersus in hierusa/
lē ī regnū suū fuiuit dn̄o ī toto corde. Sic
tu si in generatōe xp̄i vis inueniri age peni
tentiā vt ad regnū eternū valeas ꝑuenire.
Iste Manasses genuit amon q̄ fuit malus
Hec aūt fuit causa sue malicie. q2 viderat
patrē esse malū. ꝛ post penitētiā reducū ad
coronā regni: ꝓposuit malā vitā ducere di
cens. pr̄ me⁹ ī senio penitētiā egit. sil'r ꝛ ego
cū ad etatē ꝑfectā veniā penitebo. Sz fefel/
lit eū lōge vite ꝓmissio. q2 exterminauit eū
dn̄s valde velociter. q2 duob⁹ annis tm̄ re
gnauit. Sic tu caue iumoꝑe ne in puncto q̄
ꝯtrahes ꝛ stare vis ī pc̄tis donec pc̄ta peni
teꝫ ne ꝛ tu in eodē pūcto ad infernū descē/
des. sꝫ poti⁹ incipe penitere dū tp̄s est peni
tendi. exēplo marie ꝛ xp̄i q̄ ꝓ nostꝛꝫ peccatis
formā penitētie ieiunādo legi subijciēdo et
ī sacrificio offerēdo ꝛ mortē patiēdo ptule
runt. Si aūt iust⁹ es ꝛ pn̄ia nō eges extūc
viuas sic̄ Iosias. de q̄ subdit̄. Amon āt ge/
nuit iozia qui interp̄tat̄ hostia. q2 sacrificiū
deo obtulit. fecit em̄ pasca suꝑ oēs reges q̄
an̄ eū fuerūt. vt hr̄. iiij. Reg. xxiij. Sz hec
virgo nobis xp̄m agnū pascalē exhibuit suꝑ
omes reges q̄ ante ip̄m fuerūt ꝛ post eū ad
huc erūt. Alij em̄ alienā carnē dabāt in pa
sca. hec aūt xp̄m ex sua carne. ꝛ ipsi⁹ carneꝫ
dulcissimā nobis ꝓposuit Sic tu f'm ap'lm
exhibeas corp⁹ tuū hostiā viuā deo placen
teꝫ in odorē suauitatꝫ. vt sic māduces xp̄m
vt sibi in vnitate eccl'ie incorꝑeris. Iozias
aūt genuit Iechoniā ꝛ fratres ei⁹ ī trāsmig̃/
tione babilonis. Hic Ioachim ꝛ eliachim
nō ponunt̄ ī numero regum. Sz rex egipti
pharao intruseat ip̄m ī regnū manu potēti.
ponit̄ aūt secūd⁹ Ioachim alias vocat⁹ per
hieremiā Iechonias q̄ rite successit Hic aūt

euāgelista. q̄ geniti sūt ī trāsmigratōe babi
lonis. Itē illi q̄ libere voluerūt ī babiloniā
ire vocabāt̄ filij trāsmigratōis. alij aūt q̄ ꝓ
pter iniq̄tates suas sūt ducti filij captiuatio
nis. Hic insuꝑ nota ꝙ oēs in generatōne
positi figurabāt xp̄m: aut fama aut infamia
De infamia. sic̄ dauid recipiēs vxorē vrie
significat xp̄m q̄ eccl'iaꝫ de gentib⁹ dyabolo
auferēs sibimet eā copulauit. Iechonias āt
genuit salatiel. d̄ q̄ nichil legim⁹ boni seu ma
li. putam⁹ eū bonū fuisse ꝛ ī captiuitate deū
assidue pet̄isse ꝓ calamitate auferēda q̄ ꝯti
gerat isr'l. ꝛ iō petitōi dei appositū fuisse Sa
latiel aūt genuit zorobabel. quē Chris. ap/
pellauit doctorē babilonie. Per istū em̄ Zo
robabel dimissi sūt oēs filij isr'l ꝛ reuersi ī ꝓ
priā patriā ī magno gaudio. Sic esdras ex
posuit ꝓph'aꝫ q̄ alio noīe d̄r malachias. Cū
em̄ zorobabel esset ī misterio regꝫ darij ꝯtro
uersia facta ē inter eū ꝛ duos alios regꝫ mi
nistros q̄d esset forti⁹ in mūdo. vno dicēte
nichil forti⁹ est vino. altero aūt nichil for/
ti⁹ est rege. Zorobabel aūt dixit. Nichil for
ti⁹ mulierib⁹ ꝛ v'itate. Quib⁹ sic certātib⁹
deuentū ē vsq3 ad sentētiā regꝫ darij. Qui
residēte cū principib⁹ suis ad iudicandū cō
tenderūt tres singuli ꝓ tanta sentētia ꝛ ver
bis. ꝯtentiones q̄ cupit eoꝝ scire legat Es/
drā ꝓph'etā. tm̄ vicit Zorobabel iudicio regis
darij: oīm q3 principū ꝓnunciata est oīb⁹
fortior esse veritas. Cū aūt diceret ad eum
Dari⁹ rex cū iuramento. pete q̄d vis a me
vsq3 ad dimidiū regni mei. Rn̄dit zoroba/
bel. Regnū tuū nō peto: sꝫ vtere eo ip'o ine/
ternū. Sz h' peto q̄ꝺ ꝓcepit sir⁹ rex ante te
vt dimittas captiuitatē filioꝝ israel red.re
in sua. mox Dari⁹ ꝯsensit. Exiēs aūt zoro/
babel gr̄as egit dn̄o dicēs. Bn̄dict⁹ es dn̄e
ꝛ pater veritatꝫ q̄ sapientiā hanc in os meū
misisti. Et ideo recte f'm ꝓuidētiā dei noia
tus est Zorobabel .i. doctor babilonie. Que
aūt maior doctrina dicit Chris. nisi ostēde
re veritatē omniū reꝝ. Et impletū est in eo
q̄ꝺ fuerat scriptum. Super inimicos meos
prudentē me fecisti. Interp̄tat̄ Zorobabel
fruitio postposita. q2 fruitōe regni ad se de/
currēte postposita elegit poti⁹ liberationem

populi sui q̃ȝ appetere regnū. Hic aūt doctor babilonie est ver⁹ xp̄s fili⁹ virginis q̄ fruitionē regni cū ad eū defluxit spreuit fugiēs cū eū vellent facere regē. poti⁹ in paupertate currēs docuit: ⁊ maluit esse paup̄ p̄dicator q̃ȝ supbꝰ rex ꝑm estimationē hoīm. vt nos de eterna ꝯfusione duceret babilonis. Hic dicit Chris. de residuis generatōnibꝰ nec scripturā aliquā me recordor legisse nec audisse. Hic aūt in fine notandū est. Quicunq̃ȝ deo placuerūt diuti⁹ regnauerūt ⁊ ꝓspe‐rati fuerūt. inimicos eoꝝ humiliauit de⁹ sub manibꝰ eoꝝ. Quicūq̃ȝ aūt inique ⁊ maligne egerūt velociter a regno ⁊ a vita cū amara morte p̄scindebant̄. humiliauitq̃ȝ eos deus sub manibꝰ inimicoꝝ suoꝝ. Si aūt omniū istoꝝ bonoꝝ habuerꝭ vitā: ⁊ veritatē cū Zorobabel p̄dicaueris vita ⁊ exēplo. ex tūc vita sequentiū patruȝ in te sulgebit. etiā eris magister babilonis. ⁊ oēs hoīes veritate illumines. ⁊ tūc celestē patrē cognosces. qꝺ significat Abiuth qui interp̄tat̄ pater me⁹. quē virgo nō supsensibili ſȝ expimentali noticia sup oēs simplices creaturas cognouit. Tūc resuscitaberis a peccato. qꝺ significat Eliachim qui interp̄tat̄ dn̄s resuscitās. Vn̄ ⁊ nos p̄ xp̄m filiū virginis resuscitatōnem habem⁹. tunc ad bene opandū adiuuabit te dn̄s qꝺ significat Azor. Vn̄ ⁊ maria martha vocat̄ ꝓpter vitā actiuā bone opationis. q͛ adiuuata a dn̄o vt generaret nobis saluatorē. p̄s. Adiuuabit eā deus vultu suo tunc efficieris iustus. qꝺ significat sadoch. ⁊ significat mariā que omnē iusticiā p̄ xp̄m impleuit. Eccli. xxiiij. In me oīs grā vie ⁊ veritatis. tunc eris frater dn̄i dilect⁹ quē significat Achim. ⁊ significat Mariā. quia per eam nobis christus frater ⁊ nos ei. ⁊ ipsius mater soror ⁊ frater esse possum⁹. tunc soli deo adherens eris: qꝺ significat Eliud. Quis vnq̃ȝ deo adhesit vt maria q̄ eundē genuit quē de⁹ pater. tunc saluus eris: qꝺ significat̄ p̄ Eleasar. sic oībus nobis Maria salutem obtinuit. tunc de⁹ erit merces tua magna nimis. qꝺ significat Mathan. hanc mercedem valemus omnes consequi p̄ Mariā. tunc supplantabis dyabolū. q͛ h̄

significat Jacob. Hec est mlier de q̄ Gen. iij. Dixit dn̄s ad serpentē. Inimicicias ponam inter te ⁊ mulierē. ⁊ ip̄a cōteret caput tuū. ⁊ tu insidiaberis calcaneo ei⁹. te videlicet supplantante. tūc dominaberis i tota terra egipti. qꝺ significat Joseph sponsus marie de qua natus est ihesus qui vocat̄ xp̄us. tunc toti⁹ terre dominationē obtinebis. q͛ p̄ hanc virginē habem⁹ veꝝ Joseph q̄ pascit oēm seculū. ideo dicit̄ saluator mundi. Hic generatio marie non computat̄. q͛ eadem generatio est Marie ⁊ Joseph. q͛ fuerunt ambo de vna tribu. Ideo sub generatione Joseph generatio Marie computat̄. Sic ergo oēs generatōnes ab Abraā vsq̃ȝ ad Dauid sunt. xiiij. Hi iudices fuerūt. Itē oēs generatōes a Dauid vsq̃ȝ ad trāsmigrationē babilonis. xiiij. Hi reges fuerūt. A trāsmigratione babilonis ad xp̄m. xiiij. ⁊ fuerunt pontifices. ⁊ sic oēs generationes. xlij. significabāt xp̄m. q̄ erat iudex rex ⁊ pontifex. Sic ergo sub illis finit⁹ iudiciū regū siue pontificū erat status iudeoꝝ. q͛ expectabāt eū cui nō deberet succedere ali⁹ status. Ideo veniēte xp̄o qui in se omnē ꝑfectionē ꝯtinet ampli⁹ status ecclesie nō mutatur. sed militabit sub xp̄o. Sic etiā virgo beata omniū sanctoꝝ patrū vitā in se habuit. fidē Abrae. misericordiā Dauid. sapientiā Salomonis. iusticiā Ezechie. ⁊ sanctitatem Josie. ⁊ nō solū in se habuit. ſȝ etiam eos oēs in ꝟtute excellit. imo omnē fidē illoꝝ ⁊ virtutem xp̄m generando cōpleuit. Sic etiā sancta ꝟgo q̄ nunc filio ei⁹ militat ⁊ vsq̃ȝ ad coronā regni militabit. sancta vita ex marie fide ⁊ oīs virtute refloret. vt dicit p̄s. Refloruit caro mea. q̄ quidē floruit in ꝯceptōe xp̄i. Maria etiā floruit i passione. resurrectōe. ascensione. ⁊ glorificatōe xp̄i. ⁊ hoc habem⁹ ex virga virgine maria q̄ ꝓtulit florē inestimabilis pulcritudis xp̄m sicut habet̄ in ꝭmone arnonis p̄sbiteri de natiuitate dn̄i sup̄ illo verbo Ysa. xi. Egredietur virga de radice yesse. qui sic inquit. Maria hec singularꝭ virgo pulcra p̄adisi arbor est. Nā dn̄ virgā noiat: disciplinatā: castā: humileȝ modicā sed in altū cordis humiliter

creuisse insinuat. habēs arboris pulcritudinē. vide ⁊ fructus ipi᷒ venustatē. Et flos inquit de radice eius descēdet. Flos virge ⁊ fruct᷒ arboris dn̄s noster ihesus xp̄s. Nō eni̅ q͛ flos ideo nō fruct᷒. nec q͛ fructus est xp̄s ideo nō flos. Obuiauerūt aūt sibi sicut veritas ⁊ misericordia. ita flos ⁊ fructus in xp̄o. flos ad veritatē. fruct᷒ ad mi̅ficordiā ⁊ pacē ptinet. Sicut nanq̄ in flore pmissio in fructu redditio pmissionis est. ita ⁊ dn̄s suis fidelib᷒ in fidelitate pseuerātib᷒ pmisit. in misericordia soluit. Vn̄ ps̄. Ipse est q̄ coronat te in mi̅ficordia ⁊ miseratōnibus. Et tria in arbore cernim᷒. ipsā. s. arborē. florem. ⁊ fructum. Tria quoq̄ in dn̄o nostro ihesu xp̄o. Ad hec tria qdāmodo pertinētia aduertim᷒ ipso testante de se dicente. Ego sum via veritas ⁊ vita. Nā via in exēplis. veritas in doctrina ⁊ pmissis. vita in vite exhibitione. Igit̄ via ad arborē vita ad fructū ptinet. Itē arbor est xp̄s in cōuersatōne flos in resurrectōne. fruct᷒ in ascēsione. In vita eni̅ xp̄i fidei nostre rectitudo est p doctrinā informatio. ⁊ sic in cōuersatōne velut in arbore stam᷒. In resurrectōe aūt ei᷒ spe florescim᷒. In ascēsione fructū pcipim᷒ diuinitatis. Nō eni̅ ipe solū p resurrectionē a mortē refloruit. sz etiā nostra fides emortua in ipso reuixit ⁊ refloruit. vnde spe psallimus cū ps̄. Refloruit caro mea ī spe. In ascensione vō fructū diuinitatis spūsancto misso de celo in aplīs participam᷒. Sed ⁊ singuli nostrū qui velut arbores in orto dn̄i colum᷒. si tn̄ arbores bone in fide viuendo extitim᷒ ī bona opatione ac maloꝝ patiētia primo hic boni odoris florē p̄mittimus vt postmodū in fructib᷒ cōtemplatōis eternaliter gaudeam᷒. Deniq̄ siue xp̄m in arbore pulcerrima cū florib᷒ suis intellexeris. siue matrē virginē in arbore. In fructu aūt arboris dn̄m ihesū estimaberis. quōcunq̄ hoꝝ siue vtrūq̄ dices nō errabis. Videte charissimi quomodo xp̄s flos ⁊ virga ei᷒ virgo maria: nō solū iustos sz ⁊ peccatores in sua habet generatōe. imo maior odor pietatis nobis peccatorib᷒ in cor spargit̄ cū audimus q̄ nō ꝓpter iustos: sz ꝓpter peccatores xp̄s venit. sicut a principio euāgelij dicit̄ filius dauid q̄ fuit pc̄tor. post h̄ Abraā q̄ fuit iust᷒. Et licet ex hac causa sit scriptū q̄ licz vicinior Dauid fuit pmissio facta q̄̄ abrae q͛ abrae dictū fuit. In semine tuo. i. xp̄o figurato p Isaac benedicent̄ om̄es gētes Dauid aūt dictū est. De fructu ventris tui ponam sup sedē tuā. Tn̄ ꝓpter spem retribuēdā peccatorib᷒ xp̄s primo Dauid ascribit̄ q̄ fuit pc̄tor. vt nemo peccatoꝝ despet sz credat iusticiā faciēdo ⁊ penitēdo. Et sic poterit esse in generatōe xp̄i. Sz nō fili᷒ Adam veterꝫ neq̄ Eue. sz fili᷒ noui Adam. i. xp̄i ⁊ Eue. i. v̄ginis gloriose: vt in eoꝝ generatōne refloreat h̄ in grā: ⁊ ī futuro p gloriā.

De exaltatione sancte crucis.

Sermo CXXVII.

Michi aūt absit gloriari nisi ī cruce dn̄i nostri ihesu xp̄i. p quē michi mund᷒ crucifix᷒ est. Gal̄. vi. In sūma verborum duo innuunt̄. Primo q̄ solū ī cruce xp̄i sit gloriandū. scdo subdit causaz. ibi. p quē. C. De primo dicit. Absit michi gloriari. q̄i diceret. quidā gloriant̄ in diuitiaꝝ affluentia. ps̄. xlviij. In multitudine diuitiaꝝ suarū gloriant̄. hoc nō est faciendū. ps̄. lxi. Diuitie si affluant nolite cor apponere. i. Coꝝ. iiij. Quid habes qd̄ nō accepisti. si accepisti cur gloriaris: nescis q͛ tibi datū est ad salutē vel ad damnatōez. Aliq̄ gloriant̄ ī seculari potētia. vt patet Judith. xiij. de Holoferne q̄ gloriabat̄ q̄si potēs ⁊ in potētia sua corruit. hoc nō est faciendū. Eccl̄. x. Omīs potentat᷒ breuis vita. Sap̄. vi. Potentes potenter tormēta sustinebūt. Aliq̄ in religione simulata. ad Gal̄. vi. Volūt vos ī carne circūcidi vt in carne vestra glorient̄. Sz absit michi nisi ī cruce dn̄ica: ibi debem᷒ gl̄iari. q͛ erepti ⁊ liberati sum᷒ a miseria seducti p primū lignū. D. Crux xp̄i primo viuificat ꝯ mortificatōez. p lignū mortificati sum᷒. Amb. Pomi mortalis morsu ī morte corruit. In h̄ ligno sum᷒ viuificati. Bernard᷒. In arbore cruc̄ dn̄ice pendet oīs vite fruct᷒. In ea pepēdit xp̄s bn̄dict᷒ fruct᷒.

qui est vita. Joh. xiiij. Ego sum via veritas ⁊ vita. Deut. xxx. Erit vita tua ante te pendens. Amb. Sicut pomū in arbore sic xp̄s in cruce. ¶ Scđo saluificati sum⁹ in cruce contra damnatõez. Nā crux xp̄i ē archa noe in q̄ saluatū est gen⁹ humanū. De q̄ Sap. xvi. Exiguo ligno credūt hoīes saluare aīas suas. Greg. in registro. Quid cruce xp̄i preciosi⁹ de q̄ nobis gr̄a sal⁹ ⁊ virt⁹ xp̄i. Isid. Si piculis ⁊ procellis mūdi inuoluer̄ lignū ascēde crucis ⁊ liberaber̄. Aug. in sermone. Crux xp̄i est nobis causa toti⁹ beatitudinis. i. Petri. ij. Peccata nr̄a tulit in corpe suo sup lignū. Magr̄ in. iij. dist. xix. Penā peccatoꝝ nostroꝝ ip̄e ptulit. i. pfecte tulit. Au. Si eque pensat̄ culpa hoīs ⁊ p̄ciū redemptionis nō tm̄ distat ort⁹ ab occidente. Ps. Apud dn̄m copiosa redemptio. Eusebius. Tota sal⁹ hūani gener̄ puenit ex ligno crucis. Rich. de san. victo. Sicut p dyabolū i ligno tribulatio. sic p crucē venit nobis oīs consolatio. ¶ Tercio in cruce v̄tutes multiplicant̄. Figurat̄ Gen̄. xxij. Cū Abraā alligasset Isaac sup struē lignoꝝ dictum est ei. Multiplicabo semē tuū sic̄ stellas celi. Spiritualiter. sic Abraā. i. de⁹ pater obtulit filium in ligno crucis. hinc orit̄ multiplicatio gr̄e ⁊ virtut̄. Joh. xij. Si granū frumenti mortuū fuerit multū fructū affert. Nā xp̄s in cruce nos multas docuit virtutes. ¶ Primo docuit obedientiā. ad Phil. ij. Factus est obediēs vsq3 ad mortē. i. cruc̄. In orōne conclusit Mat. xxvi. Nō sicut ego volo pater s3 sic̄ tu. ppter nostrā inobedientiā. Ro. v. Sicut p inobedientia3 vnius hoīs pc̄tores constituti sūt multi. ita p obedientiā vni⁹ iusti constituunt̄ multi iusti. Et sic xp̄us fuit obediēs. multo mag3 nos. Damas. Indign⁹ est diuīa clemētia q̄ viuit sine obediētia. ¶ Scđo docuit patiētiam. i. Petri. ij. Cū malediceret̄ nō maledicebat. sic ⁊ nos. Jaco. v. Patiētes estote confirmātes corda vestra. Hiero. Si veri sumus xp̄i discipuli opprobria ⁊ detractōes debem⁹ libēter amplecti ⁊ equo aīo ferre. q̄ mgr̄ noster ptulit Mat. x. Nō sit discipul⁹ sup mgr̄m. Gre. Si passio xp̄i ad memoriā reuocet̄ nichil tā graue qđ nō equo aīo sustinet̄. ¶ Tercio docuit charitatē. ⁊ h̄ in primo v̄bo dicēs Pater dimitte illis ⁊c̄. Ecce speculū sine macula consput̄. gloria celoꝝ irridet̄. ⁊ orat p inimicis. Johā. xv. Maiorē charitatē nemo h3 vt aīa3 suā q̄s ponat p amicis suis ⁊ orat p ip̄is. Bern̄. In q̄ illuxit clari⁹ q̄ nos dilexit dn̄s q̄ȝ in cruce ⁊ passione ei⁹. Damascen⁹. li. iij. c. xxiij. Quid mag3 ad charitatē accēdit q̄ȝ q̄ ꝓprio filio suo nō pepcit pater ⁊ fili⁹ p peccatoribȝ orauit. Symō de cassia Orauit misericordia ⁊ orare nō vult misia. orauit iudex vt oraret re⁹. iuxta illđ Mat. v. Diligite inimicos v̄ros ⁊ orate pro psequētibȝ vos. Dilexit eīn nos plusq̄ȝ matrē q̄ȝ discipulos: q̄ȝ sanguinē: q̄ȝ corp⁹: q̄ȝ vitā q̄ȝ etiā animā. q2 illa oīa reliq̄t ⁊ nos redemit. In h̄ maximā charitatē ostēdit. Bern̄. Nichil te michi reddit ita amabile3 bone ihesu sicut calix quē bibisti. Bern̄. O q̄ȝta charitas: deus bibit mortē ne mors biberet hoīe3. Innoc̄. Sustinuit suā passionem vt emeret tuā dilectionē. Bern̄. Quid gloriosi⁹ q̄ȝ q̄ nos tāti estimauit p̄ciū. ¶ Quarto docuit pietatē in h̄ q̄ nostre miserie i ꝓpria psona subuenit faciēdo misericordiā quā docuit Luc̄. vi. Estote misericordes. Hoc notat̄ in secūdo v̄bo qđ dixit i cruce. hodie mecū eris i padiso. O magna misericordia. non legit̄ de latrone quicq̄ȝ boni fecisse. Greg⁹. xviij. mora. Latro in cruce pendēs manibȝ ac pedibȝ ligat⁹ nichil habens liberū nisi cor ad credendū. linguā ad confitendū: ⁊ ei misertus est in cruce. nobis ad doctrinā vt simus ad misericordiā proni. Luc̄. vi. Omī petēti te tribue. Thob. iiij. Ne auertas faciē tuā ab vllo paupe. Prouerb. xxij. Qui pronus est ad misericordiā bn̄dicet̄. ¶ Quinto i cruce docuit equitatē in verbo tercio. Mulier ecce fili⁹ tu⁹. Justicia reqrit q̄ ip̄a3 cōmendaret in mūdo: q̄ nouē mensibȝ eū in mūdo cōmendatū recepit in vtero: que eu3 caste concepit ⁊ dulciter aluit. Bern̄. Stabat mater dolorosa iuxta crucē lacrimosa. vidit filium consputū. flagellatū. coronatū. pforatū. cruci conclauatū. gladi⁹ simeonis ptransiuit aīam eius. Juste ⁊ merito eam cōmendauit

Johānī. Hiero. Memēto parentū sub quorū manibꝰ sumpsisti nutrimentū. Eccli. iij. Qui timet deū honorat parētes. et quasi dn̄is seruiat eis. ¶ Sexto docuit exemplū patiētie in q̄rto verbo. Hely hely lamazabathani. i. deꝰ deꝰ meꝰ vt q̄d dereliq̄sti me. nō impatiētiā in his verbis expssit. sz magnitudinē sui doloris quē p nobis sustinuit. Non enī fuit derelictꝰ in vnione psonali q̄ ad separatōez diuinitatꝫ ab hūanitate. sz sic q2 diuinitas exposuit humanitatē passiōe sine defensione et ptectōe acsi nō fuisset sibi vnita. Sz eiꝰ passio maior passioni oīm martirū. et tn̄ patiēter sustinuit. sic et nos. Septimo docuit desideriū salutꝫ nostre i quinto v̄bo Sitiō. i. pter vestrā salutē. Bern. O dn̄e cruciat te plꝰ sitis q̄z crux. de cruce siles: nostrāqz salutē sitis. iudei v̄o sanguinē. Intantū aūt sitiebat salutē vt etiā pateret in lingua. q2 ipse accepit amarꝝ vinum: nō ad bibendū sz ad gustandū solū. q2 dederunt ei acetū felle mixtū. iuxta illud ps. lxviij. Dederūt in escaz meā fel: et in siti mea potauerūt me aceto. Et sic sitis eiꝰ fuit feruens desideriū nostre salutꝫ. Math. v. Beati qui esuriūt et sitiūt iusticiā. ps. xli. Sitiuit aīa mea etc. Nam nēm desideriū nullibi magꝫ q̄z ad salutē nostrā esse debet. ps. xxxvij. Dn̄e aū te oīe desideriū meū. ¶ Octauo docuit obedientiā et firmitatē in sexto verbo. i. ꝯsummatū est. i. impletū et volūtas patris: desideriū patrū. salus peccatoꝝ. Et sic nos obedire debemꝰ firmiter. Nā ipse dixit Joh. viij. Que placita sunt ei facio semp. Joh. v. Nō veni facere voluntatē meā sed eiꝰ q̄ misit me. i. Reg. xv. Melior est obediencia q̄z victima. Greg. Scelꝰ ydolatrie ē nolle acq̄escere. et Deut. xviij. Si nō obedientes fueritis pibitis. Et obediētia debet pseuerare in finē. Sic xp̄s nō descēdit propter matrē vel discipulos nec iudeos. et sic nos. Heb. xij. Recogitate eū q̄ talē sustinuit aduersus semetipm ꝯtradictōez vt nō fatigemini animis vestrꝫ deficiētes. io Aug. Nulla mors horribilior morte xp̄i. Sap. ij. Morte turpissima ꝯdemnemꝰ eū. Jō turpissima vt nullā mortē timeremꝰ. Nā aliq̄ nō timēt mortē. sz genꝰ mortꝫ. ¶ Nono docuit de rebꝰ prudentē facere finalē dispositionē. Nā prudentia req̄rit vt hō in piculis cogitet de melioris boni ꝯseruatōne. Et sic xp̄s vltimo aīaz cōmēdauit patri dicēs. In manꝰ tuas cōmendo spm̄ meū. Scuit ei aīaz suā patri cōmendatā. tn̄ i articulo mortis cōmendauit eā pter nostrā eruditionē vt de rebꝰ prudentē dispositōez faciamꝰ. et in hora mortꝫ feruentiꝰ ꝯuerteremꝰ nos ad deū. Nā sic ipse ꝯdidit testamentū. iudeo cōmendauit tpalia. militibꝰ vestimēta. corpꝰ sacramētaliter nobis. discipulos pr̄i. Joh. xvi. Pater serua eos in nomine meo quos dedisti michi. matrē Johānī. spiritū patri. Sic nos vt nudi xp̄m in fine seq̄mur nos spoliemꝰ in habitu et affectu. Exo. xxv. Inspice et fac s̄m exēplar etc. ¶ Quarto gl'iari debemꝰ in cruce. q2 p illā dyabolū fugauit. Greg. Qui in ligno vincebat etc. Figuratꝰ Hester. vij. Naaman pauit lignū et in ipso suspēsus est. Rich. de san. victo. Crucis signaculū est demonibꝰ suppliciū et tormentū. Jō canit ecclīa. Nullū ꝯtra h̄ signū stat piculū. Aug. Ubi signū crucifixi cū fide et deuotione p̄cesserit ibi inimicꝰ nichil nocebit. Exēpluz de iudeo in ecclīa deserta cruce signato. Et dico cū fide cū deuotōe. nō i iniquitate. vt vadēs ad fornicatōem. Chriso. Nescit crux xp̄i patrocinari crimini. sed deuotōi et dilectōi. Aug. Extēdit ideo xp̄s in cruce brachia vt esset paratꝰ p̄bere auxilia. Jō canit ecclīa. Crux pellit oīe crimē etc. ¶ Quinto p crucē celū reserauit. Isa. xxij. Dabo clauē domꝰ dauid etc. Nā sui meritꝫ nullꝰ p̄t ingredi celū nisi p meritū passiōis. Un̄ mḡr in. iiij. dist. iij. Nec circūcisio nec baptismꝰ apuit aditū regni celestis nisi hostia salutarꝫ. Heb. x. Habētes fiduciā in introitu sanctoꝝ in sanguine xp̄i. Mḡr in. iiij. dist. xviij. Deꝰ decreuerat ut pter peccatū nullꝰ intraret paradisū nisi i vno hoīe tāta esset hūilitas q̄ in oībꝰ p̄ficere posset. sicut in primo hoīe fuit tāta supbia q̄ oībꝰ nocuit et h̄ solū in xp̄o est. Et sicut olim in morte sūmi pontificis Nu. xxxi. pfugi habebāt ingressum. et sic p passionē in cruce xp̄i. Gregꝰ. in

dyalogo. Nunq̃ q̃s celesti beatitudine di-
gnus foret. nisi virtus felicissime passionis
xp̃i suppleret. Hec est scala Jacob Geñ.
xxviij. cui⁹ sũmitas celos tangebat. Unde
cantit eccl̃ia. Hec est scala pc̃toꝝ ₇c̃. Se
cũdo i cruce nos patri recõciliauit. ad Col. i.
Per sanguinẽ crucꝫ ei⁹ pacificãs q̃ in celis
₇ i terris sunt. i. hoĩes ₇ angelos. Raban⁹
In cruce sancta respiciũt angeli cumulata
sua gaudia. Ro. v. Cũ inimici essem⁹ recõ-
ciliati sum⁹ ꝑ sanguinẽ filij ei⁹. Berñ. Re-
spice o hõ quantũ obligaris patiẽti dño. q̃tti-
diana xp̃iani lectio debet esse dñice passiõis
recordatio. Berñ. Memor ero q̃diu vixe-
ro laboꝝ tuoꝝ.

Sermo CXXVIII. Ad idem.

Sicut exaltauit moyses serpentez in deserto. ita
exaltari opꝫtet filiũ hoĩs. scribi-
tur Joh. iij. ₇ legit̃ hodierna die ꝓ euãgeli-
cali officio. F Amb. in exameron dicit
q̃ gall⁹ alb⁹ suspẽsus ad modũ crucis natu-
raliter leonẽ fugat ₇ terrꝫ. teste philosopho
x. aĩaliũ. q̃ ait. Leonẽ fugat gall⁹: ₇ elephã-
tem mũs. Cui⁹ ratio est. Nã naturale odi-
um est inter leonẽ ₇ basiliscũ. vt refert Isi-
dor⁹ in histoꝛijs naturalib⁹. Leo igit̃ cernẽs
albũ gallũ estimat eũ basiliscũ ₇ fugit. Spi-
ritualiter. ꝑ albũ gallũ intelligit̃ xp̃s. Naꝫ
sicut gall⁹ nũciat trãquillitatẽ ₇ tempestatẽ
aeris diei ₇ noctis. sic xp̃s nunciauit nobis
lumẽ diei. i. grãe. cũ dixit Joh. xij. Dũ lucẽ
habetis credite in lucem vt filij lucis sitis
Silr̃ nunciauit nobis tempestatẽ noctis. i.
seueritatẽ sue iusticie. Luc. xvij. Uenient
dies q̃n desideratis videre vnuꝫ diem filij
hoĩs ₇ nõ videbitis. Iste est alb⁹ gall⁹. i. in-
nocens. i. Petri. ij. Peccatũ nõ fecit nẽ in-
uentũ est mendaciũ in oꝛe ei⁹. Et tñ innocẽ-
ter suspensus est in cruce cũ alis brachioꝝ.
De quib⁹ ps. Sub vmbra alaꝝ tuaꝝ ꝓte-
ge me Ideo merito timet ip̃m leo. i. dyabo-
lus. qꝛ ab eo supatus. De q̃ Orig̃. ome. iij.
Crux xp̃i est ꝑ quã mund⁹ vincit̃. ₇ cõtra
principes mũdi triumphat̃. Itẽ Plini⁹ in
speculo naturali. Carnes crude ₇ calide gal-
li posite sup morsum serpẽtis extrahũt vene-
nũ. Sic passio xp̃i posita sup mentẽ a serpẽ-
te. i. dyabolo sauciatã venenũ extrahit pc̃to-
rum. Et h̃ figurat̃ Nu. xxi. Cũ dñs misit ĩ
filios israel serpẽtes ignitos in deserto ꝓpter
murmurationẽ ꝯtra moysen: cui dixerunt
Cur nos eduxisti de egipto vt moreremur
in solitudine: deest panis: nõ sunt aque. aĩa
nostra nauseat sup cibo isto leuissimo. ꝓpter
q̃d plagauit eos dñs ꝑ serpẽtes ita vt mo-
rerent̃. Multi venerũt ad moysen ₇ dixerũt
Peccauim⁹ qꝛ locuti sum⁹ ꝯtra dñm et te.
oꝛa vt tollat a nobis serpẽtes Orauit moy-
ses ꝓ ꝑplo ₇ locut⁹ est dñs ad eũ. Fac serpẽ-
tem eneũ ₇ pone eũ ꝓ signo. q̃ ꝑcussus aspe-
xerit eũ viuet. ₇ fecit Moyses serpentẽ ene-
um ₇ posuit ꝓ signo in palo. quẽ ꝑcussi in-
spiciẽtes sanabant̃ Spũaliter hec fuit figu-
ra passionis xp̃i. Nã omes eram⁹ infecti a
serpente infernali. ₇ nullũ fuit remediũ ꝯue-
nienti⁹ q̃ꝫ q̃ serpens sine veneno. i. xp̃i coꝛ-
pus fuit suspensũ in palo crucis. Nã sic ser-
pens ene⁹ hꝫ similitudinẽ veneni m̃ q̃ꝫ tñ di-
cebat̃ serpẽs. fuit tñ sine veneno. qꝛ eneus
sic xp̃s habuit similitudinẽ veneni. i. pc̃ti ex
carne passibili. fuit tñ omnino sine pc̃to. Et
ideo sicut aspect⁹ illi⁹ serpẽtis enei saluauit
a coꝛpali morte. multo magꝫ q̃ intuet̃ cruci-
fixũ saluat̃ a morte eterna. De q̃ Aug̃. Fra-
tres vt sanemur xp̃m crucifixũ intueamur
Dicit eñ Eusebi⁹ in s̃mone. Tota sal⁹ mẽ-
tis ₇ coꝛpis ꝓuenit virtute crucꝫ xp̃i hoĩb⁹
vniuersis. Idcirco merito legit̃ ꝓ themate
Sicut exaltauit moyses serpentẽ ₇c̃. vt oĩs
q̃ credit in ip̃m nõ pereat sꝫ habeat vitã eter-
nã. G In sũma verboꝝ duo innuuntur
Primo opoꝛtuna necessitas nostri remedij
Scđo subiũgit̃ immẽsa vtilitas nostri pre-
mij. ibi. oĩs q̃ credit. Dixi primo innuit̃ opoꝛ-
tuna necessitas nr̃i remedij cũ dicit. sicut ex-
altauit moyses serpentẽ in deserto: ita opoꝛꝫ
exaltari filiũ hoĩs in cruce. Dicit san. Tho.
ꝑte. iij. q. xlvi. Opoꝛtebat xp̃m ĩ cruce exal-
tari nõ necessitate coactõis. qꝛ absolute lo-
quẽdo possibile fuit deo hoĩeꝫ alio modo li-
berare. i. ꝑ solã volũtatẽ ꝯdonãdo nobis pec-
cata. vt dicit Leo papa in s̃mone de ramis

palmaꝝ. Omnipotens fili⁹ q̄ ꝑ eandē essen/
tiā est eq̄lis pr̄i potuisset hoīez liberare solo
imꝑio volūtatꝭ. iō nō opoꝛtuit xp̄m in cruce
exaltari necessitate coactōis ſꝫ ꝯgruitatꝭ. q̄ꝛ
dicit Aug. xiij. de ciui. dei. Hoc fuit diuine
dignitati ꝯgruū vt nos dignat⁹ ē ꝑ media
toꝛē dei liberare ⁊ hoīm. Itē cōgruū fuit ex
ꝑte sui ⁊ ex ꝑte nr̄i. Prīo ex ꝑte sui cōgruit
sue iusticie. q̄ꝛ hō peccauit. ⁊ hoīe deuicto eū
nō vi eripuit. ſꝫ in hūanitate ꝓ pc̄to huma
ni generꝭ satisfecit ille q̄ peccatū nō fecit: et
sic ꝑ iusticiā suā liberauit hoīez. Scd̄o cō/
gruit iusticie sue in h̄. q̄ꝛ hō peccauit ī ligno
māducās de pomo vetito. iō ꝯgruit sue iu/
sticie q̄ ad satisfactionē vt exaltaret̄ ī ligno
De q̄ Greg. Qui ꝑ lignū vincebat ī ligno
q̄ꝫ vinceret̄ ꝑ xp̄m dn̄m nr̄m. Tercio con
gruit sue mīsericoꝛdie. q̄ꝛ ꝑ se hō satisfacere
nō posset ꝓ pc̄to toti⁹ hūane natuꝛe. de quo
Apoc̄. v. Flebā multū q̄m nemo dign⁹ fuit
aꝑire libꝝ. s. redemptōis. ⁊ soluere septē si
gilla ei⁹. ⁊ dixit michi angel⁹. Ne fleueris
q̄ꝛ agn⁹ q̄ occisus est dign⁹ est. Ecce magna
mīsericoꝛdia q̄ ꝓ toti⁹ humane nature libera
tione de⁹ pater satisfactoꝛē dedit filiū suūz
⁊ h̄ fuit abundātioꝛis mīsericoꝛdie q̄ꝫ si pc̄ta
absq̄ꝫ satisfactōe dimisisset. de q̄ Bern̄. O
q̄ꝫte est mīsericoꝛdie regē gloꝛie ꝓ vili xͦmi
culo crucifigi. Ans. Quid mīsericoꝛdi⁹ dici
p̄t pc̄toꝛi eternis supplicijs deputato q̄ꝫ ac/
cipe filiū meū ⁊ da ꝓ te: ⁊ fili⁹ dicit p̄sto. suꝫ
accipe me ⁊ redime te. Aug. Si eque pen/
sat̄ culpa hoīs ⁊ p̄ciū redemptōis. nō tm̄ di
stat oꝛt⁹ ab occidēte. ⁊ centrū terre a sūmo
celi cardine. vt impleat̄ illud p̄s. Apd̄ dn̄ꝫ
mīsericoꝛdia ⁊c̄. I. Itē nota de exaltatōe
xp̄i in cruce tria. Prīo q̄s sit mod⁹. secūdo
q̄ fuit causa. tercio nr̄a seq̄la. Primo mod⁹
notabilis ⁊ amicabilis. q̄ꝛ pendebat ī cruce
in longū altū latū ⁊ ꝓfundū. Primo in
longū significās se peccatoꝛē longanimē pa
tiētissime expectantē. Isa. xiij. Expectat nos
de⁹ vt misereat̄ nostri parcens nobis. Hoc
ante passionē crucꝭ angelis nō fecit ſꝫ statiꝫ
eiecit de celo. Luce. x. Videbā sathanā q̄si
fulgur cadentē. Nec etiā hoībꝫ h̄ fecit ante
passionē. q̄ꝛ adā ō ꝑadiso expulit, dathan ⁊

abiron terrā deglutire fecit. Sꝫ nūc notabi
le est h̄ q̄d dicit. Aug. De⁹ patienter expe
ctat benigne reuocat vt pc̄toꝛem sustineat.
Hoc ꝯsiderās Bern̄. dicit. Ego peccabaꝫ
tu dissimlabas. ego nō cōtinebā a scelerib⁹ tu
a n̄t a ꝟberib⁹. cuꝰ h̄. assignat cām aplus ad
Ro. ij. Ignoras q̄m benignitas dei te ad pe
nitentiā adducit. Sꝫ si illā lōganimitatem
nō notabis tūc ira dei grauioꝛ veniet suꝑ te.
Gre. Grauī⁹ dānat q̄s h̄ lōganimiter poꝛ/
tat. Ro. ij. Scd̄m impenitēs coꝛ tuū thesau
rizas tibi irā in die iudicij. Scd̄o pende/
bat in latū oñdens se h̄re latissimā charita/
tē ad amicos ⁊ inimicos. Mat. v. Solē su
um facit oꝛiri suꝑ bonos ⁊ malos. pluit suꝑ
iustos ⁊ iniustos. Joh. xv. Maioꝛē chari/
tatē nemo habet vt q̄s ponat aīaꝫ suā ꝓ ami
cis suis. Si nemo ꝓ amico moꝛit̄ multo mi
nus ꝓ inimico. Sꝫ lata xp̄i charitas q̄ non
solū ꝓ amicis ſꝫ etiā inimicꝭ moꝛtu⁹ ē. Ro
ma. v. Cū inimici essem⁹ recōciliati sumus
deo ꝑ sanguinē ei⁹ filij ī moꝛte. mlto magis
recōciliati salui erim⁹ ī vita ip̄i⁹. Iō de ei⁹
lata charitate scribit̄ Sap. xi. Diligis oīa
q̄ sunt ⁊ nichil odisti eoꝝ q̄ fecisti. Tercō
p̄edebat ī altū signās se aīaꝝ nostraꝝ ī celū
introductoꝛē. Iō Joh. xij. dic. Ego si exal/
tat⁹ fuero oīa trahā ad me. s. celestia. terre/
stria ⁊ infernalia. Celestia patrē recōcilian
do. Terrestria ꝑp̄lm gentilē ad fidē ducen
do. Infernalia sāctos patres q̄ fuerūt ī lim
bo liberādo. p̄s. Ascendēs xp̄s in altū. s. cru/
cis: captiuā duxit captiuitatē. Quarto p̄e
debat in ꝓfundū q̄ꝫtū ad pedes oñdens ꝑ h̄
iudicioꝝ suoꝝ inscrutabilitatē. p̄s. Judicia
tua abissus mlta. sic eñi abyssus mlta inscru
tabilis est: nec p̄t inuestigari. ita occulta dei
iudicia inscrutabilia sūt. Ro. xi. q̄ꝫ incomp̄/
hensibilia iudicia dei. Eccs. viij. Oim ope
rū dei null⁹ hoīm p̄t inuenire rōēz. ⁊ dic. In
uestigabiles vie ei⁹. s. q̄b⁹ vn̄s visitet vnuꝫ
⁊ nō reliquum. vt patet de thiro ⁊ sidone.
Math. xi. dicēs. Ve tibi bethsaida. ve tibi
coꝛosaim. q̄ꝛ si ī thiro ⁊ sidone facte fuissēt
tales ꝟtutes: in cinere ⁊ cilicio egissent pe
nitentiā. Cur p̄dicauit ill' eūdo ad eos ⁊ nō
ad istos. Rn̄det aug. Causa esse p̄t: iniusta

¶ De exaltatione sancte crucis.

esse nō pt. ¶ Dixi secūdo ꝙ modꝰ exaltatōnis est amicabilr̄ trahēs pc̄tores ad spē ⁊ fiduciā venie ꝑ dispositōēꝫ ī cruce. vñ q̄ Ber. Quis nō rapiat ad spē impetrādi veniā qñ eiꝰ ꝯsiderat corꝑis dispositōēꝫ. videlicꝫ caput īclinatū ad osculū. brachia extēsa ad amplexandū. manꝰ ꝑforatas ad largiēdū. latꝰ apertū ad diligēdū. pedes ꝑfossos ad nobiscū manendū. ¶ R. ¶ Ex quibꝰ vbis habetr̄ ꝙ xp̄s ī cruce ꝯsistēs ꝑ sex modos traxit ad se pc̄tores. Primo ꝑ capitꝫ inclinatōēꝫ. sicut amicꝰ nutu capitis vocat amicū vt det sibi osculū. Istud osculū petiuit humanū genꝰ. Canti. viij. Quis michi dabit te fratrē meum sugentē vbera mr̄is mee vt inueniaꝫ te foris ⁊ osculer te. Habere dꝫ hō duo labia spūalia. s. veritatē ⁊ pacē. De qbꝰ labijs. s. vitate ⁊ pace. Zach. viij. Pacē ⁊ veritatē diligite. s. vt vitatē de se in ꝯfessione q̄s dicat. ⁊ cū deo ⁊ ꝓximo habeat pacē. ⁊ tūc deus ipm osculabitr̄ cū duobꝰ labijs. s. grā ⁊ glīa dabit grāꝫ in p̄senti ⁊ glīam in futuro. ps. Grāꝫ ⁊ glīam dabit dñs. Notabile est aūt ꝙ xp̄s ī cruce habuit caput inclinatū ad dexterā. vt ꝑ h̄ significaret ꝙ patiebatr̄ ꝓpter pctm̄ qḋ fecerūt primi parentes cū dextra sua. Itē ꝑ h̄ innuitr̄ ꝙ nō vocat nos ad leuā. i. ad vitā terrestrē. sꝫ ad celestē Itē ꝑ h̄ ondit etiā ꝙ in his q̄ facimꝰ rectā intentōēꝫ nō sinistrā habeamꝰ. Mat. v. Nesciat sinistra tua q̄d faciat dextra tua. ¶ Scḋo traxit nos ꝑ brachioꝝ extēsionē. sicut mr̄ trahit pueros ad se brachia aꝑiendo. deꝰ aūt duo hūs. s. ꝑ sinistrū q̄ ꝯgregat ad fidē. ⁊ ꝑ dextrū q̄ portat ad eternā beatitudinē. Utrūqꝫ aūt brachiū deꝰ olim clausū tenebat. q2 paucos ad fidē ducebat. Nūc aūt vtrūqꝫ apextū hꝫ. q2 cognitōēꝫ fidei oībꝰ tribuit ⁊ ad suam beatitudinē fideles accipit. Unñ q̄libet fidelis aīa p̄t dicere illud Canti. viij. Leua eiꝰ sub capite meo: ⁊ dextra illiꝰ amplexabitr̄ me Leuā sub capite ponit qñ verā cognitionē fidei tribuit. dextra amplexatr̄ qñ sanctos sibi eternaliter vnit in glīa. Unñ q̄libet fidelis p̄t dicere illud ps. Tenuisti manuꝫ dextrā tuā ⁊ in volūtate eduxisti me ⁊ cum glīa suscepisti me ¶ Tercio trahit ꝑ manuū ꝑforatōnēꝫ. sicut liberalis trahit egenū ad se Habuit ī cruce xp̄s manꝰ aptas ꝯfixas ⁊ ꝑforatas. Aptas ad innuendū ꝙ dat faciltr̄ Heb. xij. Tanqꝫ filiꝰ offert se deꝰ Isa. lxv Anteqꝫ clamēt exaudiā eos. Aug. Pronior est deꝰ ad dandū qꝫ nos ad accipiēdum. nobis ī exemplū. iuxta illud Eccl. iiij. Nō ꝯtrahas datū angustiāti. Itē habet manꝰ confixas ad innuēdū ꝙ dat ꝑseuerāter. i. Cor. iiij. Quid habes qḋ nō accepisti. Eccli. ij. Scitote ꝙ nullꝰ sperauit in dño ⁊ est ꝯfusus: ꝑmāsit in mandatꝫ eiꝰ ⁊ est derelictus Itē habuit manꝰ ꝑforatas. q2 dat omnibꝰ largiter. i. Thim. vi. Qui p̄stat nobis oīa abūde. Iac. i. Si q̄s indiget postulet a deo ⁊c̄. O qꝫ largꝰ. q2 ꝓ potu aque frigide dat mercedē celestꝫ glīe. Mat. x. Qui dat potū vni ex minimis meis aq̄ calicꝫ frigide amen dico vobis nō ꝑdet mercedē suā. O qꝫ liberalis fuit ī cruce vt sibi nichil retinuerit. Nā petro dedit ecclīaꝫ Iohāni matrē patri aīam. latroni paradisū. Nicodemo et Ioseph corpꝰ ꝓpriū. nobis oībꝰ sanguinem suū p̄ciosū. ⁊ crucifixoribꝰ vestimēta. Iude ꝑpalia ¶ Quarto traxit nos ꝑ lateris apertionē. trahit enim nos sicut amicꝰ amicū ondēs ei amorē. Berñ. Clamat clauꝰ, clamat lancea. clamat vulnꝰ ꝙ nos vere dilexit ihesus ¶ Quinto nos traxit ꝑ peduꝫ affixionē. sicut amicꝰ ī carcere positꝰ trahit amicū ad eū visitandū. ⁊ sic xp̄s ꝓpter amorē nostꝝ se incarcerare ⁊ crucifigi fecit. vt deberemꝰ ad pedes eiꝰ recurrere cū maria magḋ. recipe oleū mīficordie ⁊ salutarē doctrinā ⁊ pc̄toruꝫ remissionē. Deut. xxxiij. Qui appropiquāt pedibꝰ eiꝰ accipiēt ḋ doctrina eiꝰ ¶ Sexto traxit nos ꝑ corꝑis extensionē sicut amicus amicū extēdendo se totaliter ad ipm in v̄a dilectōe. ⁊ h̄ fecit xp̄s. de q̄ Berñ. Dedit tibi oīa sua vt essent oīa tua Ecce qꝫ amicabilis fuit modꝰ exaltatōis ī cruce ꝑ queꝫ oēs trahimꝰ ad fiduciā grē ⁊ glīe impetrāde De q̄ Aug. Si būficiū passionis abesset nemo ad deū spem hēre posset. Sꝫ ꝑ eiꝰ passionē ⁊ crucē aīamur. Chrr̄. Tribularer nimiū ⁊ desperarē si nō passiōē xp̄i animaret Berñ. Deficiēte michi iusticia ⁊ sc̄tiate:

deficiētibꝰ merit; succurrat mihi passio tua
L. Scd̄o vidēda est causa exaltatōis. Et
multe sūt cause qre optebat filiū hōis ī cru
ce exaltari. Prima causa vt inueniretur
Nā cōis q̄rela fuit añ aduentū xp̄i q̄ n̄ pos
set inueniri a sanct;. vnꝰ fuit Job. eiusdē. xx-
iij. Si ad orientē iero nō apparet. si ad occi
dentē nō intelligā eū. si ad sinistrā q̄d agā n̄
app̄hendā eū. si ad dextrā nō videbo eū Al-
ter Jsaias. eiusdē. xlv. Vere tu es deus ab
scōditus saluator isrl̄ Et Salomon Canti.
viij. Quis michi det vt inueniā te foris. g̃
optebat exaltari vt īueniret̃. s; nullibi: nisi
ī cruce In cruce eīm ab oībꝰ inuenit̃ a iustis
ꝛ pc̄toribꝰ. vt patet de latrone q̄ inuenit eu;
ī cruce. Nā res pdita ī alto palo suspēsa in
uenit̃. sic xp̄s in cruce. Job. iij. Sic Moy
ses exaltauit serpentē ꝛc̄. Si g̃ pdidisti xp̄;
q̄ras in cruce ꝛ inuenies. puerb. viij. Qui
me inuenerit inueniet vitā. Scd̄a causa
ut cognosceret̃. q̄rela eīm sanctoꝝ fuit q̄ nō
cognosceret̃. Job. xxiij. Quis michi tribu
et cognoscere eū vt veniā ad soliū eiꝰ. sed ī
cruce pendit nudꝰ vt vndiq; cognosceret̃.
Joh. viij. Cū exaltaueritis filiū hōis ī cruce
tūc cognosceti; q̄ ego sū q̄ p salute missus ē
ꝛ in lege pmissus. Deut. xviij. Suscitabit
dn̄s vob pphetam de fratribꝰ vr̄is. ipm tāq̄
me audieti;. Jō Bern̄. Cognouimꝰ te ī cru
ce bone ihesu. q̄ tu es fugientiū reuocator. re
uertentiū redēptor. seruientiū tibi remune-
rator. orphanoꝝ ptector. Ibi cognoscetis
eiꝰ humilitatē. obedientiā ꝛ patiētiā. Ter
cia causa vt timeret̃. fuit eīm quorundā q̄re
la q̄ deꝰ nō timeret̃ ꝛ pctīn in pc̄toribꝰ nō
puniret̃. De illis vnꝰ fuit Job. xxi. q̄ dixit
Quare impij sublimati viuūt ꝯfortati ī di
uitijs. Bos eoꝝ ꝯcepit nō abortiuit. vacca
pepit nō est priuata fetu. egrediunt̃ q̄si gre-
ges puuli eoꝝ. tenēt tympanū ꝛ cytharam
ducūt ī bonis dies suos. sic ista q̄rela cess;. q̄
post p̄dicta sequit̃. in puncto ad infernū de
scendūt. q̄ deꝰ vult punire pc̄ta. ꝛ h̄ ōndit
q̄ pctīn primoꝝ parentū ꝛ nr̄m puniuit ī fi
lio. Ro. viij. Proprio filio nō pepcit deus
Bern̄. Si nō pepcit filio numq̄d pcet neqū
suo. Lu. xxiij. Si ī viridō ligno h̄ faciūt in
arido q̄d fiet. i. si passus est innocens q̄d no
cens. Greg. Si sine flagello nō exiuit q̄ si
ne pc̄to venit. q̄no flagello digni nō erūt q̄
in pc̄to vixerūt. Jō Eccl̄i. v. Ne dixeris pec-
caui. q̄d michi accidit triste. Aug. Nullum
malū impunitū ꝛc̄. Ro. xiij. Si feceritis ma
lū timete. puer. xi. Si iustꝰ in terra patit̃:
q̄to magis impiꝰ ꝛ pc̄tor. Bern̄. Dū ꝯside
ro Job in sterq̄linio. Johannē truncatū ca
pite sanctificatū ī vtero. ꝛ oīms det electos
sup̄ moduz passos. quid de me dicere debeo
Job. xx. Luet oia q̄ fecit nec ꝯsummabitur
Quarta causa fuit vt amor suꝰ latēs ap-
pareret. q̄rela erat de deo vt amorē suū ꝯti-
neret. sic ꝯqueritur Jsa. lxiij. Ubi est zelꝰ tuꝰ
ꝛ fortitudo tua ꝛ mlt̃itudo mi̅ationū tua-
rū. Et Dauid p̄s. lxxxviij. Ubi sūt miseri
cordie tue antiq̄ dn̄e. Cessat iā q̄rela. q̄ ex-
altatꝰ est filꝰ hōis ī cruce vt charitatē latē
tem ōnderet. i. Joh. iij. In h̄ cognouimus
charitatē. q̄m ille aiam suā posuit p nobis.
Apoc̄. i. Dilexit nos ꝛ lauit nos ī sanguine
suo a peccatis nr̄is. Jō Aug. dicit. Nesciui
q̄no me deꝰ diligeret nisi p me mori eligeret
Ro. v. Cōmendauit deꝰ charitatē suā ī no
bis. Bern̄. In q̄ illuxit clarꝰ q̄ nos dilexit
deꝰ q̄ ī cruce ꝛ ī suis vulneribꝰ. Hic amor
latēs in cruce manifestatꝰ est. Figurat̃ gen̄.
vij. Rupti sunt. s. in passione oēs fontes
magni abissi. i. magne dilectōis. fons ocu-
loꝝ ad flendū. fons oris ad clamandū. fons
manuū pedū ꝛ lateris ad lauandū. Et sic fa-
ctum est diluuiū mi̅icordie. ad q̄d oēs ha-
bemꝰ refugiū. de q̄ Bern̄. in meditatōnibꝰ.
Cū pungit caro: cū pulsat turpis cogitatō
recordor vulneꝝ xp̄i in cruce ꝛ resisto. non
inuenio tā efficax remediū in oībꝰ tempta-
tionibꝰ sicut meditatio cruc; xp̄i ꝛ vulnerū
eiꝰ. Notāda est nūc seq̄la vt etiā exaltare
mus crucē xp̄i. s. venerādo. iuxta illō Sap.
xiiij. Bn̄dictū lignū p q̄d facta est iusticia.
Et merito debemꝰ crucē exaltare ꝛ bn̄dice-
re. M. Primo q̄ ī ea sumꝰ recōciliati.
ad Col. i. Pacificās p sanguinē cruc; eius
Raba. In te crux sancta ēspiciūt angelicas
mulata sua gaudia. Scd̄o q̄ p crucē rese
ratꝰ est aditꝰ regni celestis. Damasce. Crux

xp̄i est clauis paradisi. de q̄ Isa. xxiij. Dabo clauē dom⁹ Dauid sup̄ humer eī⁹. Nā nemo suis meritꝫ potuit ingredi. Ugꝰ in. iiij. dist. iiij. Nec circūcisio nec baptism⁹ aperuit ianuā celestꝫ regni nisi hostia salutarꝫ. i. crucis. de q̄ Heb. x. Habem⁹ fiduciā in introitu sanctoꝝ in sanguīe xp̄i. Hec est scala Jacob. Gen̄. xxviij. cui⁹ sūmitas celos tangebat. ¶ Tercio qꝛ ꝑ crucē viuificati sumus q̄ ꝑ vetitū lignū eram⁹ mortificati. de quo Amb. Qū pomi noxialis morsu ī mortē corruit. ſꝫ in ḃ ligno viuificati Bern̄. In arbore crucis dn̄ice pendebat oīs fruct⁹ vite nostre. qꝛ xp̄s bn̄dict⁹ fruct⁹ q̄ ē vita Joh. xiiij. Ego sum via veritas ⁊ vita. Ambro. Sīc pomū ī arbore. sic xp̄s ī cruce ¶ Quaro qꝛ ī cruce sum⁹ salificati. Aug. Crux saluatoris est causa nobis toti⁹ beatitudinis. Figurat ꝑ archā Noe. in q̄ saluatū est genus humanū. ḋ q̄ Sap̄. xiiij. Exiguo ligno credūt hoīes saluare aīas suas. De q̄ Gre. in registro. Quid cruce xp̄i ꝑciosi⁹. ḋ qua in nos trāscēdit gratia sal⁹ ⁊ virt⁹. Eusebi⁹ Tota sal⁹ humani generis ꝓuenit ex ligno crucis. Rich. de san. victo. Sicut ꝑ dyabolum in ligno venit oīs tribulatio. sic ꝑ xp̄m in cruce oīs saluatio. Ideo tres festiuitates celebrat ecclesia de cruce sancta. Primum festū adoratōnis in parasceue. festū inuentionis. ⁊ exaltationis.

¶ Sermo CXXIX. ¶ Ad idem.

Erat liber inuolut⁹. ⁊ expandit illū corā me: script⁹ intus ⁊ foris. ⁊ scripta erant in eo carmina lamentatōis ⁊ ve. Ezechiel. ij. ¶ In sūma verboꝝ duo innuunt. Primo crucis xp̄i ꝑfiguratio. secūdo subiungit ꝑfigurati manifestatio. Primū ibi. liber erat inuolut⁹. Secundū ibi. expandit illū corā me ¶ N. Dum primo innuit crucis xp̄i ꝑfiguratio. cū dicit. Erat liber inuolut⁹. Iste liber est crux xp̄i. Nā tria sunt q̄ ꝑ ꝯgregationē folioꝝ libꝝ faciūt. s. scriptura. lectura. ⁊ figura. Et sic crux xp̄i dicit liber. Primo ex scriptura. qꝛ in eo ꝑ pilatuꝫ fuit script⁹ titulus triumphalis. Johā. xix. Ihesus nazaren⁹ rex iudeoꝝ. Scdo ex figura. qꝛ cōpositū ex pergameno ꝟgineo. s. corpore suo. ⁊ asseribꝫ ligneis. ⁊ q̄drangularis ad designandū ꝙ hoīes a q̄ttuor ꝑtibꝫ mūdi in ea essent redimēdi. Tercio ex lectura qꝛ in sancta cruce tanꝙ̄ in libro legim⁹ op⁹ nostre redemptōis. Est eñ crux sancta liber laycoꝝ. vt habet in cano. de ꝯse. dist. iij. perlatū. ⁊ est Greg. q̄ dicit. Qḋ legentibꝫ scriptura. hoc ydiotis cernentibꝫ ꝑstat pictura. vt in ip̄a legant qui lr̄as nesciūt. Jō de tali pat et Heb. ix. Hic est liber quē moyses aspersit sanguīe. i. xp̄s. Similr Gen̄. v. Hic est liber generatōis ade. Reuera liber iste ꝓbauit generationē xp̄i ex Adam. qꝛ passus est ſm humanitatē ⁊ nō diuinitatem in cruce. Ideo ratōe ꝯtact⁹ veri corꝑis ⁊ sanguinis xp̄i venerat crux sancta. De q̄ sanct⁹ tho. ꝑte. iij. q. xxv. ar. iiij. Ligno crucis ī q̄ crucifix⁹ est ihesus ex ꝯtactu corꝑis ⁊ membroꝝ xp̄i ⁊ ex eo ꝙ sanguine ei⁹ est ꝑfusa ⁊ rubricata maior veneratio debet. Jō dicit Damasce. li. iiij. Ratione ꝯtact⁹ venerant claui ⁊ lancea. Nō aūt in alia materia lapidea vel ferrea. qꝛ nō repñtāt eius imaginē sicut crux xp̄i ¶ D. Diceres. cur nō venerat azina in q̄ xp̄s honorat⁹ est. sed honorat crux xp̄i in q̄ dehonestat⁹ est. Respondet ſm glo. de ꝯse. dist. iij. Crucis dn̄i qꝛ laus xp̄o exhibita ī azina fuit mūdana. ſꝫ in cruce facta est redēptio nostra. Idcirco in cruce tanꝙ̄ in libro legere debem⁹ ꝟtuositatē nr̄e saluatōis. Eusebi⁹ in ſmone. Tota sal⁹ mētis ⁊ corꝑis ꝓuenit nob ex crucꝫ xp̄i ꝟtute. Cui ꝯsonat Chrīs. sup̄ Mat. dicens. Crux saluatoris ē nob cā toti⁹ beatitudinis. Et sic crux hꝫ q̄ttuor cornua. sic q̄ttuor ꝟtutes legere debem⁹ ī crucꝫ ligno. ¶ Primo ī supiori cornu crucꝫ debem⁹ legere obedientiā. de q̄ Phil. ij. Fact⁹ ē obediēs vsq₃ ad mor. mortē aūt crucꝫ. Sanct⁹ tho. ꝑte. iij. q. xlvi. ar. iiij. Cōueniens fuit xp̄m ī cruce obediētiā pati ꝓpter iustificatōez humanā Ro. v. Sic̄ ꝑ vni⁹ hoīs inobediētiā pc̄tores ꝯstituti sunt multi. ita ꝑ vnius obedientiā iusti ꝯstituunt multi. ꝓpter qḋ dicit Aug. de spū ⁊ lr̄a. Nō credo sine cā factuꝫ

ꝙ de bethania trāsit ad passionē. Nā betha
nia interpͣtaꝛ domꝰ obediētie. ad designādū
ꝙ ex obediētia mori voluit. Itē ꝗdruplicē
obediētiā exhibuit xp̄s in cruce. s. naturalē.
penalē. ꝟtualē. ⁊ finalē. ¶ Primo obediē-
tiā habuit naturalē quā ꝑdideramꝰ. Natu
rale enī est ꝙ oīs filiꝰ subditꝰ sit suo genera-
tori. hāc ꝑdidimꝰ. sꝫ xp̄s habuit illā i ſūmo
ꝑs. xxxix. In capite libri. i. in initō eternita
tis scriptū ē de me vt facerē volūtatē tuam
deꝰ meꝰ volui. Nō obediētia fuili ⁊ coacta
cū vniꝰ sint nature volūtatꝫ ⁊ potētie. sꝫ obe
diētia filiali ⁊ dilecta. quā obediētiā cōmē
dauit deꝰ pr̄. Mat. iij. Hic est filiꝰ meꝰ dile
ctꝰ. ¶ Scđo habuit obediētiā penalē. qꝛ fa
ctꝰ obediēs vſqꝫ ad mortē Sanctꝰ tho. pte
iij. Hāc penalē obedientiā exhibere voluit
nobis i exemplū virtutꝫ. Dicit nāqꝫ Aug.
in li. lxxxiij. ꝗſtionū. Sapiā dei est exēpluꝫ
hoīm docēs recte viuere. mō ad rectā vitā
ꝑtinet metuēda nō timere. Sūt tñ aliq̄ ho
mines ꝗuis mortē nō timēt, ꝓ deo sustine-
re. timēt tñ genꝰ morꝫ. ꝗ̄ xp̄s turpissimam
mortē sustinuit ex obediētia Sap. ij. Mor
te turpissima ꝯdemnemꝰ eū. vt nullū genꝰ
morꝫ timere deberemꝰ. ¶ Tercio habuit obe
dientiā ꝟtualē. Iohā. viij. A meipō nichil
facio sꝫ sic̄ docuit me pr̄ sic loq̄r. O q̄ꝫ ꝟtu-
alis ⁊ ꝗ̄ta fuit deo prī ista obediētia. qꝛ xp̄s
miracloꝝ opatōēꝫ oīs ⁊ ꝟitatꝫ ꝑdicatōēꝫ. ⁊
naīe indissolubil̄ vnionē: oīs prīe volūtatꝫ
adimpletōꝫ prī tanq̄ꝫ pͥcipio generāti ap-
ꝓpriauit. Nā ꝺ opibꝫ miracloꝝ dixit Ioh̄.
v. Quouſqꝫ pr̄ meus opaꝛ ⁊ ego opor. De
veritatꝫ ꝑdicatōne Ioh̄. vij. Mea doctrina
nō est mea sꝫ eiꝰ q̄ me misit. De vniōe ꝟo
indissolubilis nature. Ioh̄. xiij. Pr̄ maior
me est. Sꝫ de prīe adimpletōe volūtatis.
Ioh̄. viij. Que bñplacita sūt ei facio semꝑ
Et sic ex obediētia ꝟtuali passio eiꝰ fuit ac-
cepta a deo prīe ꝓ oībꝫ nr̄is delictꝫ. Eph̄. v.
Obtulit seipm̄ hostiā imaculatā deo prī in
odorē suauitatꝫ. ¶ Quarto eternalē ⁊ filia
lē habuit obediētiā. cū caro mortal̄ ⁊ passi-
bilis facta est imortal̄ ⁊ īpassibil̄. Nā intra
uit ianuis clauſ post resurrectōēꝫ. ⁊ sic nos
i cruce ⁊ i oīa vita sua obediētiā docuit. sꝫ

in mundū veniēs: ⁊ ꝑ mundū trāsiēs. ⁊ de
mūdo exiēs. Pͥmo docuit obediētiā i mūm
veniēs. Vñ dixit Ioh̄. vi. Nō descēdi vt
faciā volūtatē meā sꝫ eiꝰ q̄ me misit patris.
Scđo docuit obediētiā ꝑ mūdū transiēs.
Ioh̄. iiij. Cibꝰ meꝰ ē vt faciā volūtatē prīs
mei. Tercio docuit obediētiā de mūdo exi-
ens. Nā i passiōis agonia dixit Mat. xxvi
Pr̄ si fieri ꝑt trāseat a me calix iste. verūtñ
nō sic̄ ego volo sꝫ sic̄ tu. In h̄ debemꝰ eū seq̄
ei i oībꝫ obediētiā ꝑstando. dicēdo cuꝫ aplō
Gal. ij. Xp̄o crucifixꝰ suꝫ cruci. viuo iā ego
nō ego sꝫ viuit in me xp̄s. Nā i cruce habu
it caput inclinatū in obediētie signū. Quaꝫ
virtutē cōmendat Orige. sup canti. Obe-
diētia est diuinoꝝ ꝑceptoꝝ virtus ꝑfectissi
ma. ꝓpter qđ dicit Isiđ. de sum. bo. Subiij
cuntꝛ nobis oīa si ratō nostra fuerit deo sub
iecta. Habeꝛ exemplū de quodā fratre q̄ fu
it missus ad hauriendū aquā ⁊ oblitꝰ fuit fu
nis. ⁊ nō fuit ausus reuerti sine aq̄ dixit O
putee missus sū ab abbate ad hauriēdū aq̄m
ascēde. ⁊ aq̄ ascēdit obediēs sibi. vt obedien
tiā ꝑstaret suo supiori. Aug. Plꝰ valet vna
oratio obediētis q̄ꝫ decē milia ꝯtemptoris.
Ideo Grego. Nimiꝝ si tarde exaudimur
cū dn̄m ꝑcipientē raro vel nunq̄ꝫ audimus.
Naꝫ dic̄ Hug. de sacr̄is li. i. Oīs virtꝰ ab
obediētia icepit. sic oē viciū ex iobediētia
ꝓcessit. ¶ Scđm cornu a dextrꝫ designat le-
ctionē miſicordie. Eph̄. iiij. Estote inuicē
benigni ⁊ miſicordes. Nā oīa opa miſico-
die a xp̄o i cruce sūt exhibita. Nā esuriētes
corꝑe suo pauit. i. Coꝝ. xi. In q̄ nocte tra-
debaꝛ ih̄s accepit panē bñdicēs ⁊ gratias
agēs dixit Accipite ⁊ mādicate h̄ est corpꝰ
meū. Sitiētes potauit di. Accipite ⁊ bibi-
te hic est calix noui testamēti i meo sanguie
Vinctos liberauit Zach̄. ix. In sanguie te-
stamēti eduxit vinctos de lacu. Exulē hospi
tauit. s. latronē. cui dixit Luc. xxiij. Hodie
mecum eris in paradiso. Dicit Rabanꝰ su
per Geñ. Hora meridiei dominus crucem
ascendit: sed post meridiem latronem in pa
radisum transduxit. Nam illa hora sicut
ꝑuaricatorem Adam expulit. confitentem
latronem induxit. sic nos misericordiam

in libro crucꝫ legere debem⁹ ⁊ agere. iuxta il
lud Isa. lviij. Frāge esurienti panē tuū. ege
nos vagosq; induc ī domū tuā. ⁊ orieł in te
nebris lux tua. i. grā ⁊ miŝicordia. iuxta il-
lud Mat. v. Bti miŝicordes qm̄ ⁊c. Naꝫ
saluator dixit Luc. vi. Eadē mēsura q̄ men
si fueritꝫ remetieł vob. Jō apl's Heb. iiij.
Adeam⁹ cū fiducia ad thronū grē ei⁹ vt mi
sericordiā ꝯseq̄mur. ¶ In tercio cornu cru
cis a sinistrꝫ legere debem⁹ patiētiā ī aduer
sis. Vn̄ apl's ad Heb. xij. Recogitate eū q̄
talē sustinuit aduersus semetipm̄ ꝯdictōēꝫ
Nā ī oībꝫ suis p̄ssuris ⁊ angustijs nō apuit
os suū: sꝫ patiētiā exhibuit vt ouis Isa. liij
Sic ouis ad occisionē duct⁹ est. ⁊ q̄si agn⁹
corā tondēte se obmutescit. nobis ī exēpluꝫ
Vn̄ Bern̄. Oīs labor leuis. oīs amaritudo
dulcꝫ. oīs pena tolerabił si ꝯsideram⁹ q̄d bi
berit xp̄s ī cruce. ¶ In q̄rto cornu ⁊ in fine
legere debem⁹ humilitatē. hāc xp̄s docuit tē
pore passiōis Phił. ij. Exinaniuit semetip
sum formā serui accipiēs. Nā lauit pedes
discipuloꝝ dicēs Joh. xiij. Exemplū dedi
vobis vt ⁊ vos ita faciatꝫ. Nā hūilitas est
sedes grē Isa. lxvi. Sup quē req̄escꝫ spūs
me⁹ nisi sup humilē ⁊ trementē s̄mōes me
os. Bern̄. Virt⁹ humilitatꝫ est recupatio
sese charitatꝫ. ip̄a sola verbū dei in vteꝝ vir
ginis induxit. Luc. i. Respexit hu. an. sue.
Bern̄. Audeo dicere ꝙ sine hūilitate deo
nō placuisset v̄ginitas marie. Idcirco He
racli⁹ cū costrā vicit ⁊ crucē xp̄i in brachijs
gessit nec intrare poterat hierłm sup ho: sed
humiliat⁹ ⁊ ab angelo correct⁹. ¶ Iste
liber fuit inuolut⁹ in figuꝫ. Nā p̄rio figura
tū est ī ligno vite q̄d erat ī medio padisi. et
sic xp̄s passus ē in ligno ī medio mūdi. Ps.
Opat⁹ est salutē ī medio terre. In h̄ ligno
erat vita nr̄a. Deutro. iij. Erit vita tua an̄
te pendēs. Bern̄. In arbore crucꝫ dn̄ice pē
debat fruct⁹ oīs vite nr̄e. Etiā figuratū est
Gen̄. iiij. Cū abel a cayn fratre suo ī agro cō
tridēte occisus est. ⁊ sic xp̄s a fratribꝫ suis
iudeis ī ligno crucis. Ideo dn̄s dixit eis
Mat. xxiij. Veniet sup vos oīs sanguis iu
stus ⁊c. ¶ Scd̄o figuratū est in archa noe
in qua totū gen⁹ humanū saluatū est. et sic

nos Sap. xiiij. Exiguo ligno credūt hoīes
saluare aīas suas. Aug. Domuit hostē non
ferro sꝫ ligno. Greg. Quid p̄ciosi⁹ ⁊ subli-
mi⁹ cruce. de q̄ tāta in nos trāscendit grā ⁊
virt⁹. ¶ Tercio figurał Gen̄. xxij. Cū colli
gasset Abraā Isaac ⁊c. sꝫ aries in spinis oc
cidił p eo. Spūaliter. sic xp̄s inter spinas
occidił. Aug. Inter spinas occidił q̄ spinas
pētoꝝ cōstringere venit. ¶ Quarto figurał
Exo. xv. Moises clamauit ad dn̄m, p aquis
q̄ ōndit ei lignū. q̄d cū misisset in aq̄s in dul
cedinē v̄rse sunt. sic ⁊ aduersitas dulcorał
Greg. Quidq̄d terrena aduersitas ꝑpinat
afflictōis leue erit si aspiciał ad patibulum
crucis. ¶ Quinto figurał Gen̄. xxviij. Ja
cob vidit scalā ⁊ summitas ei⁹ tangebat ce
los ⁊c. Aug. li. ij. de cathecismo. Scala celi
crux xp̄i est p quā xp̄s lapsū hoīem leuauit.
¶ Sexto figuratū est. iij. Reg. xvij. Legēs
mulier ligna ⁊c. Spūaliter. mlier. i. eccłia
collegit ligna crucis ⁊ fecit ignē charitatis
Bern̄. Sup oīa te mihi reddis calicē ama
bilē o bone ihesu. ⁊ Leui. vi. Ignis in altari
meo nō extinguel. sacerdotes subijcientes
ligna ⁊c. ¶ Septimo est lectul⁹ salomōis
Math. xxiiij. Erūt duo in lecto vno. Figu
rał Gen̄. xlix. Jacob bn̄dixit filios collegit
pedes sup lectū ⁊ ꝯsummauit vitā. ¶ Octa
uo figurał p candelabꝝ in tabernaculo. Ex
odi. xxxvij. sic xp̄s in eccłia crucē. ¶ Nono
figurał p arborē Daniel. iiij. Ecce arbor in
medio terre vniuersoꝝ esca est in ea. Sic
crux xp̄i in medio terre sicut lignuꝫ vite in
medio padisi. Bern̄. Quanto altior arbor
tanto fruct⁹ dulcior. Tu sol⁹ dulcissim⁹ qꝛ
altissim⁹ ihesu xp̄e. ¶ Decimo figurał p ser
pentē eneū. Nu. xxi. ⁊ Col. i. Pacificās p
sanguinē crucis ei⁹ siue q̄ in celis ⁊c. Rich.
de sancto victo. Crucis signaculū est demo
nis suppliciū ⁊ tormentū. Ideo dicił Eze-
chiel. ix. Oēm hoīeꝫ sup quē videris thau
nō occides. Sꝫ p̄mił signō thau sup fron-
tem viroꝝ gementiū sup cunctꝫ abominatō
nibꝫ suis. Chał. Crux xp̄i ñ patrocinał cri
mini. Iste liber inuolut⁹ nūc expansus est.
Deut. iij. Erit vita tua an̄ te pendens. Jō
velū tēpli scissū est a sūmo vsq; deorsum. ad

sup terrã. de q̃ Bern. Heu michi q2 vndi-q3 bella. vndiq3 tela volãt. vndiq3 tempta-mẽta. vndiq3 p̄icula q̃cũq3 me vertã nulla est securitas. 7 q̃ mulcẽt 7 q̃ molestãt: esuri-es 7 refectio: somn⁹ 7 vigilia: labor 7 quies militãt ꝯ me. Jõ Job. iiij. In angel' reperitur p̄uitas. q̃to mag' q̃ habitãt domos luteas q̃ terrenũ habẽt fundamẽtũ ꝯsumen' velut tinea. Dicit Greg. v. mora. Tinea de veste nascit' 7 candẽ corrũpit. 7 sic tẽptatio d' carne dãnat. Scd̃o nõ est secur' hoiem lau-date añ mortẽ. q2 p̄t esse plen⁹ hypocrisi. et p̄dere mercedẽ p̄ hypocrisim. Jõ dic' Job viij. Spes hypocrite p̄ibit. Gre. iij. mora. Nichil de fructu laboris sui deportat. s3 im-plebit' illud Mat. vi. Amẽ dico vobis rece-perũt mercedẽ suã Chris'. O hypocrita q̃d a deo recipies cũ deo nichil dedisti. Nã qd̃ p̄pter deũ fit deo dat'. qd̃ p̄pter hoies p̄dit'. Ideo Eccl. i. Ne fuer3 hypocrita i ꝯspectu hoim. Et sic vacu⁹ eri3 corã deo. qd̃ p̄hibet moyses Exo. xxiij. Nõ apparebis i ꝯspectu meo vacu⁹. Glo. Vacu⁹ apparet q̃ bñ agẽ-do laudẽ humanã q̃rit 7 nõ dei. Tercio ñ laudes hoie3 añ mortẽ. q2 nõ debem⁹ iudica-re eo q̄ p̄t a cognitõne hoim aliter iudicari. ap̄ls. i. Cor. iiij. Neq3 eni meip̄m iudico. q̃ aũt me iudicat dñs est. Nã de rebȝ inco-gnit3 iudiciũ est deo cõmittẽdũ. Jõ Amb. Lauda post vitã magnifica post ꝯsũmatõe3 lauda post p̄iculũ. Nõ lauda nauigãtis fe-licitatẽ nisi p̄uenerit ad portũ. Non lauda ducis virtutẽ: nisi cum venerit de triũpho. Quis aũt hic viuẽs p̄t sine trepidatõe lau-dari q̃ de p̄terito meminit se hẽre qd̃ doleat. 7 de futuro videat sibi supesse qd̃ timeat. hec ille. Illos g' merito laudare possum⁹ q̃ post pugnã iã tenẽt victoriã 7 coronã. post labores requiẽ. post cursũ brauiũ. de quibȝ Eccl. xliiij. Laudem⁹ viros gl'iosos 7 parẽ-tes nr̃os in gñatõe sua. i. q̃ gñati sũt ad vi-tã. Jõ Eccl̃s. vij. Melior ẽ dies mort3 die natiuitat3. q2 post natiuitatẽ ñ est secure lau-dare. s3 post mortẽ apparet scto2 meritũ. de q̃ thema Beati q̃ habitãt. In sũma ꝟbo2 duo innuunt' Prio btĩficat ꝯsortiũ sancto2 Scd̃o specificat officiũ eo2. ibi. in scl'a scl'o2.

R. De p̄rio dic'. Bti q̃ habitãt i domo tua Mgr in. iiij. di. xlix. q̃rit. Utr2 oẽs hoies desiderãt beatitudinẽ. R̃ñdet ibidẽ allegãs Aug. de trinitate. xiij. dicẽs. Oẽs eã volũt s3 ñ oẽs eã nosciũt. Dicit eni san. tho. in. iiij. Duo sũt q̃ gñant appetitũ beatitudĩs in aĩs Primũ est indigẽtia. q2 q̃libet aĩa h3 indi-gentiã. q2 p̄ se est deficiẽs. Scd̃m ꝯuenien-tia. q2 q̃libet aĩa h3 ꝯueniẽtiã cũ sũmo bono. q2 ad imaginẽ ei⁹ facta. Jõ q̃libet aĩa appe-tit naturalr' beatitudinẽ. De q̃ Boeti⁹. iij. de ꝯsol'. p̄sa. ij. Oĩs mortaliũ cura q̃uis multipliciũ studio2 labor exercet. diuerso quidẽ calle p̄cedit. ad vnũ tñ beatitudinis finẽ nitit' p̄uenire. Et subdit. Est menti hoim veri boni naturaliter inserta cupiditas Et sic oẽs nouerũt in gñali q̄ beatitudo cõ-tinet oim bono2 sufficientiã. q2 dic' Boeti⁹ iij. de ꝯsolatu. Btitudo est stat⁹ oim bono2 aggregatõe p̄fect⁹. Et Jsid. Btũs est q̃ h3 oĩa q̃ vult 7 nichil mali vult. S3 i singula-ri m̃lti errauerunt. L. Primi errauerunt in btitudinis subiecto q̃ in voluptate corp̄is dixerũt beatitudinẽ esse vt epicuri. Et fuit co2 rõ. q2 beatitudo h3 delectatõe3 annexã 7 ista inuenit' i voluptate corp̄is. S3 ista opi-nio ẽ stulto2 7 bruto2 q̃ ñ cognoscũt p̄fectũ bonũ hoĩs qd̃ itimas delectatões causat. et ñ ꝯsistit in cõp̄hensiõe sensus s3 intellect⁹. 7 ñ h3 tristiciã admixtã. M. S3 corp̄ales delectatões tristes hñt exit⁹ corp̄alit' 7 spi-ritualiter. Corp̄aliter. q2 dicit ph̄s. Oĩne aĩal tristat' p⁹ coitũ. Spũalr' vt dic' Greg. Momẽtaneũ est qd̃ hoie3 delectat: eternũ qd̃ cruciat. De q̃bȝ dic' salomõ p̄uer. xiiij. Risus dolore miscet' 7 extrema gaudij luct⁹ occupat. Jõ Isa. iij. Popule me⁹ q̃ te bea-tũ dicũt ip̄i te decipiũt. Scdi errauerũt in subiecto btitudinis. ponẽtes beatitudinẽ in sola animi ꝟtute vt stoyci. Et errauerũt sal-tẽ obiectiue. s3 bñ ver2 est dispositiue. q2 vir-tutes vt paup̄tas: mititas: cordis puritas: misericordia: patiẽtia: pax 7c. hñ disponũt hoie3 ad ꝯsequẽdũ btitudinẽ. Dicit eĩ euã-geliũ hodiernũ. Beati paup̄es spũ qm̃ ip̄o-rũ est regnu3 celo2. Beati mites 7c. q2 s'm ph̄m. viij. politico2. Sine bonis anime. i.

sine ꝟtutibꝫ nemo dicit̃ beat⁹. s. dispositiue
Jō. ps. lxxxiij. Jbūt d̄ ꝟtute ĩ virtutē ⁊ vi
debit̃ de⁹ deoꝝ in syon. Quapropt̃ ꝯtra ta
les in beatitudĩs subiecto errātes dicit ps.
lxxxiij. Cor meū ⁊ caro mea exultauerūt in
deū viuū. i. corp⁹ ⁊ aĩa. Dicit nãq3 sanct⁹
thō. in. iiij. Btitudo est in aĩa p inherentiã.
q2 ĩ sola aĩa inhabitat gaudiū de bonis etern
nis: s3 in corpe ⁊ ĩ ꝯiūcto subiecto p quãdã
redūdantiã. q2 gaudiū ab aĩa redūdabit in
corp⁹ ⁊ post resurrectōez mai⁹ erit gaudiuz
extēsiue. Jō ps. nō dicit. btē aĩe vel btã cor
pora: s3 beati. totū hoīez designãdo. s. in cor
pore ⁊ aĩa. Nã corp⁹ ĩ p̄senti h3 q̄druplicē
defectū. est eñ mortale: obscuꝝ: ponderosū
⁊ grossū. Quantū ꝟo ad hos defect⁹ glifi
cabit̃ q̄ttuor dotibꝫ. Cōtra passibilitatē da
bit̃ ĩmortalitas. i. Coꝝ. xv. Seminat̃ in cor
ruptōe resurget ĩ incorruptōe. Cōtra obscu
ritatē dabit̃ claritas. i. Coꝝ. xv. Seminat̃
ĩ ignobilitate. resurget ĩ glīa. i. in gl'osa clari
tate. Cōtra ponderositatē dabit̃ agilitas. i.
Coꝝ. xv. Seminat̃ aĩale resurget spūale
Greḡ. Erit corp⁹ subtile p effectū spūalis
potētie. ⁊ palpabile p veritatē nature. Con
tra grossiciem dabit̃ subtilitas. i. Coꝝ. xv.
Seminat̃ ĩ infirmitate surget in ꝟtute. ita
vt dicit Aug. Ubi velit spūs ꝓtin⁹ ⁊ cor
pus erit. ¶ N ¶ Jtē in aĩa erit beatitudo.
Nã aĩa habet q̄druplicē defectū. Primo ĩ
cognitōe q2 hic habem⁹ obumbratã cogni
tionē. i. Coꝝ. xiij. Uidem⁹ nūc p speculū ⁊
ĩ enigmate. s3 ibi erit pfecta cognitio in aĩa
i. Coꝝ. xiij. Tūc cognoscã sicē ⁊ cognit⁹ su3
i. Jōh. iij. Uidebim⁹ eū sicuti est. ij. Coꝝ.
iij. Nos reuelata facie glīaz dñi speculātes
Scdo etiã h3 nūc defectū in meditatōe. q2
multoꝝ obliuiscit̃ q̄ deberet meditari. s3 ibi
nichil obliuiscet̃. ps. cxi. Jn mēoria eterna
erūt iusti. nã ĩ speculo diuinitat3 oĩa erūt p̄
sentia. Greḡ. Quid est qđ nō videant q̄ oĩa
videntē vidēt. Tercio nūc aĩa habet defe
ctū in cogitatōibꝫ. i. Coꝝ. xiij. Cū esse3 par
uulus cogitabã ut paruul⁹. s. inutilia. De q̄
Jsa. lix. Cogitatōes coꝝ inutiles. vt ꝯq̄rit̃
Job. xuij. Cogitatōes mee dissipate sūt. ibi
ꝟo nō. s3 implebit̃ illud Sap. v. Cogitatō
coꝝ apud altissimū. Quarto nūc aĩa habet
defectū in affectōibꝫ. Nã affectio aĩe nō p̄t
h̄ saturari ĩ creatur3. Aug. Dñe fecisti nos
ad te. inquietū ē cor nr̄m donec requiescat ĩ te
Rōez assignat Berñ. q2 bonitates creatura
rū sūt accidētales pticulares ⁊ mixte. Ac
cidētales q2 sepe bonitate spoliant̃ Particu
lares q2 nlla est creatura q̄ h3 oēs dulcedi
nes ⁊ bonitates. Mixte q2 vix est aliq̄ crea
tura ĩ terr3 quin habeat aliq̄s ꝯditōes ma
las ⁊ bonas. S3 ĩ deo est bonitas essentialis
Marci. x. Nemo bon⁹ nisi sol⁹ de⁹. s. essenti
aliter. Uniuersal' Sap. vij. Uenerūt mi
chi oĩa bona pit̃er cū illa. Pura ⁊ impmi
xta. Uñ Aug. Jbi nullū malū erit. nullū bo
nū latebit. Et sic subiectū beatitudĩs erit aĩa
⁊ corp⁹. q̄ oĩbꝫ bonis replebunt̃. ps. ciij. Re
plebit̃ in bonis desideriū tuū. Sup q̄ Oro
si⁹. Replebunt̃ oēs sensus ĩteriores ⁊ exte
riores celestibꝫ desiderijs. ¶ Tercij errauē
rūt circa btitudinis locū ponētes btitudinē
tm̄ in h̄ mūdo. ps. cxliij. Beatū dixerūt po
pulū cui hec sunt. s. pmptuaria coꝝ plena.
oues fetose. nō est ruina macerie n̄c clamor
ĩ plateis coꝝ. s3 h̄ est falsū. q2 dicit Boeti⁹
de ꝯsolatōe li. ij. Jn rebꝫ fortuit3 nō est bea
titudo. Rō. q2 oĩa fortuita auferri p̄nt sed
beatitudo ē bonū stabile. Jtē btitudo est vl
tim⁹ finis vt dic̄ s̄ã. thō. in. iiij. di. xlix. Be
atitudo est finis satiãs appetitū nr̄m. Et h̄
nō est pecunia nec diuitie. q2 nō est vltim⁹ fi
nis. s3 ordinat̃ artificialr̄ ad honorē ⁊ ppt̃
honorē. Nã si beatitudo esset ĩ tpalibꝫ diui
tijs cur dixiss3 dñs Mat. xix. Qui pecuniã
habēt difficile intrabūt in regnū celoꝝ. Nc
ĩ honoribꝫ mūdi ꝯsistit btitudo. De q̄ Boe
ti⁹ in de ꝯsolatu li. ij. ꝓsa. v. Glīa mūdana
nō est summū bonū nec spectat ad beatitudi
nē. Nã beatitudo est ꝓpriū bonū. ⁊ habet es
se in aĩa. vt dr̄. i. ethico. Honor nō est in ho
norato s3 in honorāte. s. p̄stantiue. vñ ab ho
norātibꝫ auferr̃. g̃ btitudo hoĩs nō est ĩ ho
nore exhibito. Jdeirco de coꝝ errore p̄t di
ci illđ Sap. ij. Hec cogitauerūt ⁊ errauē
runt q btitudo esset in h̄ mūdo possessiue. li
cet tm̄ dispositiue. vt ꝟtutes: paupertas: mi
titas. que disponunt hoīem ad spem future

beatitudinis. Nā beatitudo satiat appetitū sȝ diuitie ⁊ honores mūdi vt dicit Basiliꝰ. nō satiāt sȝ irritāt. Nā ſm pħm. Appetitꝰ diuitiaꝝ crescit ĩ infinitū Jō Berñ. Nil ꝑfecte satiat aīaȝ nisi solꝰ deꝰ. ps. xvi. Satiabor cū apparuerit glīa tua. Idcirco si itterogaſ dauid de loco btītudinis. rñdet. q̄ habitat ĩ domo tua dñe. ps. lxxxiij. Q̄ȝ dilecta tabernacula tua dñe virtutū. ¶ O. Reuera ē dilecta domꝰ dei. Primo ĩ ordinatōe. qꝛ ĩ ea oīa sūt ordinata in remuneratōe. i. Coꝝ. v. Unusquisq̄ȝ accipiet ꝓut gessit. martir vt martir ꝯfessor ut ꝯfessor. figuraſ Geñ. xliij. Cū ioseph dñabaſ ĩ egipto ⁊ venerūt ad eū frēs eiꝰ. tunc locauit eos ſm ordinē. Et sic xp̄s in celo. Joh. xiiij. In domo pr̄is mei māsiōes mlť sūt. i. retributōes. i. Coꝝ. xv. Sic stella differt a stella ĩ claritate. sic ⁊ resurrectio mortuoꝝ. Nā ſm Gre. iiij. mora. Sic ĩ hac vita ē discretio ordinū. sic ĩ futuro discretō dignitatū. sic aliꝰ aliū hic supat ꝑ meritū. sic ibi in retributōe. Jō Job. xxxviij. Nūq̄ȝ nosti ordinē celi. s. delectabilē. sȝ domꝰ dyaboli est ordinata ⁊ inordiata. ordinata q̄ ad ordinē iusticie suppliciōꝝ. Apocal. xviij. Quātū glīficauit se ĩ delicijs intm̄ date illi tormētū ⁊ luctū. Nā ſm Aug. Nūq̄ȝ stat dedecꝰ culpe sine decore iusticie. Nā optie relucet gēma ĩ anulo ⁊ latro ĩ patibulo. Et sic boni ĩ p̄mio. ⁊ mali ĩ supplicio ordinate. Nā q̄ fuerūt siľes ĩ culpa socienſ ⁊ ĩ pena Zach. xij. Plangēt terre familie ⁊ familie seorsū. familie domꝰ dauid seorsuȝ ⁊ mľieres coꝝ seorsū. familia domꝰ nathan seorsū: mľieres coꝝ seorsū. familie domꝰ leui seorsū: ⁊ mľieres coꝝ seorsum. familie domꝰ semei ⁊ mulieres coꝝ seorsū. ⁊ oēs reliq̄ familie seorsū. Et de h̄ etiā habeſ Mat. xiij. Colligite zizaniā ad cōburendū. sic de supbis ⁊ auaris. Jō Aug. Pune hic petīn ne puniarȝ ibi ꝓ illo. Sap. xi. Per q̄ q̄s peccat ꝑ hec ⁊ punieſ. Alio ṽo respectu tñc in domo dyaboli nullꝰ est ordo Job. x. sȝ sempitnꝰ horror ĩhabitat. Nā creature nō seruāt ibi suā distinctōeȝ situatōeȝ ⁊ ꝓprietatē qꝛ cū oia elemēta sint distincta: ibi tñ oia sunt ꝑmixta. Quā cōmixtionē notat ꝓpħa ĩ ps. x. Ignis sulphur ⁊ spūs ꝓcellaꝝ ꝑs calicis coꝝ. Itē nō seruāt situatōeȝ. qꝛ ibi ignis tēdit ĩfra q̄ naturaliter tēdit supra. Itē nō seruāt ꝓprietatē. ꝓprietas ignis est lucere. ille aūt ignis ardebit ⁊ ñ lucebit nisi ad augmētū pene. Ideo abraā dixit dānato diuiti. inter nos ⁊ vos magnū chaos firmatū ē. Nā dicit sanctꝰ tho. in. iiij. dist. xliiij. Ad ꝑfectā damnatōeȝ impioꝝ oīa elemēta sūt in ꝯfuso. Ibi erit ardor ignis. frigꝰ aq̄. fetor terre obscuritas aerȝ. ¶ Scd̄o dilecta est domus dei q̄ȝtū ad illuminatōeȝ. Nā illuminaſ a lumine supiori. inferiori. interiori. ⁊ exteriori. ¶ P. Primo illuminaſ a lumie supiori. s. diuinitatȝ. ps. xxxv. In lumie tuo videbimꝰ lumē. ĩ lumie diuinitatȝ videbimꝰ lumē gaudiose claritatȝ Scd̄o illuminabiſ a lumie inferiori. i. hūanitate xp̄i. Apoc. xxi. Ciuitas illa nō eget sole sȝ agnꝰ dei illuminabit illā. Tercio a lumie interiori illumiatur. s. ab aīabꝫ btōꝝ q̄ fulgēt splēdore diuie sapie. Isa. lviij. Implebit dñs splēdoribꝫ aīam tuā. s. claritate visionis. De q̄ Berñ. O beata visio videre deū in se ip̄o: eū in nobis: ⁊ nos in ip̄o. Quarto illuminabiſ a lumine exteriori. s. a corpibꝫ sctōꝝ q̄ erūt luminosa. Mat. xiij. Fulgebūt iusti sic̄ sol ĩ regno pr̄is coꝝ. ⁊ sol erit septupliciter clarior q̄ȝ nūc. ⁊ sic vnū corpꝰ glīficatū erit septupliciter clariꝰ q̄ȝ sol vt dicit Isidorꝰ. Et sic q̄t corpa tot soles erūt in siľitudine claritatis. Et si totꝰ mundꝰ accendereſ ⁊ arderet. tūc esset q̄si vnꝰ calamꝰ ardēs respectu claritatis sctōꝝ. ¶ Q. Et ecōtra domꝰ dyaboli est tenebrosa. ibi erūt tenebre supiores ex priuatōe visionis diuie. q̄ possunt ꝯq̄ri illud Treñ. iij. In tenebrosis collocauit nos q̄si mortuos sempiternos. Scd̄o tenebre ĩferiores. qꝛ terra infernalis ex se est tenebrosa. Job. x. Dimitte me anteq̄ȝ vadā ⁊ nō reuertar ad terrā tenebrosaȝ ⁊c̄. Tercio tenebre interiores. De quibꝫ Sap. xvij. Ipsi aūt sibi erūt grauiores tenebre. sanctȝ autē erit lux maxima. Jō hortamur Roñ. xiij. Abijciamꝰ opa tenebraꝝ ⁊ induamur arma lucis. iuxta illud Joh. xij. Ambulate d̄ luce ĩ lucē dū lucem habetȝ. ne tenebre vos

N

comp̄hendāt eterne. Quarto tenebre exte-
riores. Mat. xxij. Ligat; manib; ꝛ pedib; p
ꝓicite eū in tenebras exteriores. i. extra oēm
lucē corꝑalē ꝛ spūalē. Iero. Infern⁹ lucet
vt videāt vñ doleāt. s; nō vt gaudeāt. Ter
cij errauerūt circa btītudinis duratōez di-
cētes aīas a corꝑib; exutas beatitudinē ꝯse
qui. q̄ tñ post mlta annoꝝ curricula ad cor-
p⁹ iteꝝ reuertent̄. ꝛ hui⁹ mūdi miserijs ite
rū subijcient̄. Et iste fuit error platonis ꝛ se
quaciū ei⁹. In quē errorē īcidit Orig. Cō
tra tales loquit̄ diuina scriptura Sap. ij.
Hec cogitauerūt ꝛ errauerūt nescierūt sa-
cramēta dei. neq; mercedē sperauerūt iusti
cie. neq; iudicauerūt honorē aīaꝝ sanctarū
Si q̄ interrogat̄ ꝓpħa de beatitudinis du-
ratōe. dicit. in secula seculoꝝ. Nā beati nun
q̄ amittūt possessionē dom⁹ dñi quā inha-
bitabūt. R. Nā possessio dom⁹ amittit̄
q̄druplici de causa. Primo cū est ad tps cō
ducta. ꝛ sic nō est hic. q2 hereditarie posside
būt. ps. xxxvi. Iusti hereditabūt terrā Nā
ꝺm aplm Ro. viij. Erūt heredes dei cohe-
redes xp̄i. qb; dicet̄ Mat. xxv. Venite bñ-
dicti possidete regnū ꝛc. Scđo amittit̄ pos
sessio dom⁹ cū fuerit ab hostib; violēter ab-
lata. ꝛ sic nō est hic. sed implebit̄ illud Isa.
xxxij. Sedebit pp̄ls me⁹ in pulcritudīe pa
cis ꝛ i req̄e opulēta. q2 scribit̄ Sap. v. Iu-
storꝝ aīe in manu dei sūt. Job. x. De manu
mea nō eruet eos quisq;. Tercio possessio
alicui⁹ dom⁹ amittit̄ cū est casui ꝛ ruine ex-
posita. s; illa dom⁹ nō est ruinosa. Isa. xxxij
Habitabūt ī tabernaculis fiducie. q2 hᵉ do-
mus est secura ꝛ firma. S. Primo q2 bene
fundata. ps. lxxxvi. Fūdamēta ei⁹ in mōti-
b⁹ sanct;. Scđo q2 ꝺ viuis lapidib; edifi-
cata. i. Petri. ij. Et ipi tanq; lapides viui
suꝑedificamini domus spūales. Tercio q2
charitat; bitumīe colligata. Greg. Ibi est
charitas ꝑfecta q̄ facit oīa cōia. ita vt vnus
quisq; gaudebit de bono alteri⁹ sicut de ꝓprio
Aug. Qđ tuū ꝑ laborē: meū ꝑ amorē. Ibi
implebit̄ illud Act. iiij. Multitudis credē
tiū erat cor vnū ꝛ aīa vna. nec quicq; eoꝝ q̄
possidebāt suū esse dicebāt. Quarto q2 nō
manu hoīs s; manu diuine sapie fabricata. ij.

Coꝝ. v. Habem⁹ domū nō manu factā eter
nā in celis. q2 si nostra dom⁹ terrestr; huius
habitatōis dissoluit̄ habem⁹ domū ñ manu
factā eternā in cel̄. Quarto possessio dom⁹
amittit̄. q2 creditorib; ꝓpter pauꝑtatē assi-
gnata est. nō sic sancti in celo. q2 null⁹ est ibi
pauꝑ. ps. cxi. Gloria ꝛ diuitie ī domo ei⁹.
Ibi null⁹ eget: ibi de potētia patr; potentes
sunt. de sapiētia filij lucēt. de bonitate spūs
sancti affluūt dulcedīe diuīe fruitōis. Vñ
apl̄s. i. Coꝝ. i. Grās ago deo meo q2 ī oib;
diuites facti estis ī illo. vt nichil desit vobis
ī vlla grā. q2 dicit Aug. Btūs dici nō pt q̄
nō habet qđ amat. ibi est oīs boni sufficiētia
de q̄ ingē in. iiij. di. xlix. Quicq̄d amabitur
aderit. neq; desiderabit̄ qđ nō aderit. Di
xi scđo specificat officiū eoꝝ dicēs. In secu
la seculoꝝ laudabūt te. Iđ q̄rti errauerunt
circa beatitudinis occupatōez ꝛ oꝑatōez sic
saducei ꝛ gētiles q̄ dicūt beatos hoīes vaca
re cōmestionib; ꝛ potib; ꝛ feminaꝝ ꝯiūctio
nib;. qđ reprobat dñs Mat. xxij. In resur
rectione nō nubēt neq; nubent̄ s; erūt sicut an
geli dei ī celo. Idcirco ꝓpħa exprimit ꝛ spe
cificat oꝑationē sanctoꝝ q̄ est laus dei. di-
cens. laudabūt te. De q̄ Isa. li. Gaudiū et
leticia inuenietur in ea: grāꝝ actio ꝛ vox lau-
dis. Diceres nunq̄d reassumpt; corꝑib;
erit laus vocalis. Rñdet̄ q lingua data est
homini ad q̄druplex officiū. T. Primo
ad cogitatōes hoīs notificādas. Vñ Aug. ī
enchiridion. Verba ꝓpterea sunt instituta.
nō ꝑ q̄ hoīes se inuicē fallant. s; ꝑ q̄ vnusq̄s
q; ī noticiā cogitatōes suas ꝑferat Et sic q̄
ad h̄ officiū nō erit lingua vel verba necessa
ria. q2 manifesta erūt oīm corda. i. Coꝝ. iiij
Illūinabit abscondita tenebraꝝ. s. quo ad
manifestatōnez cordiū reproboꝝ. ꝛ manife-
stabit ꝯsilia cordiū. s. quo ad manifestatōez
cordiū electoꝝ. Aug. de vbis dñi. Tūc cō
sciētia nostra penetrat̄ ꝛ mēs vniuscuiusq;
alteri⁹ ab oculis nō abscondit̄. Vñ suꝑ illo
vbo Job. Apoc. iij. Ciuitas illa similis vitro
ꝑlucido. sicut ī vitro claro videt̄ q̄cq̄d est ī
eo. ita quicq̄d in cordib; hoīm existit vide-
bit̄ primo aspectu. ergo nō est op⁹ vti lingua
ad notificatōez ꝯceptuū. Scđo data ē hoī

lingua ad erudiendū. Isa. iiij. Dñs dedit michi linguā eruditā vt sciā sustētare eū q̄ lapsus est in vbo. Nec q̄ ad istud officiū erit lingua necessaria. q2 oēs erūt sapiētes 7 docti. iuxta illud Hiere. xxxi. Nō docebit vir vltra ꝓximū suū dicēs cognosce dñm. oēs eū cognoscēt a minimo vsqʒ ad maximū. de q̄ Aug. ꝺ ci. dei li. xxij. c. vi. Ibi nosse nr̄m nō habebit errorē nec defectū. Tercio data est homini lingua ad ꝯsolandū. Vñ Eccli. xl. Tibie 7 psalteriū dulcē faciūt melodiā sup vtrosqʒ lingua suauis. s. ꝯsolās pauperē vt docemur Eccī. vij. Ne desis plorātibus in ꝯsolatōe. Nā hoc ꝯsideravit facere Job xvi. Utinā esset aīa mea ꝓ aīa vr̄a 7 ego cōsolarer vos s̄monibus. Quo ad h̄ officiū nō manet lingua. q2 oēs erim⁹ ꝯsolati qñ dñs ꝯuertet nostrā captiuitatē ī libertatē. tunc plenā habebim⁹ ꝯsolatōez. Isa. xxxv. Gaudiū 7 leticiam obtinebūt: fugiet dolor 7 gemit⁹. Apoc. xxi. Absterget de⁹ omnē lacrimā ab oculis sanctoꝝ nō erit clamor neqʒ gemit⁹ nec dolor 7c̄. Quarto est homini lingua data ad laudandū deū. Eccī. li. Dedit michi dñs linguā mercedē meā. 7 ī ipa laudabo eū. ps. Exultabit lingua mea iusticiā tuā. ¶ Sʒ tū diceres in q̄ lingua laudabūt dñm. R̄ñdet̄. aliq̄ dicūt ꝙ in oībus linguis vt colligit̄ ex lectōe hodierna que scribitur Apoc̄. vij. Vidi turbā magnam quā nemo numerare poterat ex oībus gentibus tribubus 7 linguis. stātes ante thronū dei ī ꝯspectu agni. amicti stolis albis. 7 clamabāt voce magna dicētes. Sal⁹ deo nostro q̄ sedet super throno 7 agno. i. salutē habem⁹ a deo p̄re ꝑ filiū ei⁹. Sʒ Remigi⁹ dicit. Tūc cessabit oīs lingua. solū remanebit hebraica q̄ creditur fuisse lingua ade. Et sācti cū lingua sua glorificata sꝑ laudes deo canunt. Vñ Isa. xliij. Populū istū formaui michi laudē meam narrabit. ¶ Pro q̄ sciendū ꝙ sancti laudabūt dñm ab oībus situatōibus ¶ Primo laudabūt a supra. s. de clara visione celestis regis. Isa. xxxiij. Regē suū in decore suo videbūt. O q̄ʒ iocūde gandebūt de diuinitate. Bern̄. Illud solū est veꝝ gaudiū qꝺ nō solū de creatura sʒ de creatore ꝯcipit̄. In cuius ꝯpatōe oīs iocūditas meror. oīe dulce amaꝝ. oīe decoꝝ fedū. Illa visio est tota merces. Aug. Si mali istā faciē viderent nullā penā sentirēt. Reliq̄ quere in sequenti sermone q̄ incipit̄ Gaudete.

¶ Sermo ¶ CXLVI. Addidē.

Mementote quō

salui facti sūt p̄res nr̄i 7 clamemus in celū. 7 miserebit̄ nostri i. Mach. iiij. ¶ Aristo. in li. ꝓbleumatum. Ut clar. tatē solis limpidi⁹ videamus solē manu obumbram⁹. Spūaliter. ꝑ solē intelligit̄ diuīa facies. De q̄ Mat. xvij. Resplēduit facies ei⁹ vt sol. ¶ Qui igit̄ vult hūc solē intueri ī claritate celesti oportet vt primo habeat vmbrā bone opatōnis. De q̄ Damian⁹ in li. ꝯtra errorel grecoꝝ. Nemo ꝯsequit̄ beatitudinē gaudioꝝ celestiū sine exercitio bonoꝝ opeꝝ. saltē adult⁹. Jō Athanasi⁹. Qui bona egerūt ibūt in vitā eternā. Et iō dicit̄ Mat. xvi. Reddet vnicuiqʒ iuxta opa sua. 7 Mat. vij. Nō oīs q̄ dicit michi dñe dñe intrabit regnū dei. sʒ q̄ facit voluntatē p̄ris mei q̄ in celis est. Jō Orige. Audite desides: audite negligētes: audite inutiles q̄ speratʒ in hoc saluari ꝙ xp̄iani appellamini 7 opa xp̄i nō facitis. Aug. de doctrina xp̄iana. Frustra xp̄iani nomen sort. t̄ q̄ minime xp̄m imitat̄. q2 dicit apl's. i. Cor. iiij. Nō in sermione est regnū dei: sʒ in virtute. Et ph's. vij. politicoꝝ Sine bonis aie id est virtutibus nemo dicit̄ beat⁹. ꝓpter qꝺ requirit̄ ad dispositōez beatitudinis operatio bonoꝝ opeꝝ 7 virtutū. Greg̃. Ad magna p̄mia nō ꝑuenit̄ nisi ꝑ magnos labores. Dic̄ Leo papa Nō torpētibus 7 ociantibus sʒ laborantibus ꝓmittit̄ p̄miū salutʒ. Apocal. xiiij. Opa eoꝝ sequunt̄ illos. ¶ In sūma verborū duo innuunt̄. Primo inuitamur ad sanctoꝝ cōmemoratōez. ibi. memētote. Scđo exhortamur ad eoꝝ inuocatōez. ibi. clamemus in celū. De primo dicit. Memētote. Aristo. dicit. Ea q̄ sunt ad finē ordinata debent fore fini ꝓporcionata. ¶ Spūaliter sic nos finaliter formati 7 ordinati sum⁹ ad beatitudinē. Aug⁹. O q̄ʒ nobilis creatura

est aīa q̄ ad eternā beatitudinē ē creata. Nā inq̄t btūs tho. sup. iiij. di. xlix. Beatitudo est vltim⁹ finis sanās nēm appetitū. qui in nullo sanat̄ nisi ī fruitōe diuina. Vn̄ Aug. Dn̄e fecisti nos ad te. inq̄etū est cor nr̄m do nec req̄escat ī te. Nā ad h̄ sum⁹ ordinati ex duplici ope. s. creatōis ⁊ redemptōis Primo ex ope creatōis. De q̄ mgr̄ in. ij. sniar. di. i. Rōnalis creatura est creata vt deū intelligeret. intelligēdo amaret. amādo possideret. possidēdo eternaliter frueret̄. q̄ fruitō causat beatitudinē. Scd̄o ex ope redēptionis. Nā post creatōez eram⁹ seclusi a beatitudine p inobedientiā. s; ad nostrā salutationē venit fili⁹ dei ⁊ sanguine suo nos redemit. Lu. xix. Venit fili⁹ hoīs q̄rere ⁊ saluū facere qd̄ perierat. Et Lu. ix. Fili⁹ hoīs non venit aīas pdere s; saluare. ideo debem⁹ pporcionari huic fini. s. saluatōis p exercitiū v̄tuosoꝝ opeꝝ. Propter qd̄ xp̄s docuit octo v̄tutes q̄ ad beatitudinē disponūt. q2 dicit sanct⁹ tho. sup. iiij. ¶ Beatitudo est duplex. s. dispositiua ⁊ fruitiua. Fruitiua est visio diuina. Aug. Visio diuina est tota merces. S; btitudo dispositiua ɔsistit in v̄tutibus q̄ disponūt ad beatitudinē. Vnde p̄s. Ibūt de v̄tute in virtutē ⁊ videbit̄ de⁹ deoꝝ in syon. i. in speculatōe diuina. Idcirco dicit thema. memētote qūo ⁊c. ¶ Pro q̄ sciendū sancti meruerūt beatitudinem quēadmodū hō puenit tpaliter ad hereditatē. de q̄ p̄s. Hereditate possidebūt sanctuariū dei ¶ D. Nā ad possessionez tpalis hereditatis hoīes puenīūt multipliciter. Primo p cōmutatōez. scd̄o p mitē subiectōez. tercio p iurisdictōez quarto p assiduā opatōez. quinto p emptionē. sexto p matrimonialē ɔtractionē. septimo p cognatōez. octauo p fortē debellationē. ¶ Primo puenit hō ad hereditatis possessionē p cōmutationē. Et sic aliq̄ cōmutauerūt bonū tpale p celesti. sicut hi q̄ oia dereliquerūt vt apl̄i q̄ voluntariā paupertatē duxerūt p xp̄o. de quib; hodie fit mentio in euāgelio. Beati paupes spiritu. Dicē notāter spiritu. q2 nō oēs paupes sūt beati De q̄ Amb. Non oīs paupertas sancta. nec oēs diuitie criminose. q2 diuites possunt saluari si sunt humiles ⁊ iusti diuitijs bene vtētes. Primo si sūt humiles. Aug. Pauperes spū sūt nō habētes inflantē spūm. p̄s. Hūiles spiritu saluabit. Scd̄o si sunt iusti ⁊ v̄tuosi. q2 habet̄ in cano. di. xxx. Nec sciꝑsim⁹ Diuites cū iusticia ⁊ bonis opib; nō abijciam⁹. Eccl̄i. xxxi. Beat⁹ diues q̄ potuit trāsgredi ⁊ nō est trāsgressus. facere mala ⁊ nō fecit. Sic etiā nō omis paup est sanct⁹. Bern̄. Nō paupertas virt⁹ pbat̄. s; paupertatis amor. Sūt eñ aliq̄ paupes impatientes ⁊ inuidi. vt mendici ante ecclesiā rixantes nullā missam vel p̄dicatōez audiētes. ⁊ aliqn̄ paupertati maledicētes. De talib; Eccl̄i. xiij. Est nequissima paupertas ī ore impij. nā tales multi sunt paupes Ideo Aug. Nemo inuit⁹ bene facit. ⁊ habet̄ in cano. de pe. dist. vij. null⁹. Nō necessitatē s; arbitrij libertatē respicit de⁹. Nā tales q̄ volūtarie oīa relinquūt pp̄ter deū beatificant̄. De quibus Bern̄. sup p̄s. Qui habitat. Felix paupertas volūtarie oīa relinquentiū. ⁊ te dn̄m ihesum sequentiū. vt apl̄i fecerūt. in quorū psona Petr⁹ dixit Mat. xix. Ecce nos reliquim⁹ oīa. q̄d erit nobis. rn̄dit. Centuplū accipietis ⁊ vitā eternā possidebitis. Idcirco subiūgit coꝝ p̄mium dicēs. Taliū eñ est regnū celoꝝ. O q̄̄ bona cōmutatio. p defectu recipiūt regnū. p terrestri celeste. p cōtemptu sedē iudicij. cū dicat. sedebitis sup sedes duodecim iudicātes duodecim tribus israel. Secūdo acq̄rit̄ hereditas p mitem subiectionē. vt q̄ mite ⁊ humiliter se subijciunt seruitio ⁊ alieno iugo. Et sic patriarche ⁊ pphete q̄ māsueti seruierūt dn̄o deo vt moyses Nu. xij. mitissim⁹ in pplo apparuit. Sic ⁊ Dauid mite subiecit se dei seruitio dicēs O dn̄e q2 ego seru⁹ tu⁹ sum: ⁊ fili⁹ ancille tue. pp̄ter qd̄ placuit deo. q2 d̄r Eccl̄i. i. Bene placitū est dn̄o fides ⁊ mansuetudo. Nā ei⁹ mititas in multis apparet locis Nā habet̄. i. Reg. xxvi. Ip̄e tp̄e quodā nocturno inuenit Saul inimicū suū in tentorio suo dormientē cū cōplicib; suis. ip̄e recepit cifū ⁊ lanceā descendēs de mōte. ⁊ veniēs ī vallez clamauit sursū. O qn̄o custoditis dn̄m vr̄m. vbi ē lācea ei⁹ ⁊ cifus. Saul euigilās

cũ socijs ait. Es tu fili mi dauid. Rñdit sũ. At ille. Uere iustior me es. anima mea in manu tua erat ꝛ pepcisti Jtẽ habet᷑. ij. Re. xvi. Semei maledixit dauid. qͦ voluit vindicare Abisai. ꝛ Dauid noluit ꝯsentire. ſ; dixit. dimitte cũ vt maledicat michi. qꝛ dñs retribuet michi benedictõez ꝓ maledictõe ꝓpter qͦ scribit᷑ in ps. Memẽto dñe dauid ꝛ oĩs mãsuetudinis ei⁹. Jdeo de eis fit hodie mẽtio in euãgelio Beati mites. Dicit Piero. Mititas est animi dulcedo quã nulla vicit amacitudo. Hãc docuit xp̄s Mat. xi. Discite a me qꝛ mitis sũ ꝛ hũilis corde. Jdcirco subiũgit p̄miũ eoꝝ dicẽs. Jp̄i possidebũt terrã. Dicit eñ ps. xxxv. Mãsueti hereditabũt terrã. Jteꝝ. Credo videre bona dñi in terra viuẽciũ. Jõ Ecci. x. Fili in mansuetudine serua aĩaꝫ tuã. Sbdit rõem Sedes ducũ supboꝝ euertit: ꝛ fecit mites sedere ꝓ eis. ¶ Tercio acq̄rit᷑ hereditas ꝑ iurisdictionẽ. qꝛ facit ꝯquestionẽ ĩ iudicio. Et sunt penitẽtes dño ꝯquerẽtes excessus ꝛ delicta ꝛ seip̄os iudicãtes. vt docet Aug. in li. de penitẽtia. O hõ ascẽde tribunal mẽtis tue. sit ratio iudex. ꝯsciẽtia testis. timor carnifex. De hoc iudicio habetur Jsa. xliij. Narra si q̄d habes vt iustificeris. qꝛ scribit apl̄s. i. Coꝝ. xi. Si nosmetip̄os diiudicaremꝰ nõ vtiq; iudicaremur Aug. Nõ punit deꝰ bis in idip̄m. qͦ in p̄senti punitũ est nõ punief᷑ in futuro. Sic q; hõ p̄t dicere illud ps. Feci iudiciũ ꝛ iusticiã nõ tradas me calumniantibꝰ me. Talis ꝯq̄stor pc̄toꝝ suorũ ĩ iudicio vere penitẽtie fuit Manasses q̄ ait ij. Paral̄. vlti. Peccaui sup numeꝝ arene maris. nõ sũ dignꝰ videre altitudinẽ celi p̄ multitudine iniquitat; mee. Talis fuit filiꝰ ꝓdigꝰ Luc. xv. q̄ dixit. Pater peccaui ĩ celũ ꝛ corã te. nõ sũ dignꝰ vocari filiꝰ tuꝰ. Pẽ misericordia motꝰ suscepit eũ. Hoꝝ hodie fit mẽtio in euãgelio Beati q̄ lugẽt. s. ꝑ peccat; qm̃ ip̄i ꝯsolabunt᷑. s. ꝑ remissionẽ. De q̄ Piere. xxxi. Jn fletu venient ad me. ꝛ ĩ misericordia deducã eos. Et sic meruit beatitudinẽ beata magdalena. Luc. vij. q̄ fleuit ꝛ rigauit lacrimis pedes dñi. cui dictũ est. Dimissa sũt tibi pc̄ta tua vade ĩ pace Aug.

Qui lacrimis miseꝝ se fatet᷑ illi deꝰ miseret᷑ De q̄ Chrẏ. Nemo flens accessit q̄ nõ impetrauit qͦ postulauit. ¶ Quarto acquirit᷑ hereditas ꝑ assiduã opatõez. vt illi q̄ laborant die ac nocte. Et hĩ opatores iusticie q̄ nõ sunt ꝯtenti ĩ dolore pc̄toꝝ sed feruenter opant᷑ bona ꝛ iusta. iuxta illͦ Eccs. ix. Qͦcunq; p̄t manꝰ tua opari instãter fac. Et id qͦ nõ possunt ꝑficere ip̄i tñ affectãt. quorũ hodie in euãgelio fit mentio. Beati q̄ esuriunt ꝛ sitiũt iusticiã. Glo. Esuries iusticie ẽ vehemens desideriũ summi boni ꝛ opandi iusticiã. Et capit᷑ hic ꝓ rectitudĩe vite. Piero. Nõ sufficit velle iusticiã nisi ꝛ patiamur famẽ iusticie. vt nunq; nos iustos putamꝰ. Luc. xvij. Cũ feceritis oĩa q̄ p̄cepta sunt vobis ꝛc̄. qꝛ fm̃ Aug. Justicia est generał virtus q̄ in se comp̄hendit oẽs ꝟtutes. ergo nullꝰ eã poterit ad plenũ ꝑficere. qꝛ dicit᷑. i. Coꝝ. iiij. Nichil michi ꝯsciꝰ sũ: ſ; in h̃ nõ iustificatꝰ sum. Quia dicit᷑ Jsa. lxiiij. Oẽs iusticie nostre q̄si pannꝰ mulier; mẽstruate q̄ est mundꝰ in ꝑte vna. immũdus vero ex ꝑte reliqua. Et sic nos in opibꝰ iusticie. ꝓpter qͦ nõ posuit iusticiã in opatõe ſ; affectione ꝛ desiderio. ꝓuerb. xi. Desideriũ iustoꝝ oĩe bonũ est. Nã dicit Aug. Nõ q̄d sis. ſ; q̄d esse desideras deꝰ attẽdit. ¶ Quinto acquirit᷑ ꝑ emptõez. s. ꝑ pecunia. Augu. Dñe venale habes. q̄d. regnũ celoꝝ. q̃tum valet. rñdet in ꝑsona dñi. quãtũ habes Nã zacheꝰ dedit dimidiũ bonoꝝ suoꝝ. Lu. xix. Uidua paupercula dedit duo minuta. dñs ihesus collaudauit eã q; abundantiꝰ oĩbꝰ misit. Jõ Thob. iiij. Si multũ tibi fuerit abundãter tribue. si paꝝ: illͦ impartiri stude. qꝛ dicit᷑ Math. x. Si quis dederit calicez aque frigide nõ ꝑdet mercedẽ suã. Horum hodie in euãgelio fit mẽtio. Beati misericordes. O q; laudabiles mercatores sũt tales. de quibꝰ Augꝰ. Laudas mercatorẽ q̄ vendit plumbũ ꝛ emit auꝝ. mag; lauda eu; qui erogat pecuniã ꝛ accipit regnũ Jõ Petrus raueñ. Da paupi vt det tibi. da terrã accipe celũ. da partẽ accipe totũ Greg. Si nõ habes pauperem redditorẽ: tñ habes deũ fideiussorẽ qui largiter retribuit. De q̄ ps.

Beat⁹ q̄ intelligit sup egenū ꝛ paupērē. Chrẏ. sup Mat. Nō accepisti diuitias ut in lasciuia ꝯsumas. sʒ vt i elemosinis expendas. ¶ Sexto acq̄rit̄ hereditas p matrimoniale ꝯtractōeʒ. q2 bona mariti recipit mulier vl' ecōuerso. q2 sunt vna caro. sic debet esse mutua possessio. Spūaliter. sic ꝟgines in re n̄timonꝗ recipiūt celestē hereditatē. q2 se despōsauerūt deo. ij. Coꝝ. xi. Despōdi vos vni viro virginē castā. ita ꝙ hodie possunt dicere Apoca. xix. Gaudeam⁹ ꝛ exultemus q2 venerūt nuptie agni. Hoꝝ hodie i euāgelio fit mētio. Beati mūdo corde. nō mūdo corpe. Nō pulcrā carnē sed mentē respicit de⁹. Subdit. qm̄ ipi deū videbūt. Leo papa. Qui deū videre desiderat necesse ē vt oculos cordis ab om̄i squalore tergat. Nā fm Chrẏ. Quāto q̄s mūdior existit tanto clari⁹ videbit. ps. Dn̄e q̄s habitabit in tabernaculo tuo. R̄ndet. Innocēs manib⁹ ꝛ mūdo corde. q2 dicit̄ Leui. xi. Nolite aīas v̄ras ꝯtaminare. im mundū nolite tangere. sʒ facite fm illud Jaco. i. Abijciētes omnē maliciā. Ratio Apoc. xxi. Nil coinq̄natuʒ intrabit. Ideo Leui. xi. Sancti estote qm̄ ego sanct⁹ sum. ꝑpter q̄d dicit Bern. Si vis esse btūs sis imaculat⁹. ¶ Septimo acquirit̄ hereditas p cognatōeʒ. Sic possessio tpalis dat̄ filijs tanq̄ꝫ primis. et s. c pacifici sūt ꝑximi dei. q2 filij dei. d̄ quib⁹ hodie fit mentio in euāgelio. Beati pacifici. Hiero. Pacifici dicunt̄ illi q̄ primo pacē habēt i seipis. deinde inter fratres dissidētes pacē faciūt. q̄ quidē pax req̄rit̄ ad beatitudinē. Heb. xij. Pacē sequimini sine q̄ nemo deū videbit. Ro. xij. Quantū in vobis est cum om̄ib⁹ hoib⁹ pacē habētes. Nā tales ꝑcipiūt hereditatē paternā. ij. Coꝝ. xiij. Habete pacē ꝛ de⁹ pacꝫ erit vobiscū. ꝛ Job. xxiij. Habete pacē ꝛ habebitꝫ fructū optimū. Et subdit. qm̄ filij dei vocabunt̄. s. ꝑpter sīlitudinē q2 de⁹ fm Greg. est dator pacis ꝛ amator. Sʒ d. tn̄ mīᷓcordes dicūt̄ filij dei. iuxta illud Eccli. iiij. Pupillo estote misericordes ꝛ eritis velut altissimi fili⁹. Et Lu. vi. Estote misericordes. R̄ndet̄. mīᷓcordia nos assimilat deo quo ad exteriora opa in exhibitione bonitatis. sʒ pax quo ad interiora in dulcedine charitatis. sine q̄ filij dei nō dicunt̄. De q̄ Greg. Sicut filij dei sunt q̄ pacem diligūt. sic filij dyaboli q̄ discordiā querunt. ¶ Octauo acquirit̄ hereditas p fortē debellatōeʒ. vt cū q̄s vincit inimicū debellādo. ꝛ acq̄rit hereditatē gladio. De q̄ Mat. xi. Regnū celoꝝ vim patit̄ ꝛ violēti rapiūt illud. vt sunt fortiter pugnātes ꝯtra dyabolū: carnē: ꝛ mundū. vt docet eccl̄ia. Estote fortes in bello: ꝛ pugnate cū antiquo serpēte ꝛ accipietis regnū eternū. q2. ij. Thimo. ij. d2. Nemo coronabit̄ nisi q̄ legitime certauer. t. Ihrō. Quis sanctoꝝ sine certamīe coronat⁹ est. Judith. viij. Om̄es q̄ placuerunt tibi p varias tribulatōes transierunt. Hoꝝ hodie fit mētio in euāgelio. Beati q̄ ꝑsecutōeʒ patiunt̄ ꝑpter iusticiā. non ꝑpter culpā: sʒ amore iusticie. nō rigore vt latrones. i. Petri. iiij. Nemo vestꝝ patiat̄ quasi fur vel homicida ꝛc̄. Chrẏ. Si q̄s ꝑsecutus te fuerit nō ꝑpter causā dei. sʒ ꝑpter tpalia bona ille re⁹ est. tu ꝟo beat⁹ nō es. ideo debet esse ꝑpter deū. Sbdit. coꝝ est regnū celoꝝ. ij. ad Thimo. ij. Si sustinebim⁹ ꝯregnabim⁹. Talib⁹ dicet̄ Lu. xxij. Uos estis q̄ ꝑmansistis mecū in temptatōnib⁹ meis. dispono vobis sicut pater michi disposuit regnū. Cū igit̄ milicia est vita hoīs sup terrā Job. vij. pugnem⁹ viriliter ꝛ coronemur feliciter. q2 dicit Greg. Sine certamīe nō habet̄ palma victorie. idcirco mementote. ¶ Dixi scd̄o hortamur ad coꝝ inuocationē ibi. clamem⁹ in celū. ¶ E. Itē nota clamare debem⁹ hodie ad deū. Primo p gr̄a. q2 sine gr̄a nemo saluat̄. Bern. Sine gr̄a nec īfantes nec etate grādes saluari possūt. Ro. vi. Gr̄a dei vita eterna. Bern. Nō sunt talia merita ꝑpter que dat̄ vita eterna nisi ex dei gratia. Luc̄. xix. Om̄i habēti dabit̄. Glo. habēti gr̄am dabit̄ gloria. Modo deus pius est ꝛ benign⁹ in collatōe gr̄e. Aug. De⁹ q̄d suū est semp inspirat si est qui recipiat. Aug. de sex q̄stionib⁹. Nulli vnq̄ꝫ defuit q̄ dign⁹ fuit. ꝑpter q̄d hortamur Hebre. iiij. Adeam⁹ cū fiducia ad thronū gr̄e. ps. Gratiā ꝛ gloriā dabit dn̄s. ¶ Secūdo debemus

clamare in celū sanctos inuocā do ꝑ assistē tia. Dicit em̄ maxim⁹ in sermone de om̄ibꝫ sanctis. Eoꝝ merita sunt nostra suffragia. eoꝝ cruciat⁹ sunt nr̄i ꝓfect⁹. Nā sm̄ Ber. in sermone de oībꝫ sanctis. Si potētes fuerunt in terris. potētiores hodie sunt ī celis. q2 patria misericordiā nō minuit ſ3 augmētat. ¶ F ¶ S3 diceres. quō aūt cognoscūt nostra desideria. cū dicit̄. iij. Reg. viij. Tu sol⁹ nosti corda hoīm. R̄ndet sanct⁹ Tho. in. iiij. Cognoscūt cognitōne matutina oīa in deo. nō aūt cognitōe vespertina in seipsis. Greg. Quid est q̄d nō videt q̄ vidētē oīa videt. Bern̄. Ibi magistrū semel vidisse ē oīa vidisse. s. reqsita ad ꝑfectōez salutis. Nō aūt oīa simpliciter sicut de⁹ cognoscit. q2 h̄ est impossibile ¶ Tercio debem⁹ clamare in celū deū collaudā do in sanctoꝝ gloria q2 dicit wilhelm⁹ cancellarius parisiensis. Qui sanctis honorē tribuit specialiter illū3 honorat q̄ eos sanctificauit. q2 honor ministroꝝ est veneratio dn̄oꝝ. In figura illi⁹ helise⁹ se dixit fuisse ꝑsentē qn̄ naaman syrus descēdit de curru faciens reuerentiā Giezi seruo suo indigno. Idcirco hortat̄ ps. Laudate dn̄m in sanctis ei⁹. Reuera letāter debem⁹ hodie dn̄m laudare in sanct3 ei⁹ ¶ G Primo ꝓpter multitudinē. nā si laudam⁹ dn̄m in meritis vni⁹ sancti. vt dn̄ici nicolai ꝛ sic de alijs. multo mag3 in merit3 oīm sanctoꝝ: marie virginis: oīm aploꝝ: martirum: ꝯfessoꝝ: virginū. De quibꝫ Job. xxv Nunq̄d est numer⁹ militū ei⁹. Apoca. vij. Vidi turbā magnam quā dinumerare nemo poterat ¶ Secūdo ꝓpter augmentationē. q2 de die in diē. de anno in annum augmentat̄ numer⁹ vt liberati de purgatorio vel qui euolāt ab h̄ seculo vt innocētes. De quibꝫ Apoca. xiiij. Sine macula sunt ante thronū dei ¶ Tercio ꝓpter spei saluatōez ut habeam⁹ spem saluādi Bern̄. Quid est q̄d nō solū difficile ſ3 etiā impossibile videt̄ cū hoīes fuerīt sicut nos. ps. Sperate in eo oīs ꝯgregatio ꝓpli. Idē. Nō deserit deus sperātes in se. Eccī. ij. Quis sperauit ī dn̄o ꝛ est derelict⁹. Ro. v. Spes nō confundit Ro. viij. Spe em̄ salui facti sum⁹. ps. Sal nos facit sperātes in se. ¶ Quarto ꝓpter fidei corroborationē. Nā festiuitas coꝝ celebrat̄. q2 sic fides nostra ꝯfirmat̄. Maximus in sermone de oībꝫ sanct3. Nunq̄3 vitā coꝝ ita ꝯstanter expēdissent si nō meliorē sensissent. ideo nō timeam⁹ nimiū. Aug. Quid timebo membroꝝ damna cū securitatē capio de numero capilloꝝ. Mat. x. Omnes capilli capit3 vestri numerati sunt. ꝛ vnus nō ꝑibit de istis. ps. Custodit dn̄s oīa ossa eorum. ¶ Quinto ꝓpter imitatōez. Crisōs. super matheū. Que iusticia ē sanctos colere ꝛ sanctitatē spernere Sine causa iustos colit qui iusticiā spernit. Maxim⁹ in sermone d̄ oībꝫ sanctis. Si quē delectat alicui⁹ sancti p̄miū ꝛ meritū debet delectare pariter ꝛ obsequiū. de quo thema vbi supra.

¶ Sermo ¶ CXLVII. Ad idem.

Merces vestra copiosa est i celis. Mat. v. ꝛ legit̄ ad honorē oīm sanctoꝝ ꝑ euāgelicali officio. ¶ In summa verboꝝ duo innuuntur. Primo beatificat ꝯsortiū virtuosoꝝ ibi. beati paupes. Scd̄o specificat p̄mium coꝝ. ibi. gaudete ꝛ exultate. De primo dicit In illo tp̄e. s. cū xp̄s circuībat totā galileā docēs in sinagogis ꝛ sanās omnē languorem. tūc ei⁹ fama diuulgebat̄ ꝛ multitudo infirmoꝝ offerebat̄. Tūc vidēs ihesus turbas. Ex multitudine em̄ turbaꝝ excitat̄ animus p̄dicatoꝝ. sicut dicit Crisōs. sup Matheū. Oīs artifex oportunitatē operis videns gaudet. sicut carpentari⁹ si viderit arborem bonā ꝯcupiscit p̄scindere eā ad opus artificij sui. Agricola si viderit terra3 pinguē desiderat eā exarare. Et q̄d de rōnalibꝫ hoībꝫ. ip̄e irrationalis equ⁹ de stabulo exiliens si viderit campos patētes rapit frenu3 ꝛ excitat̄ ad cursū. Sic dn̄s ihesus videns magnā ꝯgregationē populi excitatus est ad docendū. Sic oīs p̄dicator vidēs magnā ꝯgregationē ꝓpli ꝛ ecclesiā plenam gaudet animus eius ꝛ delectat̄ vt doceat. Si aūt viderit ecclesiam vacuā confundit̄ ꝛ nichil docere potest. hec Crisōs. Ideo dic. Vidēs ihesus turbas, in q̄bꝫ erāt fideles ꝛ īfideles

docebat illos. ad innuendū ꝙ iudei ꝛ paga
ni intrantes ecclesiā ad audiendū vbū dei
nō sunt repellēdi de ecclesia. de ꝯse. di. i. eps
Eps nulli ꝓhibeat ingredi ecclesiā vsqꝫ ad
missaꝫ cathecuminoꝝ. s. vsqꝫ ad sursum cor-
da. ꝛ h̄ ꝓpter audire verbū dei. Si vo cau-
sa subsannandi tunc sunt ꝓhibendi. vt dicit
glosa ibidē. Et loquit̄ canon de istis infide
libꝰ de quoꝝ correctōe est spes. vt vult glo.
¶ Tūc subdit formā docendi. Ascendit in
montē. Chris. Nunqd poterat ibi docere
vbi popul⁹ erat. Rn̄det ꝓpter duas ratio-
nes ascendit in montē. Primo vt implere
tur ꝓphetia Jsa. xl. Sup montē excelsum
ascēde tu qui euāgelisas syon. Scdo ascen
dit in montē vt ostēderet nobis ꝙ in altitu
dine spiritualiū virtutū ꝯsistere debet q̄ do-
cet iusticiā dei: pariter ꝛ qui audit. q̄ docet
vt magis doceat opere qꝫ sermone vt dicit
apl's. Exemplū esto oīm fideliū. Qui autē
ambulāt p ꝯuallia vite terrene nō rite alios
instruere valēt. Et quid de celo loq̄ris si in
celo anim⁹ tu⁹ nō est. aut q̄d de terra loque
ris si in celo ꝯsistis. vt cū aplo dicas Phil.
iij. Cōuersatio nostra ī celis est. Et cū sedis
set q̄ cuncta mouet sine mutatōe. ps. ci. Mu
tabis eos ꝛ mutabunt̄: tu aūt idem ipe es.
Simon de cassia. Sedet in monte terreno
cui sedes est ī celo. Jsa. lxvi. Celū michi se
des est. In eo ꝙ sedet quietē designat vt te
naci memoria verbū dei reseruēt. Vn̄ phs
vij. phisicoꝝ. Anima sedendo ꝛ quiescēdo
fit prudens. Accesserūt ad eū discipuli eius
sic ad magistrū ꝛ saluatorē. Et sic nos Jsa.
ij. Venite ascendam⁹ ad montē dn̄i ꝛ doce
bit nos vias suas. s. salutꝫ. Nā ipe saluator
ait Jsa. xliij. Ego sum domin⁹ ꝛ nō est ali⁹
absqꝫ me saluator. ideo ps. Accedite ad eū
ꝛ illuminamini ꝛ facies vestre nō ꝯfunden
tur. Et aperiēs os suū. Aug. qui pri⁹ apuit
ora ꝓphetaꝝ. ꝛ docebat eos omnē ꝑfectōeꝫ
a quinto capitulo vsqꝫ ad finē septimi capi-
tuli in matheo dicēs. Beati paup̄es spiri-
tu. Et dicit notāter spiritu. qꝛ triplex est pau
pertas Prima simulatoria. secūda necessa
ria. tercia volūtaria. ¶ P. Prima simula
toria. cū quis sibi ipsi apparet paup̄ ꝛ nō est.
vt auari ꝛ diuites. Eccī. v. Auar⁹ non im-
plebit̄ pecunia. Catho. Eger diues nummū
habet. sed nō habet ipm. s. ad sui vsum. quia
auaro deest tam qd̄ habet qꝫ qd̄ non habet.
qd̄ habet vti nō audet. qd̄ nō habet ꝯcupi-
scit. qꝛ dicit phs in ethicis. Appetit⁹ diuiti
arū crescit in infinitū. Jdeo Amb. Nō est
oīs paup̄tas sancta: nec oēs diuitie cri-
minose. Habet̄ eciā in cano. dist. xxx. hec scri
psim⁹. Diuites cū iusticia ꝛ cū bonis operi
bus non abijciamus. De tali scribit̄ Eccli.
xxxi. Beatus diues q̄ inuentus est sine ma
cula. s. auaricie ꝛ sup̄bie. Jdeo paup̄tas si-
mulatoria est ypocrisis. Mat. xv. Attēdite
a fermēto phariseoꝝ qd̄ est ypocrisis. ¶ Se
cunda est paupertas necessaria. Et sunt hi
paup̄es qui nō habēt diuitias. attamen ap
petūt habere p phas ꝛ p nephas. vt sūt im-
patientes diuitibꝰ inuidētes. De talibꝰ di
cit Bern̄. Nō paupertas virt⁹ probat̄: sꝫ
paup̄tatis amor. Aug. Nemo inuit⁹ bene
facit: ꝛ si bonū est qd̄ facit. Habet̄ in cano.
de pe. dist. vij. nullus. Nō necessitatē sꝫ ar-
bitrij libertatē respicit de⁹. Et sic tales pau
peres ex necessitate nō sunt volūtarij sꝫ im-
patientes ante ecclesiā rixantes ꝛ aliqn̄ ma
ledicentes. nō sunt paup̄es spiritu sꝫ diui-
tes in desiderio. De tali paup̄tate Eccī. xiij
Est nequissima paup̄tas in ore impij. Ta-
les sunt sup̄bi non humiles. nec deū timen
tes quos de⁹ odit. Eccli. xxv. Tres species
odiuit anima mea. pauperē superbū. senem
fatuū. diuitē mendacē ¶ J. Tercia est pau
pertas volūtaria Et illi sunt triplices. boni
meliores ꝛ optimi ¶ Primi boni pauperes
sunt s̄m Aug. qui nō habēt inflantē spiritū
vt sunt diuites humiles de diuitijs se non
extollentes. ꝓuerb. xiij. Est quasi paup̄ cuꝫ
in multis diuitijs sit. sicut sunt hi qui diuiti
as habent ꝛ cogitāt se esse dispēsatores diui
tiaꝝ ꝛ nō possessores. ꝛ paup̄ibꝰ ex parte dei
qui eis ꝯtulit dispēsant. iuxta illud Luc. xi.
Qd̄ supest date elemosinā. qꝛ nō diuitie ꝛ
substātia damnāt animā. sꝫ auaricia sup̄bia
ꝛ ꝯcupiscētia. Bern̄. Pl⁹ nocet ꝯcupiscen
tia qꝫ substāna. Jdeo ps. Diuitie si affluāt
nolite cor apponere. Eccī. x. Nihil iniqui⁹

ꝙ amare pecuniā. Dicit notāter amare nō
habere. q2 dicit glo. sup ps. Diuitias licet
habere: sz nō inherere. Secūdi sūt melio/
res. ꝛ sunt hi paupes q̄ nichil habēt ꝛ penu
riosi sunt. ꝛ patiēter ꝓpter deū sustinēt De
quib9 dicit saluator Joh. xij. Paupes sp
habebitis vobiscū. me aūt nō sp habebitis. et
cū volueritis possitis eis bñfacere Hos deus
ꝓbat hic. Eccl. ij. Sic in fornace ꝓbat aurū
sic hoīes in camino humiliatōis. i. paupta/
tis. Eccl. iiij. Congregatōi paupeꝝ affabilē
te facito. Cōtra h peccauit diues Luc. xvi.
ideo sepult9 est in inferno. ꝓpter qd inquit
Amb. sup ps. Increpasti supbos. Nichil
grauius ꝙ ꝗꝛ paupes frēs supbo oculo despi
cim9. Tales cognoscēt in iudicio Sap. v.
Hi sunt q̄s aliqñ in derisū habuim9 ꝛ in si/
militudinē ipropeꝝ nos insensati vitā coꝝ
estimabam9 insaniā. ecce qmō cōputati sunt
inter filios dei: ꝛ inter sanctos sors illoꝝ.
¶ Tercij paupes sunt optimi. q̄ volūtarie
oīa reliquerūt ꝓpter deū. notāter dico ꝓpter
deū. nō ꝓpter mūdi gliaz vt pharisei. Naz
tales btificant h. Beati paupes spū. Ber.
sup ps. q̄ habitat ꝛc. Felix pauptas volūta/
rie relinquētiū oīa ꝓpter deū. ꝛ sequentiū te
dñe ihu xpe. q2 tales meliores sunt primis
Hugo. Bonū est sua paupib9 erogare. sed
meli9 est oīb9 cū xpo renūciare ꝛ xpm imi
tari. Cui ꝯsonat Bern. Volo te esse amicū
paupeꝝ magis imitatorē xpi Ille est grad9
ꝓficientiū. iste pfectoꝝ. Mat. xix. Si vis
pfectus esse vende oīa q̄ habes ꝛ da paupi/
bus. Tūc subdit coꝝ pmiū: qm ipoꝝ est re/
gnū celoꝝ. Chris. sup eplam ad Heb. Ni
chil opulenti9 illo qui pauptatem spōte di/
ligit. Nā p pauptate dat ꝯgregatio omniū
bonoꝝ. q2 beatitudo q̄ sm Boetiū. iij. d cō/
solatione est stat9 omniū bonoꝝ aggregatōe
pfect9. Pro ꝯtemptu dat thronus iudicij
Math. xix. Vos q̄ reliquistis oīa sedebitis
sup sedes duodecim. Et pro defectibilita/
te dat eis regnū. Nā dat eis pmiū cū mar
tirib9. q2 regnū celoꝝ. Ratio Bern. q2 re/
rum gen9 martirij est voluntaria pauptas.
nā multos patit defect9 in terris. de q̄ Inno
centi9. O miserabilis ꝯditio mendicantis.

si petit pudore ꝯfundit. si nō tunc egestate
ꝯsumit. ¶ K. Sz diceres. nunqd paupes
habebūt istud pmiū hic in via. vel solū i pa/
tria. Rñdet sanctus tho. in. ij. ij. q. lxix. Nō
hic in via ꝓmittit p dispositōez. ibi eis dat
p fruitōez. Nā pauptas disponit hoīez cū
alijs virtutib9 sequentib9 ad beatitudinem
vt dicit. vij. politicoꝝ. Sine bonis anime.
id est sine virtutib9 nemo est beat9. s. dispo/
sitiue. In simili. sicut cū videm9 florē in ar/
bore tunc fruct9 speram9. vbi vero flores nō
apparēt desperat de fructib9. Et sic vbi i ho
mine nō apparent fruct9. i. virtutes nō est
spes beatitudinis. De quo Damascen9 li.
contra errores grecoꝝ. Nemo ꝯsequit bea
titudinem gaudioꝝ celestium sine exercitio
virtuosoꝝ opeꝝ. Ideo ps. lxxxiij. Ibūt de
virtute in virtutē: ꝛ videbit deus deorū in
syon. i. in speculatōne eterna regni celestis.
Ideo Aug. Regnū celoꝝ paupeꝝ est. quia
pauperes nichil habent in mundo. ꝛ diuites
nichil in celo. Ecce ꝙ discrete ordinauit de
us. oīa bona sua dedit duob9 hominibus.
diuitib9 terrā. pauperib9 celuz. Sed deus
volens vtrūq3 saluare constituit ꝗꝛ hic diui
tes in sua hereditate accipiant pauperes. et
pauperes accipiāt diuites in sua hereditate
vt docuit Luce. xvi. Facite vobis amicos
de māmona iniquitatis vt cū defeceritis re
cipiant vos in eterna tabernacula. Nā hec
beatitudo attribuit cetui apostoloꝝ. Nam
petrus dixit in psona omniū aploꝝ. Ma
thei. xix. Ecce nos reliquim9 omnia ꝛ secu/
ti sumus te. quid ergo nobis erit Bernar.
Petre omnia bene reliquisti. quia christuz
sequi oneratus nō potuisti. Ideo hodie ho/
norantur. ꝛ merito: quia plantauerūt eccle/
siam sanguine suo. ¶ L. Diceres si paup
tas est virt9 ꝛ disponit ad beatitudinez. cur
Salomon petiuit. puerb. iij. Mendicita/
tem ꝛ paupertatem ne dederis michi. Et p/
hibet in veteri testamento. Deutro. xv. Ne
sit mendicus inter vos. Respondet sanct9
Thomas contra gentiles li. iij. ca. xxxv. in/
telligit de coacta paupertate ꝛ scandalosa
ac criminosa: que solet esse furandi occasio
nō autem loquitur de voluntaria pauptate

